This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Digitized by Google



Digitized by Google

CE
81
.A844
Copy 2

Digitized by Google

Digitized by Google

KALENDARIA
ECCLESIÆ UNIVERSÆ
TOMUS SEXTUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Assemani, Giuseppe Simone

KALENDARIA
ECCLESIÆ UNIVERSÆ
IN QUIBUS

TUM EX VETUSTIS MARMORIBUS, TUM EX CODICIBUS, TABULIS, PARIETINIS, PICTIS, SCRIPTIS, SCALPTISVE, SANCTORUM NOMINA, IMAGINES, ET FESTI PER ANNUM DIES

ECCLESIARUM ORIENTIS, ET OCCIDENTIS,

PRÆMISSIS UNIUSCUJUSQUE ECCLESIÆ ORIGINIBUS RECENSENTUR, DESCRIBUNTUR, NOTISQUE ILLUSTRANTUR

STUDIO, ET OPERA
JOSEPHI SIMONII ASSEMANI
BIBLIOTHECÆ VATICANÆ PRÆFECTI, ET SACROSANCTÆ BASILICÆ PRINCIPIS APOSTOLORUM DE URBE CANONICI.

TOMUS SEXTUS.

KALENDARIA ECCLESIÆ SLAVICÆ, SIVE GRÆCO-MOSCH

ROMÆ, MDCCLV.
SUMPTIBUS FAUSTI AMIDEI
BIBLIOPOLÆ IN VIA CURSUS.

SUPERIORUM FACULTATE.

Digitized by Google

Digitized by Google

REVERENDISSIMO PATRI
FR. IGNATIO DOMINGUEZ

LECTORI JUBILATO, CUSTODI PROVINCIÆ ARAGONIÆ, EXAMINATORI SYNODALI ARCHIEPISCOPATUS CÆSARAGUSTANI, ET EPISCOPATUS SOLXONIENSIS, S. INQUISITIONIS CÆSARAGUSTANÆ QUALIFICATORI, PROVINCIARUM CATHALONIÆ, ET VALENTIÆ VISITATORI, ET PATRI EX MINISTRO PROVINCIALI OBSERVANTIS, ET S. PROVINCIÆ ARAGONIÆ, ET PROCURATORI GENERALI TOTIUS ORDINIS S. P. N. FRANCISCI &c.

FAUSTUS AMIDEUS
S. P. D.

NON *procul exquirendæ erant mihi rationes*, *cùr poſtremum hoc Volumen de* KALENDARIIS ECCLESIÆ UNIVERSÆ *Nomini inſcriberem tuo*

Digitized by Google

clariſſimo . Unde his vere triumphalibus Sanctorum faſtis, qui adhuc optandi fuiſſent, ornatiſſimæ coronæ radii accederent, & facile ſplendidiores emicarent. Illinc TUUS (*melius dixerim Noſter*) SANCTISSIMUS PATER, ET PATRIARCHA FRANCISCUS *condidit in humilitate beatorum Thronorum Celſitudines: In prodigiis Jeruſalem ſupernæ gratias: In contemplationibus Summi Amoris Cruci affixi beantia Stigmata: In paupertate immenſos cœleſtium divitiarum theſauros: In omnibus denique virtutibus inferiora, quæ a ſanctificata terra aſcendunt, odoratiſſima Beatarum Animarum balſama, ſuperiores, quæ a Cœlis deſcendunt flammas, & luces infinitas. Iſtinc eloquentiſſimus* AUCTOR *cunctis imperterritus laboribus revireſcere, & prope reviviſcere fecit ſacra, & celeberrima monimenta illorum vere* HEROUM, *qui pro Deo, & Fide, & ſibi, & aliis vel militarunt, vel ſubſtinuerunt, vel denique ſuſceperunt, quos facile dixeris nobis reduces exhibere. Sicut itaque* ILLE *mirabili vita totam in* SE UNO *complexus fuiſſe*

Digitized by Google

ſe videtur Sanctitatem, atque univerſum mirabilitatis ſubjectum: *Ita* Hic, *etiam* Unus, *litteris undique aureis quanta tot Sanctiſſimi Viri ſpatio jam fere immenſo Sæculorum ſunt perpeſſi, egeruntve patientia, doctrina, ſanctitate, conſtantia, exemplo, charitate, fortitudine, omnibus denique aliis ineffabilibus geſtis, Terrigenarum (licet Mortalium) æternitati conſignavit. Tibi ergo* Religiosissimo Viro, *atque meritiſſimo congruebat tam ſelecta, & incomparabiliter pretioſa materies imbecilliter laudati, nunquam tamen ſatis, laudandi & Sanctiſſimi Patris* filio: *Tibi etiam. qui in ſublimibus ſcientiis, æque in ſacris eruditionibus non velocibus, ſed alatis paſſibus progreſſus cum ad bravium eripiendum concurreres, multis anteiſti maximi nominis Doctoribus, nec aliter magnum S. Didaci Cæſarauguſtanæ Urbis Collegium vel principem, vel nulli porro ſecundum Theologiæ profeſſorem Magiſtrum, eſt aucupatum. Inde Archiepiſcopus oculatiſſimus ſynodalem Examinatorem; Sacrum vero Inquiſitionis Tribunal*

Qua-

Qualificatorem Te utique, ac conjunctim poſtulavit: Alii alia, & multa, eaque nonniſi difficillima alibi non reperta quæſiere, atque in Te invenerunt. Sed quomodo extra fores gradior, cum intra fores talia inveniam, quæ ni difficulter, digne tamen referre nequeam; Tanto reſonant ſtrepitu! Non dicam de tuis privatis, aut exercitiis, aut Officiis, ſed de his, in quibus tui Reſpublica Ordinis ſelectiſſimos, juſtiſſimos, experientiſſimos, & probatiſſimos vult prælucere Viros; Quare Provincia tua nuncupatione OBSERVANS, re, atquè effectu Obſervantiſſima Miniſtrum Provincialem Te (dicam, nec hærebo) veluti adacta eligit. Qui viderunt, & Teſtes extitere, recenſeant in ore, in fronte, in toto denique vultu Subjectorum omnium hilaritatem, & plauſum. Viderunt tum Obſervantes Aragoniæ Filii non Rectorem, ſed Patrem amantiſſimum: Cunctis omnino charum. Volitat inde fama, & buccis plenis non ad eam dumtaxat, ſed paulatim ab una ad aliam, denique ad omnes peragrat Provincias, totque de Te ſpargit,

ut

Digitized by Google

ut nemo neſciat in regimine tuo dexteritatem, prudentiam, experientiam, manſuetudinem, ſuavitatem, & pro magnis, ac maximis ſublimitatem: Cunctis ergo omnino clarum. Non mirum propterea, quod pro gerendis totius Ordinis negociis digniſsimum Procuratorem, verius Tutorem, atque validiſsimum Patronum indagant, optant, curant, demumque vigilantiſsimi Proceres illi obtinent fæliciſsime. Quæ cum ita ſint: Anne poteſt Quis nunc vel dubium movere de tuis meritis? Aut de tua non confidere benevolentia? Arbitror, ſane neminem. Ego quidem nullus dubito; quin etiam pro more tuo Libelli hujus Fautorem quacumque data occaſione agere velis, ac Patronum, meque ſemper, & ubique commendatum habere. Vale.

AP-

Digitized by Google

APPROBATIO

QUUM jubente Rmo P. Auguſtino Orſi Sac. Palatii Apoſt Magiſtro Illuſtriſſimi Joſephi Simonii Aſſemani Vaticanæ Bibliothecæ Cuſtodis, & Baſilicæ Canonici Librum Sextum EPHEMERIDUM RUTHENICARUM perluſtrarim, & nihil contra Catholica Dogmata, aut Chriſtianos mores, æque atque in aliis obſervaverim, ſed omnia, ſumma doctrina, ac pietate elucubrata deprehenderim, quæ complurium Sanctorum notitiam, ac cultum promovere poſſunt, atque illuſtrare, minime dubitandum cenſui, quin publica lectione, ac plauſu dignus exiſtimandus ſit. In quorum fidem &c. Ex Bibliotheca Vaticana A. D. XVI. Kal. Decembris MDCCLV.

Franciſcus Marianus Vatic. Baſil. Beneſ. & Bibliothecæ Scriptor Græcus.

Digitized by Google

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

F. M. de Rubeis Patriarcha Conſtantinopolitanus Viceſgerens.

IMPRIMATUR.

Fr. Vincentius Elena Magiſter, Socius Reverendiſſimi Patris Sac. Pal. Apoſt. Mag. Ord. Prædic.

LIBER

Digitized by Google

LIBER SEXTUS EPHEMERIDUM RUTHENICARUM.

TABULA SECUNDA.

MENSIS JANUARIUS.

I.

CIRCUMCISIO DOMINI.
BASILIUS MAGNUS.

UTERQUE Codex Vaticanus Ruthenicus: *Circumciſio Domini. S. P. Baſilius Magnus.* Poſſevinus in Kalendario Ruthenico: *Circumciſio D. N. Jeſu Chriſti*, dumtaxat. Faſti Græco-Moſchi apud Papebrochium: *Obrizanie Goſpodne: Circumciſio Domini. Baſilius Cappadokiyski*, *Baſilius Cappadox.* Kalendarium Moſcoviticum: *Obrizanie Goſpodne: Circumciſio Domini.* Menologium Baſilianum ad 1. Januarii pag. 73. *Commemoratio Sanctæ Circumciſionis Domini ac Dei noſtri Jeſu Chriſti.* Pictura pag. 74. repræſentat Deiparam puerum Jeſum manibus in ſinu tenentem, ac Joſephum accipere ipſum paratum, ut a quodam è Templo prodeunte circumcidatur. Tabella Capponiana exhibet Deiparam in Templo ſtantem, & pone ipſam Joſephum, Sacerdotem vero mitra ca-

Digitized by Google

put tegentem, puerum Jeſum circumcidentem. In Faſtis Græco Moſchis, depictus eſt puer Jeſus menſæ ſuper impoſitus, Deipara & Joſepho ipſum tenentibus, & Sacerdote eundem circumcidente. In angulo adſtat quidam Ruthenico habitu indutus, iſtud Domini feſtum venerans. Subjungit Baſilianum Menologium pag. 75. *Commemoratio S. P. N. Baſilii Archiepiſcopi Cæſareæ Cappadociæ*. Ita & Menæa Græca: ἡ κατὰ σάρκα περιτομὴ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. καὶ μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου, ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας, τοῦ μεγάλου. „ Circumciſio ſecundum carnem D. N. Jeſu Chriſti, &
„ Commemoratio S. P. N. Baſilii Magni, Cæſareæ Cappadociæ
„ Archiepiſcopi „. Ubique depingitur cum pallio Pontificio. Hinc Papebrochius: „ Quoniam, inquit, non ſolum Patriar-
„ chæ, Metropolitæ, & Archiepiſcopi, ſed etiam Epiſcopi, in
„ hiſce tabulis exprimuntur Palliati, abuſus hujus initium me-
„ retur hic ex Luitprando notari „. Is in Legatione ad Nice-
„ phorum Phocam ſic loquitur: „ Videmus Conſtantinopolita-
„ num Epiſcopum Pallio non uti, niſi Sancti Patris noſtri [ideſt
„ *Papæ Romani*] permiſſu. Verum quum impiiſſimus Alberi-
„ cus, quem non ſtillatim cupiditas, ſed velut torrens imple-
„ verat, Romanam civitatem ſibi uſurparet, Dominumque
„ Apoſtolicum [*Joannem XI.*] quaſi ſervum proprium in con-
„ clavi teneret, *anno* 934. Romanus Imperator filium Theo-
„ phylactum Eunuchum, Patriarcham conſtituit. Quumque
„ eum Alberici cupiditas non lateret, miſſis eo muneribus ſatis
„ magnis, effecit, ut ex Papæ nomine Theophylacto Patriar-
„ chæ literæ mitterentur, quarum auctoritate tum ipſe, tum
„ Succeſſores, abſque Paparum permiſſu, Palliis uterentur.
„ Ex quo turpi commercio vituperandus mos inolevit, ut non
„ ſolum Patriarchæ, ſed etiam Epiſcopi totius Græciæ Palliis
„ utantur „. Hactenus Luitprandus: cujus tamen teſtimonium, ſi quidem intelligatur de antiquorum Orientis Patriarcharum electione per literas Romanis Pontificibus ſignificata, & ab his per reſponſivas approbata, verum eſt, & infinitis exemplis demonſtrari poteſt, idque etiam plurimæ Romanorum Pontificum quæ extant ad Patriarchas recens electos epiſtolæ teſtantur. Si vero ſignificet Pallium Pontificium a Romanis Antiſtitibus ad eos Patriarchas mitti ſolitum, & abſque ejus Pallii tranſmiſſione non potuiſſe illos Pallio uti, id nullo facto oſtendi poteſt, nullis

nullis Pontificum Romanorum epiſtolis comprobari: quin imo contrarium picturæ veteres docent, quæ in manuſcriptis Codicibus Græcis ſervantur. Inſtar omnium eſto Codex Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis ſignatus num. 1809. membranaceus, continens Gregorii Nazianzeni orationes, deſcriptus Baſilio Macedone imperante, ut liquet ex picturis, ubi Baſilius ipſe depingitur cum tota familia, ideſt, una cum Eudocia uxore, & filiis Alexandro atque Leone Deſpotis; ex carminibus item in fronte poſitis, ubi Baſilius, quaſi tum ſceptra tenens compellatur, uti cl. Montfauconius in Palæograph. lib. 3. cap. 8. pag. 250. oſtendit: ac proinde Codex eſt exaratus multis ante Romani Lacapeni Imperatoris & Theophylacti Patriarchæ annis: nam Baſilius Macedo ab anno Chriſti 867. ad 889. Imperium tenuit: Romanus autem Lacapenus, quum Conſtantinus Porphyrogenitus Helenam filiam ipſius duxiſſet, in Imperii conſortium anno 919. adſcitus, Theophylactum ſuum filium die 2. Februarii anno Chriſti 933. Conſtantinopolitanæ urbis Patriarcham ordinandum curavit. In eo autem Codice, ex quo Tabellam Eudociam Auguſtam cum Leone & Alexandro filiis repræſentantem, æri inciſam Cangius in Familiis Byzantinis pag. 139. edit. Regiæ exhibuit, extat altera Tabella, a cl. Bandurio Comment. in Antiquitates Conſtantinopolitanas lib. 8. pag. 936. æri inciſa, exprimens Synodi primæ Conſtantinopolitanæ formam, ordinemque Epiſcoporum, in qua Epiſcopi omnes depicti ſunt cum Pallio; quod argumento eſt ante Romani Imperatoris & Theophylacti Patriarchæ tempora non Patriarchas tantum & Archiepiſcopos, ſed etiam Epiſcopos omnes fuiſſe Pallio uſos. Porro Luitprandi allucinatio inde fortaſſe orta eſt, quod quum aliunde ſciret, a Romanis Pontificibus Pallium Archiepiſcopis omnibus Latinis, necnon Archiepiſcopis Macedoniæ & Epiri, qui ad Romani Patriarchatus juriſdictionem pertinebant, tranſmitti conſueviſſe, exiſtimavit, eodem etiam Pallio Patriarchas Orientis ab iiſdem Romanis Pontificibus exornari ſolitos. Sed in hoc, ſicut & in aliis multis factis, vir cæteroquin non ineruditus, turpiter lapſus eſt. Redeo ad Sanctum Baſilium Magnum. A Latinis ad eandem hanc diem colitur unacum Circumciſione Domini, „ Depoſitio S. Baſilii Epiſcopi, cujus celebritas XVIII.
„ Kal. Julii, qua die ordinatus fuit Epiſcopus, potiſſimum re-
„ colitur „. Laudes Baſilii poſt ejus obitum dixerunt SS. Gregorius

gorius Nazianzenus, & ipſius Baſilii germanus Gregorius Nyſſenus. Extat Amphilochii nomine Græce & Latine ſcripta Baſilii Vita apud Combefiſ. pag. 155. Initium: *ἀγαπητοὶ, οὐκ ἦν ἀπειργὸς συγγνώμονας*. Baronius: „ Dedit eam Latinitati Urſus
„ S. R. E. Subdiaconus, cujus Præfationem, quæ deſideratur
„ in ceteris, legimus in vet. manuſcripto Codice noſtræ Biblio-
„ thecæ, quam poſſidemus liberalitate piæ memoriæ optimi ac
„ eruditiſſimi viri Achillis Statii Luſitani. In iiſdem præteræa
„ quædam miracula ejuſdem Sancti Baſilii, Helladio auctore,
„ ſcripta habentur, in Latinum verſa ab Anaſtaſio Bibliotheca-
„ rio temporibus Nicolai I. Romani Pontificis, cujus ibidem
„ habetur Præfatio ad prædictum Urſum conſcripta. S. Joan-
„ nes Damaſcenus teſtatur in orat. 1. de Imaginibus, Vitam
„ Sancti Baſilii fuiſſe ſcriptam a prædicto Helladio ejus diſci-
„ pulo & ſucceſſore „. Sanctus Ephræmus Syrus encomium & ipſe Sancti Baſilii ſcripſit. Initium: *Κλίνατέ μοι οὖς, ἀδελφοὶ, καὶ διηγήσομαι*. Extat Græce, in editione Ephræmi Oxonienſi pagin. 399.; Latine vertit Gerardus Voſſius: Græce & Latine in Cotelerii monumentis Eccleſiæ Græcæ Tom. 3. pag. 54.; & in nupera noſtra operum omnium Sancti Ephræmi editione Romana anni 1743. Tom. 2. pag. 289. Idem encomium Slavonice extat Serm. 110. in Codice Moſcuenſi impreſſo anno Chriſti 1701. ex recenſione Joannis Petri Kohlii pag. 292. Ex his, aliiſque Auctoribus, & maxime ex ipſius Sancti Doctoris ſcriptis collectam vitam nuper edidit Romæ 1746. amiciſſimus idemque doctiſſimus P. D. Joſephus a Puteo, Ordinis Sancti Baſilii Magni Abbas Generalis in libro, cui titulus: *Dilucidazioni Critico-Iſtoriche ſulle Relazioni degli antichi, e moderni Scrittori della Vita di S. Baſilio Magno*: ubi cap. 47. pag. 421. „ Ex Nazian-
„ zeno de laudibus Baſilii obſervat, diem feſtum Sancti Baſilii
„ non multo poſt ejus obitum celebratum „: & pag. 422. „ ex
„ Nyſſeno, diem feſtum de Baſilii nomine poſt natale Domini,
„ & natalitia Sancti Stephani, S. Petri, S. Jacobi, S. Joannis,
„ & S. Pauli occurrere „. Ibidem, ex eo quod a Latinis ad 14. Junii Sanctus Baſilius colitur, inque Romano hodierno dies ille *Ordinationis* ipſius fuiſſe dicitur, erroris inſimulat, primo *Maurolycum*, qui ad antedictam diem 14. Junii, hæc habet: „ In
„ Cæſarea Cappadociæ depoſitio Sancti Baſilii Epiſcopi, cujus
„ celebritas decimo octavo Kalendas Julii. Secundo, *Flora-*

rium

rium Sanctorum, in quo ad 14. Junii legitur: „ Apud Cæſa„ ream Cappadociæ Translatio Sancti Baſilii Epiſcopi & Con„ feſſoris „. Non enim [inquit] Sanctus Doctor die 14. Junii, ſed 1. Januarii obiit: neque Translatio Corporis ad eam diem facta perhibetur, ſed ipſius ad Epiſcopatum elevatio, uti habet hodiernum Romanum. Verum cl. Sollerius in obſervationibus in Martyrologium Uſuardi ad 14. Junii, notat primo, in Romano parvo vetuſtiſſimo ſic haberi: „ In Cappadocia, Sancti Ba„ ſilii fratris Gregorii & Petri „: in Adoniano vero & Uſuardino: *apud Cæſaream Cappadociæ*, *natalis Sancti Baſilii Epiſcopi*: deinde quoad cauſam cultus hac die Sancto Baſilio tributi ſubjungit: „ Adonianum elogium eleganter de more con„ traxit noſter [Uſuardus] ſervata *Natalis* formula, quam in „ pleriſque probatioribus Codicibus concorditer relatam inve„ nio; de *Ordinatione*, nuſquam vel verbum. Fateor equidem „ ab eruditis obitus diem figi Kalendis Januarii, quo ejus me„ moriam cum Uſuardo etiam recoluimus; verum cur ad *ele„ vationem*, vel *translationem* Corporis, ut aliqui Codices in„ nuunt, vel ad aliam quamvis cauſam præſens feſtivitas æque „ ac ad *ordinationem* referri commode nequeat, lubens doce„ bor, quando ordinationis commemoratio in Martyrologiis „ antiquioribus incognita, etiam in recentioribus tam rara eſt; „ & aliunde conſtat vocem illam *ordinationis*, in Romanum „ hodiernum, vergente ad finem ſeculo XVI. irrepſiſſe „. Confirmat hanc Sollerii conjecturam Kalendarium marmoreum Neapolitanum, nono ſeculo exaratum, in quo ad XIV. Junii nulla fit de Sancti Baſilii ſive elevatione ſive ordinatione mentio; ſed tantum ad Kalendas Januarii ſic ſcribitur: *Circumciſio Domini*: deinde, *DP. S. Baſilii*, ideſt, *Depoſitio S. Baſilii*. Unde cl. Mazocchius Commentar. ad hanc diem pag. 1. „ Poſtremo, „ inquit, quod in noſtro hoc Marmore hoc die non *memoria* „ quævis, ſed *depoſitio* Doctoris hujus ſignatur, id egregie „ confirmant Græcorum Ephemerides Metricæ, quas idem Pa„ pebrochius eodem Tom. 1. Maji vulgavit, in quibus ſic re„ perio.

Ἰανουαρίου πρώτῃ θάνες ὦ Βασίλειε.
Ipſis occumbis Jani Baſilie Kalendis.

„ Eſtque id huic Kalendario perpetuum, ut diebus emortua„ libus *depoſitionis* nota præſcribatur „ Quod vero ordinatio-

nis

nis commemoratio in Martyrologiis antiquioribus ſit incognita, uti Sollerius affirmat, & in recentioribus etiam perquam rara; id oſtendi poteſt ex ordinatione *S. Gregorii Papæ*, quæ in hodierno Romano ad 3. Septembris recolitur, & *S. Ambroſii Epiſcopi*, quæ in eodem celebratur ad VII. Decembris; quum in antiquioribus Martyrologiis de neutra fiat mentio. Quamquam enim in Hieronymianis omnibus notatur *Ambroſius* ad XXX. Novembris ſub hac fere formula: *In Mediolano S. Ambroſii Epiſcopi, de perceptione Baptiſmi*; & in ſolo Lucenſi apographo, ad 3. Decembris, *Natalis S. Ambroſii*: quum nullus tamen eorum Codicum *Ambroſium* nominat ad VII. Decembris, hinc colligitur, in antiquis illis Martyrologiis ad eandem diem XXX. Novembris, celebratam fuiſſe, & S. Ambroſii de perceptione Baptiſmi & de depoſitione feſtam diem: nam primus ad 4. Aprilis Ambroſii ſolennitatem Beda poſuit, hoc elogio: *Mediolano, depoſitio S. Ambroſii Confeſſoris*. Rabanus poſtea, Ado, Uſuardus, & alii, ad eandem diem 4. Apr. *Mediolani depoſitio B. Ambroſii Epiſcopi & Confeſſoris*; ſuffragante etiam Wandelberti verſiculo: *Ambroſius pridie* (nonas) *æthereum penetravit honorem*. De ordinatione vero ad VII. Decembris, nullus eſt qui vel verbo meminerit. Quare in diem VII. Decembris videtur idcirco translata a recentioribus S. Ambroſii ſolennitas, vel more Græcorum, qui ea die Ambroſium colunt; vel ob cauſam ordinationis ejuſdem, quæ eo die contigerat, quia nimirum neque ad 30. Decembris, qua Sanctus Andreas Apoſtolus colitur, neque ad 4. Aprilis, quæ in Quadrageſimale aut Paſchale tempus incidere ſolet, Ambroſii feſtivitas celebrari poterat. Hanc ipſam fuiſſe cauſam, cur in recentioribus Martyrologiis ad 3. Septembris ordinatio S. Gregorii Papæ recoli cœperit, Baronius etiam affirmat in notis ad eandem diem, his verbis. „ In „ hanc diem transferebatur etiam Natalis ejus, quum Quadra„ geſimali tempore de Sanctis agi vetitum eſſet, ut ſcribit Ra„ dulphus de obſerv. Can. cap. 16. „ Itaque & nos potiori jure affirmare poſſumus, feſtum S. Baſilii a Kalendis Januariis, in quibus Circumciſio, & Octava Nativitatis Domini ſolenni officio a Latinis celebratur, translatum fuiſſe ad XIV. Junii, quum in tanta Dominica ſolennitate agi de Sanctis vetitum ſit in Ritu Latino; non item in Græco, in quo partim de Circumciſione Domini, partim agitur de S. Baſilio Magno.

Eru-

Digitized by Google

Eruditiſſimi Bollandiani Socii Tom. 2. Junii ad diem XIV.
Sancto Baſilio ſacram, Tranſlationem Corporis ejuſdem ex urbe
Cæſarea in Belgium factam ad annum Chriſti 1099. narrant.
„ Inter Cruce ſignatos, inquiunt, Principes, qui pro recupe-
„ randa Terra Sancta per minorem Aſiam victores tranſierunt,
„ & recuperata, cæſis Barbaris, Nicæa, Iconium in Lycao-
„ nia, atque Cæſaream in Cappadocia obtinuerunt anno 1097.
„ fuit Robertus II. Jeroſolymitanus inde dictus. Huic inter
„ prædam potuit obtigiſſe Sancti Baſilii Corpus, quod ille in
„ Flandriam miſerit, vel, ex Syria poſt biennium reverſus,
„ detulerit „. Conjecturam iſtam confirmat diploma authen-
ticum anno 1187. a Philippo Flandriæ Comite, filio Theodori-
ci, filii Theodorici Lantgravii Alſatiæ, & Geltrudæ, Roberti
ipſius Secundi Sororis, editum, quo in diplomate hæc legun-
tur. „ Quapropter ego Philippus, Dei gratia Flandriæ Comes,
„ tam poſteris, quam præſentibus notum eſſe volo, quod Pa-
„ ter meus dignæ memoriæ Comes Theodoricus, & Mater mea
„ piæ recordationis Sybilla, divina inſpiratione commoti, pro
„ animarum ſuarum, & ſuorum prædeceſſorum, necnon & ſuc-
„ ceſſorum ſalute, Brugis in Caſtello, in honore... S. Baſilii
„ Epiſcopi, Eccleſiam ex proprio ſumptu ædificari fecerunt „.
In ea autem Eccleſia depoſitum fuiſſe hujus S. Doctoris Corpus,
probant ex Regeſto Actorum Capitularium Eccleſiæ Brugenſis
anno 1463. die 18. Aprilis, his verbis. „ De alia Reliquiarum
„ S. Baſilii viſitatione, & depoſitione in ornatiorem capſam, te-
„ ſtatur regiſtrum Actorum Capitularium Eccleſiæ S. Donatiani
„ Brugenſis, notatum fol. 246. „ Quum enim, inquiunt,
Theodoricus Philippi Comitis pater, in altera Terræ Sanctæ ex-
peditione anno 1144. pretioſi Sanguinis Chriſti portionem in
Flandriam detuliſſet, eamque in Palatina Brugenſi Eccleſia, ubi
Corpus S. Baſilii jam antea deportatum jacebat, depoſuiſſet,
tunc factum ajunt, ut antedictum corpus ad Collegiatam S. Do-
natiani Brugenſis Eccleſiam a Palatina primaria transferretur. Et
Meyerum citant in Annalibus Flandriæ. „ Ut ut eſt, inquiunt,
„ idem Comes ſecundam in Orientem expeditionem ſuſcepit
„ anno 1144. & inde anno 1150. reverſus Brugas juxta Meye-
„ rum in Annalibus Flandriæ. Et ſeptimo Idus Aprilis, incre-
„ dibili gaudio ac gratulatione a Flandris exceptus, Sacerrimi
„ Cruoris Chriſti portionem deportatam per Leonium Abba-
„ tem

Digitized by Google

„ tem Bertinicum, collocavit in æde S. Baſilii; ad quam quum
„ ingens undique concurſus, multaque miracula fierent, atque
„ ita prioris Patroni cultus ac veneratio obſcuraretur, viſum
„ fuerit huic renovandæ ornandæque pariter Collegiatæ, &
„ primariæ Eccleſiæ conducturum, ſi in hanc transferrentur
„ S. Baſilii Sacra Oſſa „. Poſtremo de tertia Translatione hæc addunt. „ Tertia Translatio Reliquiarum S. Baſilii in novam
„ iterum Capſam, eamque argenteam, peracta eſt hac noſtra
„ ætate, anno ſcilicet 1687., celebritate autem majori, ſi
„ dignitatem perſonarum excipias, quæ prioribus interfuerunt.
„ Etenim ceremoniæ omnes adhibitæ ſunt, quæ ſolemnitatem
„ reddere poterant auguſtiorem, exquiſitiſſima muſica interci-
„ nente: orationem Latinam habuit R. A. D. Petrus Maes
„ ejuſdem Cathedralis Eccleſiæ Canonicus; Belgicam, ad con-
„ ſertam populi concionem, dixit P. Jacobus Mole, Societatis
„ Jeſu, celeberrimus ſui temporis orator „. Hactenus PP. Baërtius, & Janningus.

Cæterum Græci etiam ajunt Reliquias S. Baſilii Magni non paucas ſe habere. Joannes Comnenus in deſcriptione Montis Atho (apud Montfauconium in Palæographia Græca lib. 7.)
„ de Imperatorio & venerando Monaſterio Magnæ Lauræ
„ S. Athanaſii, in Monte Atho „ pag. 455. hæc ſcribit. „ San-
„ ctæ autem Reliquiæ, quæ reperiuntur in magna Eccleſia, in
„ medio Altaris depoſitæ ſunt, in Arca affabre facta, & opere
„ muſivo exornata, quæ quidem prægrandis eſt, & pretioſis
„ pulcriſque ornamentis decorata. In medio autem eſt Caput
„ Sancti Patris noſtri Baſilii Magni.

II.

Silvester.

Poſſevinus in Kalend. Ruthenico: *S. Silveſtri*. Codex Ruthenicus Vat. ſecundus: *S. Silveſter Papa Romæ*. Primus hac die vacat. Kalend. Moſcoviticum: *Sviatago Silbeſtra*, *S. Silveſtri*. Faſti Græco moſchi: *Silveſter*. Menologium Baſilianum Tom. 2. pag. 78. *Commemoratio S. P. N. Silveſtri Papæ Romani*. Synaxarium ibid. „ Silveſter ſapientia ac virtute clarus, poſt Melchiadis
„ Epiſcopi obitum ordinatur veteris Romæ Epiſcopus. Quum
„ autem Eccleſiam regendam ſuſcepiſſet, & magnum ſacrum-
„ que Chriſtianorum Gregem paſceret, multa ſubiit certami-
„ na, & plurima patravit miracula. Conſtantinum magnum,
„ qui

„ qui primus Imperatorum Chriſtianorum fuit, ad fidem Chri-„ ſti adduxit, ſacroque baptiſmate lepram corporis ejus ſimul-„ que animæ ſordes mundavit, quum Sancti Apoſtoli Petrus „ & Paulus illi apparuiſſent; auctorque eidem fuit, ut deſtru-„ ctis idolis Dæmonumque fanis, templa nomini Chriſti Deique „ noſtri, Deiparæ, Sanctorum Apoſtolorum, ac Martyrum „ excitaret. Sed & Byzantium uſque ſecutus Imperatorem, „ complures ſalutari doctrina imbuit. Atque ita in profunda „ ſenectute, ad Dominum lætus migravit „. Quod hic de S. Silveſtro Byzantium uſque Conſtantinum Imperatorem ſecuto ſcribitur, id ab hiſtorica veritate abhorret. Quod vero de Conſtantino Imperatore præmittitur, Romæ a S. Silveſtro baptizato, perque Baptiſmum lepra mundato, id ex antiquis S. Silveſtri Actis deſumtum eſt: de quibus præter Papebrochium ad diem 21. Maji, Pagium ad annum 324. Tillemontium Adnotat. 65. in Conſtantinum, conſule cl. Sandinum in vitis Romanorum Pontificum pag. 70. Ex iiſdem Actis in Synaxarium Græcum in Menæis ad hanc diem irrepſit fabula illa de bove a Judæo interfecto, & a S. Silveſtro ad vitam revocato. Baronius in not. ad 31. Decembris, qua die S. Silveſter a Latinis colitur, hæc habet: „ De eodem Beda, Uſuardus, Ado, & cæteri „ Latinorum: Græci autem Kalen. Januarii in Menologio hiſce „ verbis: Eodem die S. Silveſtri Romani Pontificis, qui propter „ ſummum virtutis gradum, defuncto Melchiade, antiquioris „ Romæ creatus eſt Epiſcopus „. Fallitur: non *Kalendis Januarii*, ſed IV. *Nonas Januarii*, de S. Silveſtro agunt Græci. Quin & Kalendarium marmoreum Neapolitanum, quamquam juxta Latinorum morem ad XXXI. Decembris habeat, *Natalis S. Silveſtri Papæ*; ad II. tamen diem Januarii, Græcis conſentiens, repetit: *Depoſitio Silveſtri Papæ*. Quam in Inſcriptionem hæc eſt cl. Mazocchii pag. 2. Cenſura. „ Et hoc con-„ ſentit cum Græcorum libris, apud quos in Menæis, Antho-„ logio, & Baſilii Menologio, hoc die de S. Silveſtro Papa Ro-„ mæ agitur, ut etiam in Moſchorum effigiato Kalendario „ apud Bolland. tom. I. Maji. At de S. Silveſtro Latini die 31. „ Decembris: recte: nam is verus dies depoſitionis fuit, quip-„ pe in Bucheriano laterculo, qui inſcribitur, *Depoſitio Epiſco-„ porum*, ſic reperio: *Pridie Kalend. Jan. Sylveſtri in Pri-„ ſcillæ*. Quod quum ita ſit, erravit noſtri marmoris auctor,

Digitized by Google

„ dum hic *depoſitionem* Silveſtri notavit; ſed erravit tamen cum „ Græcis ſuis, quorum Ephemerides Metricæ (apud Papebr. „ Tom. 1. Maji) ſic loquuntur hoc die.

Θυμὸν ἀποπνέει Σίλβεστρος δευτέρῃ ἠοῖ
Spiritus efflatur Silveſtri luce ſecunda.

Hæc Mazocchius. Pergit Baronius. „ De Actis Silveſtri „ eſt cenſura Gelaſii in cap. Sancta Romana, diſt. 15. Habe- „ mus eadem manuſcripta, quorum eſt exordium. *Silveſter* „ *quum eſſet infantulus, a vidua Matre Juſta traditus eſt Ca-* „ *ritio Presbytero*, &c. Habet eadem Mombritius Tom. 2. Tri- „ buunt nonnulli ea Euſebio Cæſarienſi (talis enim titulus illi „ commentariolo affixus reperitur in aliquibus Codicibus) ſed „ error ex multis manifeſtus arguitur, quum & Gelaſio teſte, „ Acta Silveſtri incerto auctore ſint ſcripta. Habet & Metaphra- „ ſtes Silveſtri Acta, quæ deſcripſit Lipom. tom. 5. & Surius „ tom. 6. in quibus tamen nonnulla deſiderantur. Citantur „ Acta Silveſtri Papæ ut authentica in Epiſt. ad Carolum ma- „ gnum Imp. „ Græce & Latine Combefiſius edidit. Græca, auctore incerto, incipiunt: *ὁ ἡμέτερος ἱστοριογράφος Εὐσέβιος ἡνίκα τὴν Ἐκκλησιαστικὴν ἔγραφεν ἱστορίαν*: auctore vero Joanne Zonara: *οἱ μὲν σεπτοὶ καὶ θεόπται Ἀπόστολοι*. Vide Fab. tom. 6. pag. 557.

III.

Propheta Malachias.

Gordius Martyr.

Codex Vaticanus Ruthenicus ſecundus: *Gordius Martyr*. Primus vacat. Poſſevini Kalendarium Ruthenicum: *Sancti Prophetæ Malachiæ*. Kalend. Moſcoviticum. *Proroka Malachia*: *Prophetæ Malachiæ*. Faſti Græcomoſchi Papebrochiani: *Malachias*. *Gordius*. Menologium Baſilianum pag. 79. *Certamen S. Martyris Gordii*, qui dicitur Cæſareæ in Cappadocia natus, ordine Comes, centuriæ militum præfectus, abdicato militiæ munere, in montem ſeceſſiſſe, ut ſoli Deo vacaret: tum Martyrii deſiderio, in urbem regreſſus, quum circenſes ludi maxima populi frequentia Cæſareæ ederentur, chriſtianum ſe confeſſus, Licinio imperante, juſſu Præfecti urbis, capite cæſus fuiſſe. Pag. 80. *Commemoratio Sancti & glorioſi Prophetæ Malachiæ*. De utroque Græce in Menæis cum duobus Synaxariis, quæ e Baſiliano ſunt verbatim deſcripta. A Latinis colitur Gordius hac ipſa die, cum hoc elogio: „ Cæſareæ in Cappa- „ docia

„ docia S. Gordii centurionis, de cujus laudibus extat præclara „ Baſilii Magni oratio in ejus die feſto habita „ : *Malachias* vero Propheta, non *die ſequenti*, uti perperam habet Papebrochius in not. ad 3. Januarii Græcorum metrici; ſed die 14. hujus menſis, quemadmodum notatur in Martyrol. Romano. *In Judæa Sancti Malachiæ Prophetæ*. In antiquis Martyrologiis neque hac die Gordius colitur, neque Malachias die 14. Januarii. Ex Græcis igitur ſunt additi hodierno Romano. „ Quare „ quum antiquis Latinorum Martyrologiis hic martyr (*Gordius*) ignotus fuerit; neſcio cur Bailletus, hunc a Latinis ſem„ per hoc die cultum dicat „ : Verba hæc ſunt cl. Mazocchii: qui tamen quum ſubjungit: „ eum ſub Licinio paſſum, in Me„ nologio legitur: quod Baronio non ſit probabile, ad Diocle„ tiani perſecutionem eum revocanti; itaque Fleury, & alii „ ſub Gal. Maximiano eum depugnaſſe ſtatuunt „ : quum hæc, inquam, cl. Mazocchius ſubjungit, neſcio, quem Baronii locum reſpexerit: nam Baronius in not. ad hunc diem 3. Jan. quo S. Gordius colitur, ſic ſcribit: „ Paſſus reperitur ſub Licinio „ Imp. ut legimus in pervetuſto Menologio, quod aſſervatur „ in Bibliotheca Ill. ac Rmi Guilielmi Sirleti Card. ampliſſ. il„ ludque ab ipſo Latinitate donatum, propriaque manu majo„ ri ex parte conſcriptum, velut ingentem theſaurum ejus li„ beralitate poſſideo, & (ut Hieronymi verbis utar de Codice „ Pamphili Martyris) tanto amplector & ſervo gaudio, ut „ Cræſi opes habere me credam. Meminiſſe itaque lector „ debet, quum in his ſcriptis allegatur Menologium, me „ de eo ſemper intelligere „ . Ecce, Baronius probat Gordium ſub Licinio paſſum: non probat autem quæ a cl. Mazocchio hoc die ſubjunguntur, his verbis: „ Natalis nota (uti „ paſſim obſervabitur:) in hoc Marmore præponitur iis ſanctis „ qui die non ſuo coluntur „ : hæc, in quam, Baronius non probat: nam ad hanc ipſam diem 3. Januarii, Adnotatione in hoc S. Antheri elogium: *Romæ via Appia Natalis S. Antheri Papæ*: „ Vetus, inquit, loquendi uſus, ut dies migrationis ex „ hac vita appelletur dies Natalis: cujus quidem rei exacte ra„ tionem reddit Origenes lib. 3. Comment. in Job, & Albinus „ Flaccus de Div. Offic. cap. de ſexta feria pag. 60. & Nicolaus „ Papa in epiſt. ad Conſulta Bulgarorum cap. 6. in fine hæc ha„ bet: *Natus* dicitur, qui ex hac vita migravit: quomodo

,, enim uſitato more dicitur naſci, quando quis ex utero ma-
,, terno procedens in hanc lucem exit; ſic quoque jure natus ap-
,, pellari poteſt, qui liber ab hujus ſeculi tenebris; ad lucem
,, pertingit viventium. Pro qua ergo re apte conſuetudinem te-
,, net Eccleſia, ut ſolemnes beatorum Martyrum vel Confeſſo-
,, rum Chriſti dies, quibus ex hoc mundo ad regionem migra-
,, verunt vivorum, nuncupentur Natales: ſed & eorum ſo-
,, lemnia, non funebria, tamquam morientium, ſed (utpote
,, in vera vita naſcentium) Natalitia vocitentur ,,. Hæc ibi.
,, Præterea dies Natalis etiam dici reperitur, quo quis ordina-
,, tur Epiſcopus, ut apparet ex S. Ambroſio lib. 8. epiſt. 60. ad
,, Felicem edit. Rom. ex S. Paulino epiſt. 16. ad Delphinum,
,, & ex Hilarii Papæ epiſt. ad Aſcanium ,,. Hactenus Baronius.
Fateor, non ſemel tam in Martyrol. Rom. quam in Marmore Neapolitano, *Natalis* notam iis etiam Sanctis præponi, qui eo die mortui non ſunt, neque Epiſcopi ordinati, ſed aliam ob cauſam, nimirum vel propter corporis elevationem, aut propter Feſti Translationem, aut quia dies emortualis ignoratur: at a vero abludit, eam notam ſemper iis præponi, qui die non ſuo coluntur. Ut enim ab infinitis exemplis coacervandis abſtineam, nonne S. Agnes die 21. Januarii paſſa eſt, eodemque tamquam proprio colitur? Et in hoc ipſo tamen Marmore Neapolitano is dies ſic notatur. *NT. S. Agne*, ideſt, *Natalis S. Agnetis*. Vide apud eundem cl. Mazocchium pag. 17.

Papebrochius in obſervat. ad 3. Januarii Græcor. Metrici, poſtquam de Sancto Gordio dixiſſet: ,, Centurio hic fuit &
,, Martyr Cæſareæ in Cappadocia, inſcriptus etiam hodierno
,, Romano Martyrologio: extat de eo Sancti Baſilii oratio,
,, præterea nihil ,, hæc ſubjungit. ,, Pro duobus ſequentibus die-
,, bus deſunt in Menæis, utique non raro circa varias partes
,, defectuoſis, hexametra ſingula, quæ nolo per conjecturam
,, ſupplere; felicior forſan aliquis ea ex aliis MSS. eruet, ſicuti
,, nos ex Chiffletiano MS. Synaxario ſupplevimus defectus va-
,, rios diſtichorum, quæ ſolent elogiis ſingulis præmitti. Inte-
,, rim, ſignatis initio punctis, notabo titulum, quo cujuſque
,, diei hexametro deſtituti, officium hic & alibi præſignatur ,,.
Itaque progreditur ad 4. hujus, cujus titulum hunc præſignat: προεορτία τῶν φωτῶν &c. *Profeſtum Luminum*, *&c.* mox ait:
,, Græci [qui *Baptiſmum* appellant φωτισμὸν, *Illuminationem*]
,, die

„ die Epiphaniæ ſolemnes Baptiſmos facturi, quales in Latina „ Eccleſia ante Paſcha & Pentecoſten ſolebant fieri, TRES eis „ dies profeſtos præmittunt, quorum hic ſecundus eſt „. Fallitur. Non tres, ſed quatuor dies profeſti ante Epiphaniam præmittunt Græci: legantur Menæa. Ad 2. Januarii: *προεόρτια τῶν φώτων, καὶ μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις πρς ἡμῶν σιλβέςρου πάπα Ῥώμης.* Ad 3. diem *προεόρτια τῶν φώτων, καὶ τοῦ ἁγίου προφήτου μαλαχίου, καὶ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Γορδίου*. Ad 4. diem. *προεόρτια τῶν φώτων, καὶ ἡ σύναξις τῶν ἁγίων ἑβδομήκοντα ἀποςόλων, καὶ τοῦ ὁσίου πρς ἡμῶν Θεοκτίςου.* Ad 5. diem. *προεόρτια τῶν φώτων, καὶ τῶν ἁγίων Μαρτύρων Θεοπέμπτου, καὶ Θεωνᾶ, καὶ τῆς ὁσίας συγκλητικῆς*. En quatuor dies profeſtos ante Epiphaniam. Totidem a Græcis celebrantur ante Nativitatem Domini. Menæa ad xx. Decembris: *ἀπὸ ταύτης ἀρχόμεθα τῶν προεορτίων τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως τοῦ κυ καὶ Θεοῦ, καὶ σρς ἡμῶν Ἰησοῦ Χριςοῦ*: „ Ab hac „ die incipimus Profeſta ſecundum carnem Nativitatis Domini, „ Dei, ac Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti „. Idem Ritus eſt Ruſſorum, quemadmodum conſtat ex Codicibus Vaticanis Ruthenicis. Non igitur quatuor hi profeſti dies propter Baptiſmum in Epiphania celebrandum præmittuntur, ſed ob Epiphaniæ ſolemnem celebritatem, ſicut & quatuor alii profeſti dies Nativitatem Dominicam antecedunt, quamquam in Nativitate Domini Baptiſmos ſolemnes non ſunt facturi Græci.

IV.

Synaxis LXX. Apostolorum.

S. Theoctistus.

Codex ſecundus Vaticanus Ruthenicus: *Septuaginta Apoſtoli*, dumtaxat. Primus vero, tam hoc die, quam duobus antecedentibus, & ſequenti, de Epiphania agit ſic. *Sabbato & Dominica ante feſtum Luminum, ſcil. Ante feſtum Epiphaniæ*: juxta ritum ſcilicet Græcorum, qui *Proeortia*, ut vocant, ſeu Profeſta, quatuor ante Epiphaniam diebus celebrant, ut ſupra dixi. Kalendarium Poſſevini, perperam, *Concilium Theonciſtæ*; nimirum pro Synaxi lxx. Diſcipulorum, Interpres Poſſevino ſuggeſſit *Concilium*: & pro Theoctiſto, qui hoc die colitur, *Theonciſtam*; perinde ac ſi Synaxis illa non ad lxx. Diſcipulos, ſed ad Theoctiſtum referatur. Kalendarium Moſcoviticum: *Sobor 70. Apoſt. Synaxis* lxx. *Apoſtolorum*. Faſti Græco Moſchi Papebrochiani: *Sobor Sviatych Apoſtolov ſedmdeſiat*; *Synaxis Sanctorum*

Digitized by Google

Eterum Apoſtolorum ſeptuaginta: de Theoctiſto nihil. Papebrochius in not. ad Ephemerides Moſcorum effigiatas hoc die de Synaxi *SS. Apoſtolorum* LXX.; *Latini* (inquit) *Diſcipulos vocant, eoſque communiter colunt* XV. *Julii*. Neſcio, quod Martyrologium intelligit: neque enim LXX. Diſcipulos reperio in Romano hodierno, neque in Hieronymianis contractis, aut in Uſuardino Sollerii: ſed in Auctariis Uſuardini apud Sollerium ad XV. Julii, hoc tantum lego: *Diviſio Apoſtolorum*: vel ut habet alius Codex: „ Diviſio Apoſtolorum, quæ, ut Beda ſcribit, „ anno a paſſione Domini duodecimo facta eſt „: aut juxta aliud exemplar: „ Diviſio Apoſtolorum, quæ, ut Beda ſcribit, „ anno a paſſione Domini duodecimo, ſub Claudio Imperatore, facta eſt „: & juxta Hagenoyenſem Codicem: „ Diviſio Apoſtolorum, quæ ſecundum Bedam, tredecimo anno poſt „ paſſionem Domini facta eſt; quando illi per totum orbem „ diviſi ſunt, & verbum Domini prædicabant „: Cætera. Juxta Grevenum: „ Diviſio Apoſtolorum ad prædicandum, facta „ ſecundum Bedam anno a paſſione Domini duodecimo „. Juxta Molanum: „ Feſtivitas omnium Apoſtolorum; hoc eſt, quando diviſi ſunt ab invicem „. Demum juxta editionem Lubeco-Colonienſem: „ Diviſio Apoſtolorum ad prædicandum „ verbum Dei per univerſum orbem, quæ, ut Beda ſcribit, anno a paſſione Domini duodecimo facta eſt. Petrus Antiochiam venit, deinde Romam reſedit, & ibidem crucifigitur. „ Paulus Mundum ſua prædicatione illuſtravit, & Romæ decollatur. Andreas Achajæ crucifigitur. Jacobus Zebedæi „ Hieroſolymis decollatur. Joannes Epheſo in pace moritur. „ Philippus in Phrygia lapidatur & crucifigitur. Jacobus Alphæi fuſte fullonis perimitur. Bartholomæus in India excoriatus decollatur. Thomas in alia India, quæ eſt in fine Mundi, „ transfigitur. Simon, & Thaddæus in Perſida perimuntur. „ Matthæus in Æthiopia coram Altari lancea perforatur. Matthias in Judæa martyrium complevit. Hæc diviſio præcepto „ Chriſti facta eſt, ut impleretur illud Pſalmiſtæ: In omnem „ terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum „. Vides, ut hic non de LXX. Diſcipulis fit ſermo, ſed de XII. Apoſtolis, eorumque diviſione ad prædicandum Evangelium. Pergit Papebrochius de LXX. Diſcipulis diſſerens: „ Catalogi apud hos [Latinos] & apud Græcos varii extant,

„ addito

„ addito cujuſque Epiſcopatu, ſed omnes pſeudepigraphi cen-
„ ſentur ab eruditis. Certe nomina eorum multa conſtat fuiſſe
„ aſſumpta ex Paulinis Epiſtolis, ad numerum verorum, quæ
„ ignorantur, nominum implendum „. De Theoctiſto vero, hæc habet ad 4. Metrici Græcorum Januarii. „ S. Theoctiſtus
„ nudum hic nomen habet, cum illa honorifica appellatione
„ *Sancti Patris noſtri*: alias in toto officio verbum de eo nul-
„ lum. Quis ſit, an *Siculus Hegumenus in Cucumo Monaſterio*,
„ *an Magni Euthymii ſocius in Palæſtina*, non divinamus „. In Menæis Græcis hic dies ſic notatur: *τῶν ἁγίων ἑβδομήκοντα ἀποστόλων, καὶ τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Θεοκτίστου*: *Sanctorum ſeptuaginta Apoſtolorum, & S. P. N. Theoctiſti*. Verum quidem eſt, in toto officio verbum de Theoctiſto nullum eſſe, ſed de Profeſto Luminum, deque Diſcipulis LXX. dumtaxat: at magni Euthymii ſocius coſitur expreſſo nomine ad 3. Septembris. Reſtat itaque ut alius ab eo ſit, qui hoc die memoratur. Sunt alii duo Theoctiſti, quorum memoria in Menæis occurrit: primus ad 8. Januarii his verbis: *τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, οἱ ἅγιοι Ἀγάθων, καὶ Θεόκτιστος, ἐν εἰρήνῃ τελειοῦνται*: *Eodem die Sancti Agathon, & Theoctiſtus, in pace conſummantur*. Adduntur duo diſtichi de iiſdem. Secundus Theoctiſtus ad 20. Novembris: *τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ μνήμη τοῦ ἁγίου Θεοκτίστου Πατρικίου, τῇ θέσει Εὐνούχου, ὃς ἦν ἐπὶ Θεοδώρας Αὐγούστης*: *Eodem die, commemoratio S. Theoctiſti Patricii, conditione Eunuchi, qui ſub Theodora Auguſta fuit*. Duo alii Theoctiſti Martyres in Menæis coluntur: Alter Nauclerus ad 6. Septembris cum ſociis Fauſto Presbytero, Macario, Andrea, Bibo Monacho, Cyriaco, Dionyſio, Andronico, Andropelagia, Thecla, & alio Cyriaco: ubi de Theoctiſto hic verſus:

Θεόκτιστος ναυκλήρος ἐκτμηθεὶς κάραν,
Theoctiſtus Nauclerus capite obtruncatus.

Secundus Theoctiſtus Martyr ad 3. Octobris cum hoc diſticho:

Κτίστῃ σέβας δοὺς Θεόκτιστος, οὐ κτίσει,
Χαίρων κεφαλῆς ἀφαίρεσιν φέρει.
Creatori Theoctiſtus dans honorem, non creaturæ,
Lætus abſciſſionem capitis fert.

Menologium Baſilianum ad hanc diem 4. Januarii, nullam LXX. Diſcipulorum, aut Theoctiſti mentionem facit. Sed neque ullum ex antedictis Theoctiſtis commemorat, niſi ad diem 9. hujus,

jus, Theoctiſtum Epiſcopum, hoc elogio pag. 90. *Eodem die commemoratio Sacroſancti Martyris & Confeſſoris Theoctiſti.* Pictura repræſentat eum habitu Epiſcopali, librum Evangeliorum pectori admotum, manibus tenentem.

V.

Theopemptus.
Theonas.
Syncletica.

Uterque Codex Ruthenicus hac die agit de Profeſto Epiphaniæ tantum. Poſſevini Kalendarium pro Theopempto, perperam: *S. Martyris Teoperti*. Kalend. Moſcovit. *Muc. Theopempta*: *Mart. Theopempti*. Faſti Græco-Moſchi: *Theopemptus*, *Theonas*, *Syncletica*. Papebrochius in Ephemerides Græcas Metricas ad hanc diem 5. Januarii. „ Priores duo *Theopemptus* „ ſcilicet ac *Theonas*, die 3. adſcripti ſunt hodierno Romano, „ ambo ſub Diocletiano paſſi in Cilicia: quorum utinam ex„ tarent Acta! Tertia (*Syncletica*) ſacrarum Virginum Anti„ ſtita Alexandriæ, dicto Martyrologio adſcripta eſt hoc die. „ Vitam, ſeu potius ſpiritualium exhortationum ſyllogen, de„ dimus, jamque etiam Græcam edidit ex duplici MS. Joannes „ Baptiſta Cotelerius tom. 1. monumentorum Eccleſiæ Græcæ, „ in Annotationibus ad eandem dubium relinquens, utrum ſit „ vere S. Athanaſii, cujus nomen aliqui Codices præferunt. „ Ego in hujus Actis 11. Maji oſtendo Auctorem, ſive is Atha„ naſius ſeu Polycarpus, ſeu alio quocumque nomine dictus ſit, „ multo juniorem eſſe, totoque ſcribendi modo diverſiſſimum „ ab eo quem tunc colimus „: ideſt a Sancto Athanaſio Alexandrino. Hæc Syncleticæ vita, Baronii temporibus aut non extabat, aut erat ei incognita. Sic enim ſcribit in notis ad hanc diem. „ Tradit Niceph. Calliſt. lib. 8. cap. 4. Sanctum Atha„ naſium ſcripſiſſe Vitam Syncleticæ: eadem, inquit, ratione, „ qua ſcripſerat Vitam Antonii; ut ſicut in hoc viri, ita in illa „ haberent mulieres, quod imitari aſſidue poſſent. Hæc ille. „ Utinam extaret! deperiit enim non ſine gravi totius orbis „ Chriſtiani jactura, quam expendimus ex ingenti monumen„ to, quod Eccleſia eſt conſecuta ex Antonii vita ab eodem „ Auctore conſcripta „. Igitur debemus doctis viris, qui eam in lucem emiſerunt. Incipit Græce; *ἔδει πάντας ἀνθρώπους τῶν καλῶν μὴ ἀμυήτους ὑπάρχειν*. Fabricius tom. 6. Biblioth. Græc. pag. 560.

pag. 560. ,, Auctor Polycarpus Aſceta, vel Arſenius Pegaden-
,, ſis. Græce cum verſione ſua, ſine nomine Auctoris, edidit
,, Cotelerius Tom. 1. Monument. Eccleſiæ Græcæ pag. 201.
,, 277., teſtatus pag. 754. in Codice Vaticano tribui S. Atha-
,, naſio. Lat. ex Davidis Colvilli verſione edidit Bolland. tom. 1.
,, Act. Sanct. ad v. Januar. Græce & Latine etiam Montfauco-
,, nius tom. 3. Athanaſii pag. 681.

De Theopempto ac Theona agunt Latini ad 3. Januarii conjunctim cum Zoſimo, & Athanaſio Commentarienſi, his verbis: ,, In Cilicia SS. Martyrum Zoſimi, Athanaſii Com-
,, mentarienſis, Theopempti, & Theonæ, qui in perſecutione
,, Diocletiani illuſtre martyrium obierunt ,,: ubi Baronius no-
,, tat: ,, Græci itidem de iiſdem hac die agunt, ut conſtat ex
,, Menologio, ubi de Zoſimo & Athanaſio ſeorſum ab aliis agi-
,, tur, paſſique ponuntur ſub Domitiano Imperatore. Theo-
,, pemptus autem & Theonas ſub Diocletiano ,,. Multæ viri doctiſſimi allucinationes. Primum, quum ait, *hac die*, hoc eſt, ad 3. Januarii, *Græcos agere de Theona*, *Theopempto*, *Zoſimo ac Athanaſio*. Nam in Menologio quidem Baſiliano de omnibus agitur ad hanc diem 5. Januarii, ideſt, *de Syncletica*, *Theopempto*, *Theona*, *Zoſimo*, atque *Athanaſio*. In Græis autem Menæis, coluntur Syncletica, Zoſimus Monachus, & Athanaſius Commentarienſis ad 4. Januarii; Theopemptus vero, ac Theonas ad 5. hujus. deinde tam in Menæis, quam in Baſilii Menologio, Zoſimus Monachus & Athanaſius Commentarienſis paſſi dicuntur, non ſub Domitiano Imperatore, uti Baronius aſſerit, ſed ſub Domitiano Præſide, adeoque in perſecutione Diocletiani æque ac Theopemptus & Theonas. Verba hæc ſunt in Menologio Baſilii tom. 2. pag. 83. ὁ ἅγιος Ζώσιμος ὑπῆρχεν ἀπὸ κιλικίας, τὴν ἔρημον μετὰ τῶν θηρίων οἰκῶν. κρατηθεὶς δὲ παρὰ Δομετιανοῦ τοῦ ἄρχοντος, καὶ ἀναγκασθεὶς ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν:
,, Sanctus Zoſimus Cilix eremum cum feris coluit. Compre-
,, henſus autem a Domitiano Præfecto, quum cogeretur Chri-
,, ſtum abnegare ,,. Cætera. Synaxarium in Menæis: οὗτος ὁ ἅγιος Ζώσιμος ἦν ἐν Κιλικίᾳ, τὴν ἔρημον μετὰ τῶν θηρίων οἰκῶν. καὶ συσχεθεὶς Δομετιανῷ τῷ ἄρχοντι, τὸν Χριστὸν Θεὸν ὁμολογήσας.
,, Ille *Sanctus Zoſimus* erat in Cilicia, eremum cum feris in-
,, colens, oblatus autem Domitiano Præſidi, quum Chriſtum
,, Deum confiteretur. Cætera.

Idem Baronius in not. ad 5. Jan. de *S. Syncletica* ſubjungit. „ Ejuſdem nominis Virginem Sedulius Presbyter in epiſt. „ ad Macedonium, quæ eſt Præfatio Paſchalis operis, ſummis „ laudibus celebrat; necnon ejus ſororem Perpetuam conjugii „ vinculo adſtrictam. *Et poſt pauca*. Vixit Syncletica junior „ iiſdem cum Sedulio temporibus, ſenior autem temporibus „ Conſtantini Imperatoris „. Pergit eodem die de *Sancta Apollinari Virgine*, quæ in Martyr. Rom. colitur, diſſerens in hæc verba. „ Ejus res geſtas edidit Metaphraſtes; de quibus lectorem monitum velim, ineſſe ibi errorem, dum filia Anthemii „ Imperatoris dicitur, qui poſt Severum imperavit in Occidente. Sciat potius hanc fuiſſe genitam Anthemio Conſulari viro religioſiſſimo, qui ſub Arcadio Imp. geſſit Conſulatum, ad „ quem extat Joannis Chryſoſtomi epiſt. 147. de quo & Theodoretus meminit lib. Sanct. Patr. cap. 8. Habitus eſt autem „ hic velut Imperator, dum defuncto Arcadio, pro Theodoſio „ impubere adminiſtravit imperium „. Hæc Apollinaria colitur a Græcis unacum Syncletica ſeniore, ad 4. Janu. habetque Synaxarium, cui titulus: *μνήμη τῆς ὁσίας Ἀπολιναρίας τῆς Συγκλητικῆς*, *Commemoratio Sanctæ Apollinariæ Syncleticæ*. In Synaxario dicitur filia *Anthemii*, qui ſub Leone Magno Romam adminiſtravit: monaſtico autem virili habitu induta, ac *Dorotheus* appellata, quum ſororem dæmoniacam curaſſet, ab hac per calumniam accuſata, quaſi ipſam compreſſiſſet. Eadem proinde eſt, ac illa, cujus vitam Metaphraſtes edidit, cenſorio calamo a Baronio notatam. Quid vero? Si hæc junior Syncletica, a Græcis Apollinaria & Dorotheus dicta, ſit eadem ac illa, quam Sedulius laudat in carmine Paſchali, ſive de Chriſti miraculis, in epiſtola ad Macedonium Presbyterum, in qua mentio fit *Syncleticæ Diaconiſſæ*, cui ſancti Baſilii Hexaemeron Latine a ſe verſum dicavit Euſtathius, Caveo teſte in hiſt. liter. tom. 1. pag. 439. nam ætas utriuſque convenit, nomen quoque, & conditio. Sedulius denique ſub Theodoſio juniore claruit circa annum 434. ſub quo & Anthemius Syncleticæ pater. Græcos autem ex Syncletica Diaconiſſa Anthemii filia, quam Sedulius laudat unacum Perpetua ipſius ſorore conjugii vinculo adſtricta, Apollinariam Syncleticam feciſſe, & ex Actis Sanctæ Eugeniæ Philippi filiæ, quæ in Martyrolog. Roman. ad 25. Decembris colitur, eandem Syncleticæ calumniam adpinxiſſe, veroſimile eſt.

THEO-

Digitized by Google

VI.

Theophania Domini.

Ita Tabulæ omnes Græcæ, Ruthenicæ, Latinæ; ad hanc diem: Ruthenice in Tabulis Capponianis inſcribitur, *Bogojavlenie Goſpodne*, Theophania Domini. Pictura tam hic, quam in Menologio Baſiliano, repræſentat, Chriſtum Dominum pectore tenus in Jordane immerſum, a Joanne aqua ſuper caput fundente baptizari: duos autem Angelos a ſiniſtris adſtantes, quaſi manutergium oblaturos; Deum vero Patrem in forma brachii humani ſeu Radii e cælo prodeuntem, & ſuper Caput Chriſti Domini emittentem Spiritum Sanctum in ſpecie Columbæ. In Menæis Græcis eadem fere pictura, ſed additis Inſcriptionibus, ſuperne quidem, ἡ Βάπτισις τοῦ Χριστοῦ, *Baptiſmus Chriſti*: ſupra caput vero Joannis, Ιω̃. *Joannes*: Supra caput autem Chriſti, ΙC. ΧC. *Jeſus Chriſtus*. Tabella Papebrochiana hanc habet inſcriptionem. *Sviatych Bogojableny*, *Sancta Dei Apparitio*: ſupra caput Joannis, *Joannes*: ſupra caput Chiſti, ΙC. ΧC. Culcinius Par. 2. pag. 69. „ Tribus præcipue „ titulis inſignitur hoc feſtum apud Ruthenos. Primo, Bohojavlenje, ideſt, Apparitio Dei, quia baptizato per Joannem „ Chriſto, aperti ſunt cæli, & vox deſcendit, dicens: Hic eſt „ Filius meus dilectus. Secundo, Proſwiſzczenie, ideſt, Illuminatio, tum quia Chriſtus baptiſmo ſuo illuminavit mundum, tum quia ad benedicendum fontem aut fluvium, adhibentur lumina, nempe trinæ candelæ accenſæ immerguntur „ ſingulatim in aqua, quam Sacerdos ſignans, in formam crucis, repetit ter hæc verba: Magnus es Domine, & admiranda ſunt opera tua, & nec unicum verbum eſt ſufficiens ad „ laudanda magnalia tua. Tertio, Kreszczenie, ideſt, Baptiſmus Chriſti, quia Salvator noſter voluit baptizari a Joanne, „ non quod luſtratione ulla indigeret, ſed ut mundi peccata „ ablueret. Inde ad indicandum id myſterium, officians immergit ter ſanctam Crucem aquæ, eademque cruce benedicit populum. Quare & benedictio aquæ vocatur Baptizatio, „ & fons ille aut fluvius, qui benedicitur, nominatur hac ſola „ die Jordanes, fideles vero aquam iſtam benedictam appellant „ Jordanicam, deferenteſque eam domum in vaſculis, per integrum annum ſervant „. Papebrochius Inſcriptionem Ruthenicam Tabellæ ſuæ ſuperimpoſitam non intelligens: „ Hu-

,, jus, inquit, & primæ diei epigraphas, & ſimiles alias accipe-
,, re me oportet ex Poſſevino, donec eas aliquis verbatim ex-
,, plicet: nam nomen Jeſu Chriſti in tabula reperitur quidem,
,, ſed intra picturam, non vero in titulo ,,. Pergit: ,, Hoc
,, autem die, ſicut ſcribit Poſſevinus, benedicit Metropolita
,, flumini Moſcuæ, alii vero Sacerdotes aliis fluminibus. Tum
,, in eo multi mares feminæque trina merſione toti immergun-
,, tur; equi item & imagines quaſi baptizantur, ac propterea id
,, Chreſczenie eorum lingua, ideſt, baptizatio dicitur. Qui
,, mos, ſive ritus, licet non præceptus ſit omnibus, plures ta-
,, men eum ex religione ſic ſervant, ut ægroti quoque, qui ſibi
,, ea ratione putant ad valetudinem conſulere, ſummo in gelu
,, effoſſa glacie, per foramen in aquam demiſſe eximantur.

Ad Græca nomina hujus feſti quod ſpectat, in Menologio Baſiliano inſcribitur, ἡ Βάπτισις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, *Baptiſmus D. N. Jeſu Chriſti*. In Menæis vero, τὰ ἅγια Θεοφάνεια τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, *Sancta Theophania D. N. Jeſu Chriſti*. Latinis placuit vox, *Epiphania Domini*. Ita enim habent antiqua Martyrologia: quamquam in recentioribus multa leguntur additamenta, quæ apud cl. Sollerium in Actuariis Uſuardini Martyrologii ad hanc diem videri poſſunt. Sanctus Gregorius Nazianzenus *Theophaniam* appellat diem, qua Dominus noſter Jeſus Chriſtus eſt natus: hanc autem diem, qua a Joanne in Jordane baptizatus eſt, vocat τὰ ἅγια Φῶτα, *Sancta Lumina*, quo etiam nomine appellat eam Cyrillus Monachus in vita S. Euthymii Abbatis. De pluribus myſteriis, Epiphaniæ feſto apud Latinos recoli ſolitis, agunt breviter Baronius & Florentinius in notis: Bollandus vero in Actis: Sed nemo accuratius rem totam ab ovo excuſſiſſe videtur, quam cl. Caſtellanus Canonicus Pariſienſis in Adnotationibus ad Martyrologium. At Græci, & Ruſſi, hac die de ſolo Chriſti Baptiſmo agunt, uti ex Menologiis conſtat. Etſi enim antiquitus in Ægypto, & in Syria una eademque die Natalis Chriſti atque Baptiſmus agi conſuevit, ut conſtat ex homil. Sancti Joannis Chryſoſtomi in Lucam cap. 2. in Nat. Domini tom. 2. & ex Caſſiano Collat. 10. de orat. cap. 1. ſequiori tamen ævo, paucis ſcilicet ante habitam ab ipſo S. Joanne Chryſoſtomo homiliam annis, mos illle invaluit, ut Nativitas quidem Chriſti ad xxv. Decemb., Baptiſmus autem ad vi. Januarii diviſim celebrarentur: id quod Orienta-

Digitized by Google

les omnes obſervare perrexerunt, præter Armenios, qui adhuc una eademque die VI. Januar. utramque Chriſti ſolennitatem, Natalis ſcilicet ac Baptiſmi, recolunt: quemadmodum ephemerides Græcæ, Slavicæ, Syriacæ, Arabicæ, Ægyptiacæ, atque Armenicæ demonſtrant. A vero itaque abludit, quod cl. Mazocchius pag. 4. de Græcis pronunciat: *quem Baptiſmum unice hoc die Græci ab exordio coluerunt*: nam ante Chryſoſtomi tempora, Syri & Ægyptii, qui certe in Græcorum numero comprehenduntur: quippe qui Græcis ipſis hunc quo utuntur Ritum tradiderunt; non unice Baptiſmum Chriſti hoc die coluerunt, ſed unacum Baptiſmo etiam Nativitatem & Magorum adorationem, quæ cum Nativitate conjungi conſueverat.

VII.

SYNAXIS JOANNIS BAPTISTÆ.

Ita & Codex uterque Vaticanus Ruthenicus, & Poſſevinus, & Faſti Græcomoſchi Papebrochiani, & utrumque Græcorum Menologium, Kalendarium Moſcoviticum: *Joanna Creſtitelia*, *Joannis Baptiſtæ*. „ Notandus hic Græcorum Ritus „ (verba ſunt Papebrochii) quo poſt ſingula majora Chriſti Do„ mini, aut Deiparæ feſta, ſubjungunt memoriam eorum San„ ctorum, qui propius ad myſterium concurrerunt. Ita poſt „ feſtum Hypapantes ſecunda Februarii, ſequitur memoria ju„ ſti ſenis Simeonis, qui ſuis ulnis Chriſtum excepit, & ſic de „ cæteris„. Tabulæ Capponianæ repræſentant Joannem populos in Jordane baptizantem. In Menologio Baſiliano, ſtat Joannes, haſtam cruce ſignatam ſiniſtra manu tenens, & Phariſæis atque Sadducæis ad ſuum baptiſmum venientibus, dextera commonſtrans ſecurim ad radices arboris poſitam; quaſi diceret Matth. 3. num. 10. *jam enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt*. Tabella Papebrochiana exhibet Joannem, in Jordane baptizantem, Phariſæis & Sadducæis pone adſtantibus. Papebrochius: „ Notabilis quoque eſt ejus imago ad hunc diem, in Me„ næis excuſis deſignata cum magnis ad humeros alis, propter „ titulum Angeli eidem ex Scripturis aptatum „. Nimirum in alia Menæorum editione: nam in iis, quæ Venetiis anno 1612. ex Typographia Antonii Pinelli prodierunt, Joannes Baptiſta ad hanc diem ſine alis depictus eſt, crucem manu dextera tenens, ſiniſtra pectori admota & expanſa.

In Synaxario Baſiliano, nil aliud hoc die, præter hiſtoriam Joan-

Joannis Baptizantis narratur: „ Quamobrem, inquit, Baptiſtam „ Eccleſia Dei honorans, feſtum hunc & ſtatutum diem celebrat, quem Synaxim, hoc eſt, Collectam, appellat, quod „ populus in ipſa convenit ad laudes Deo ejuſque Præcurſori „ dicendas „. At in Menæis excuſis Synaxarium narrat præterea hiſtoriam *dexteræ manus S. Joannis Baptiſtæ* in urbem Regiam translatæ ſub Imperatoribus Conſtantino Porphyrogenito & Romano, hoc eſt ſeculo x. nam Conſtantinus imperium auſpicatus eſt anno 911. obiit autem anno 959. Dicitur autem Antiochenus quidam Diaconus, Job nomine, eam attuliſſe ab Antiochia, quo eam olim ex urbe Sebaſte, in qua ſepultus Joannes fuerat, Lucas Evangeliſta detulerat. Porro in S. Joannis manum, Antiochia Conſtantinopolim allatam, exſtat *Theodori Daphnopatæ* Encomium, quod incipit: *ἰδὺ καὶ πάλιν ἡμῖν ὁ ἱερὸς τῦ Χριςοῦ ἐμεδήμησε πρόδρομος*. Latine ſine nominis auctore, apud Lipom. Tom. 6. pag. 211. Synaxarium deſinit in hæc verba: *Τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ Σύναξις ἐν τοῖς φορακίυ* „ Peragitur autem ejus Synaxis in Phoracii „: lege, *ἐν τοῖς σφωρακίυ in Sphoracii æde*: quam Eccleſiam Sphoracius condiderat, ut habet Codinus in Originibus Cp. pag. 42. *τὸν πρόδρομον τὸν εἰς κόγχην, ὁ αὐτὸς σφωράκιος ἀνήγειρεν* „ Eccleſiam Prodromi in Con- „ cha, idem Sphoracius excitavit „. Eadem Eccleſia memoratur in Synaxariis ad 24. Febr. & 24. Junii, & in ea celebrari feſtum Inventionis capitis ejuſdem Sancti Præcurſoris, ut & illius natalitia, dicitur.

VIII.

DOMNICA.

GEORGIUS.

ÆMILIANUS.

Codices Vaticani Ruſſici hac die vacant: & loco Sanctorum, habent de octava Epiphaniæ, ſic: *Sabbatum. Dominica poſt Epiphaniam.* Poſſevinus pro Domnica, perperam: *Sanctæ Domnæ.* Faſti Græco moſchi Papebrochiani: *Domnica, Georgius*, dumtaxat. Kalendar. Moſcoviticum *Prepodob. Georgia, S. Georgii.* Menologium Baſilianum de ſola *Domnica* agit ad x. hujus, pag. 95. Menæa Græca ad diem VIII. in titulo: *τῦ ὁσίυ πατρὸς ἡμῶν Γεωργίυ τῦ Χοζεβίτυ, καὶ τῆς ὁσίας μητρὸς ἡμῶν Δομνίκας. καὶ Αἰμιλιανῦ τῦ ὁμολογητῦ. S. P. N. Georgii Chozebitæ, & Sanctæ Matris noſtræ Domnicæ, & Æmiliani Confeſſoris.*

ris. De ſola autem Domnica legitur Synaxarium Menologio Baſiliano prorſus ſimile, in quo dicitur *Sancta Domnica* Theodoſio magno Imperatore nata Carthagine, vixiſſe uſque ad tempora Leonis & Zenonis Imperatoris: relicta autem patria, Conſtantinopolim profecta, a Nectario Patriarcha excepta & in monaſterio collocata, quod ipſa in honorem Sancti Prophetæ Zachariæ inſtauraverat, & Diaconiſſa etiam ab eodem ordinata, in pace quieviſſe. Papebrochius. „ Domnica Abbatiſſa fuit Con-
„ ſtantinopoli, & habemus ejus vitam, Græce ac Latine dan-
„ dam in ſupplemento Januarii „. Idem de Georgio: „ Geor-
„ gius Chozebites, cum titulo *Sancti Patris noſtri*, officium
„ habet in Menæis: Epitomen vitæ nullam, præter morem.
„ Vitam ipſam ab Antonio diſcipulo ſcriptam tandem nacti ſu-
„ mus, dandam in hujus operis ſupplemento. Interim ex hac
„ docemur natum in Cypro, Monaſterio Chozibæ prope Hie-
„ ruſalem eſſe traditum a fratre monacho in Laura Calamonis,
„ ac floruiſſe eo tempore, quo Saraceni, Duce Humar, San-
„ ctam civitatem occuparunt, ideſt, anno 636. Ea vita doce-
„ bit multa circa ſtatum Monaſteriorum Terræ Sanctæ, & quo-
„ rumdam etiam Monachorum Martyria „. De Æmiliano Confeſſore, ne verbum quidem in Menæis, præter nomen. In Tabella Capponiana depictus eſt habitu Monaſtico, non ſecus ac Georgius Chozebita. Neuter horum trium a Latinis colitur in Martyrol. Rom.

IX.

POLYEUCTUS MARTYR.

Secundus Codex Vaticanus Ruſſicus: *Martyr Polyeuctus*. Primus, *de Epiphania*, nulla facta Polyeucti mentione. Poſſevinus perperam de more: *S. Martyris Polvecii*; pro, Polyeucti. Faſti Græcomoſchi Papebrochiani: *Polyeuctus*. Kalend. Moſcovit. *Mucen. Polyeucta*, *Mart. Polyeucti*. De eodem utrumque Græcorum Menologium hac die, ubi dicitur, primus omnium in Melitina Armeniæ urbe, mota ſub Decio & Valeriano Imperatoribus perſecutione, pro Chriſti fide martyrium ſubiiſſe. In Synaxario Græco: Τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ Σύναξις ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτοῦ Μαρτυρίῳ, *Peragitur autem ipſius Synaxis in Sanctiſſimo ſuo Martyrio*: hoceſt, in ſacra æde ipſius nomini ſacra in urbe Conſtantinopolitana, quam ædem a Juliana Valentiniani Auguſti filia, intra quatuor annos cum dimidio, evocatis Roma

Archi-

Architectis, fuiſſe ædificatam, ſcribit Codinus pag. 46. Gregorius autem Turonenſis lib. 1. de mirac. cap. 103. teſtatur, a Juliana Matrona Conſtantinopolitana, Juſtiniano magno imperante, ejuſdem ædis cameram, quod perjurii Sanctus Polyeuctus præſens ultor exiſtimaretur, auro puro veſtitam fuiſſe, ut avaritiam Principis deluderet. Vide cl. Cangium in Conſtantinopoli Chriſtiana lib. 4. cap. 6. de ædibus ſacris Sanctis Martyribus dicatis, num. 81. pag. 133. editionis Regiæ. A Latinis colitur Polyeuctus ad 13. Februarii, ubi in Romano hodierno: „ Melitinæ in Armenia S. Polyeucti Martyris, qui in perſecutione ejuſdem „ Decii multa paſſus, martyrii coronam adeptus eſt. *Baronius*: „ De eodem hac die (*ſcil.* 13. *Febr.*) Beda, Uſuardus, & alii. „ Græci autem in Menologio 9. Januarii: porro ex Actis ejus, „ quæ Metaphraſtes deſcripſit, quæ habet Lipom. tom. 5. & Surius tom. I. martyrio occubuiſſe 10. Januarii conſtat: hic forte „ taſſe translatio celebratur „. Hæc Baronius. Sollerius in obſervatione ad Martyrol. Uſuardi, 13. Febr. „ Quot modis de„ pravatum ſit Polyeucti nomen, jam in ſuperioribus abunde „ patuit, dum toties & pluribus diebus recurrit, incerto etiam„ num die, quo vere colendus ſit. Contendit quidem Caſtella„ nus, ex Hieronymianis apographis, eum martyrii corona do„ natum VII. Januarii; at quid ſi ex eiſdem Codicibus arguatur „ pro XIV. Februarii, quo die diſerte exprimitur æque ac VII. „ illa Januarii? conſulatur Florentinius utroque loco, & Hen„ ſchenii commentarius hoc die. Videantur etiam Acta ipſa, a „ laudato Henſchenio edita & illuſtrata, ex quibus ſua depromſit „ Tillemontius tom. 3. a pag. 424. An illis puriora ſint, quæ in „ *Lectis triumphis* pag. 185. pridem pollicitus eſt Combefiſius, „ tamquam a Nearcho Sancti Martyris amico compoſita, nedum „ licuit definire; licebit, ſi aliquando in lucem producantur „. In Hieronymianis apographis, unum eſt Martyrologium Auguſtanum S. Udalrici, in quo S. Polyeuctus Martyr ad IV. Idus Januarii, ideſt, ad diem X. colitur. Papebrochius ad IX. Januarii metrici Græcorum: *Acta Græca triplicia habemus*. Fabricius Tom. IX. Biblioth. Græc. in quo locupletiorem Catalogum de vitis, & Encomiis Sanctorum exhibet, pag. 137. *Polyeucti militis Ann. Chriſti* 254. εἴπερ τις ἄλλη Καλλίστη τῶν διηγήσεων. *MS. Lamb.* IV. *pag.* 62. VIII. *pag.* 333. *Latine apud Surium ad* IX. *Januarii*.

GRE-

X.

GREGORIUS NYSSENUS.
DOMITIANUS.
MARCIANUS.

Codex primus Vaticanus Ruſſicus: *De Epiphania. Et Gregorius Nyſſenus.* Codex Secundus de Epiphania dumtaxat. Poſſevinus *S. Patris Gregorii.* Kalend. Moſcovit. *Sviatago Gregoria, S. Cregorii.* Faſti Græcomoſchi: *Gregorius. Domitianus*: Marcianus autem die ſequenti. Menæa Græcorum ad hanc ipſam diem x. Jan. τῶ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου νύσσης. καὶ τοῦ ὁσίου πρς ἡμῶν Μαρκιανοῦ πρεσβυτέρου καὶ οἰκονόμου τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας. καὶ Δομετιανοῦ Ἐπισκόπου Μελιτινῆς. *S. P. N. Gregorii Nyſſæ Epiſcopi. Et S. P. N. Marciani Presbyteri & Oeconomi magnæ Eccleſiæ. Et Dometiani Epiſcopi Melitinæ*: De quibus extant tria Synaxaria, vitæ Epitomen complectentia. Menologium Baſilii ad eandem diem, pag. 92. *Commemoratio S. Gregorii Nyſſæ Epiſcopi.* Pag. 93. *Commemoratio S. P. N. Dometiani Epiſcopi Melitinæ.* Pag. 94. *Commemoratio S. P. N. Marciani Presbyteri, & Oeconomi magnæ Eccleſiæ*: cum totidem Synaxariis. Latini de Gregorio Nyſſeno agunt ad IX. Martii: „ Nyſſæ depoſitio S. Gregorii Epiſcopi, fratris B. Baſilii Magni, „ vita & eruditione clariſſimi; cætera „. Ita & Uſuardus. At Romanum parvum, *In Nyſſena civitate, S. Gregorii Epiſcopi, fratris Baſilii*: non definiens, an ea die colatur ejus depoſitio, an vero commemoratio. Nam Græci hac die 10. Jan. Depoſitionem Gregorii Nyſſeni colunt: unde verſus in metrico Januario.

Γρηγόριον δεκάτῃ θανάτου τέλος ἀμφεκάλυψεν·
Gregorium decima mortis ſors ultima obumbrat.

Multa accurate de S. Gregorio Nyſſeno collegit Papebrochius in Commentario hiſtorico; ſed multo plura poſt alios Tillemontius tom. 9. a pag. 561. ad 616. per 20. articulos.

Marcianus tam a Græcis, quam a Latinis hac eadem die colitur. Baronius: „ Hic ille, qui opulentiſſimum patrimonium, Chriſti amore, profudit in pauperes, erexit Eccleſias, & inter alia ædiculam illam Anaſtaſiæ, in qua Gregorius Nazianzenus collapſam fidem excitarat, in ampliſſimam Baſilicam, ſecundum propheticum illius oraculum, auxit ornavitque. Hujus præclara geſta deſcripſit Metaphraſtes. Habet

„ eadem Lipom. tom. 5. & Sur. tom. 1. „ Floruit Marciano & Pulcheria Imperatoribus, uti in Synaxariis legitur, ubi & dicitur condidiſſe Eccleſiam Sanctæ Irenes juxta mare, & Sanctæ Anaſtaſiæ, *τὴν ἐν τοῖς δομνίνου ἐμβόλοις*, *in Porticibus Domnini*, non *in promontorio*, uti Latinus Interpres in Menol. Baſil. pag. 94. reddit. Vide Cangium in Conſtantinopoli Chriſtiana lib. 4. cap. 7. de ædibus ſacris, Sanctis Virginibus & Martyribus dicatis, num. 3. de S. Anaſtaſia: & num. 21 de S. Irene. S. Marciani Presbyteri & Oeconomi Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ vita a Metaphraſte ſcripta incipit: *Sunt quidem multa quoque alia quæ hanc Regiam exornant*. Latine apud Surium x. Januar. Confer Tillemontium Tom. 16. pag. 161. & Bollandum ad x. Jan. pag. 609. Papebrochius ad diem xi. Jan. qua S. Marcianus in Faſtis Græcomoſchis cum Theodoſio Cœnobiarcha ponitur, hæc habet de Marciano. „ Licet nullum talis nominis hac die in Faſtis Græcis inveniamus „ (*ſed invenire poterat in die antecedenti*) æſtimo tamen Pa„ læſtinum quoque ipſum eſſe, in Magiſtri ſui Theodoſii vita „ laudatiſſimum, cujus diem proprium non invenientes Græci „ aliqui, nihilominus dignum memoria cenſentes, huc retule„ rint. Si tamen indigenam Sanctum hujus nominis in Moſco„ via oſtenderit quiſpiam, libenter ei hunc locum cedam „. Non erat, cur tantus vir Marcianum quæreret in Moſcovia, aut in Palæſtina; quum ante oculos haberet Marcianum, origine Romanum, domicilio Conſtantinopolitanum. Hinc Culcinius Par. 2. pag. 70. „ Qui hac die (xi.) in Tabulis figuratis ponitur „ Marcianus, is eſt Presbyter ac Oeconomus Eccleſiæ Conſtanti„ nopolitanæ, ut docent mei libri. Delendus igitur ipſe ex indi„ culo Sanctorum Ruthenis propriorum apud Papebrochium. „ Acta hujus Marciani recitat Surius ſub die præcedenti.

S. Domitianus Melitinæ Epiſcopus, in Martyrol. quidem Romano non eſt inſcriptus. At apud Græcos & Officio, & Synaxario proprio colitur. Dicitur autem fuiſſe Theodori & Eudociæ filius: tantamque nominis celebritatem conſecutus, ut Perſarum Regem ad amicitiam cum Mauricio Imperatore ſtatuendam pertraxerit. Τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ Σύναξις καὶ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου Νύσσης, ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ: „ Peragitur autem „ ipſius, & S. Gregorii Nyſſeni Synaxis, in Sanctiſſima magna „ Eccleſia „. Papebrochius: *Vitam ejus ex Theophylacto Simocatta dedimus: an alia ſeorſim ſcripta ſit ignoramus*.

THEO-

XI.

THEODOSIUS.

Codices Vaticani Ruthenici, primus & ſecundus: *Theodoſius Abbas*. Poſſevinus: *S. Patris Theodoſii*. Kalend. Moſcovit. *Prep. Theodoſia*, *S. Theodoſii*. Faſti Græco-Moſchi: *Theodoſius*, *Marcianus*; ſed Marcianus loco non ſuo, ut ad diem antecedentem diximus. Menolog. Baſilii: *Commemoratio S.P.N. Theodoſii Cœnobiarchæ*. Menæa Græca: τοῦ ὁσίου πρς ἡμῶν Θεοδοσίου τοῦ Κοινοβιάρχου, *S. P. N. Theodoſii Cœnobiarchæ*. Imago repræſentat eum, nudo ſed radiato capite, barba oblonga, pallio ſine manicis fibula ad pectus conſtricto, extenſis manibus, dextera benedicens, ſiniſtra volumen clauſum tenens, cum inſcriptione ad latera capitis: ὁ Θεοδόσιος ὁ Κοινοβιάρχης, *Theodoſius Cœnobiarcha*. Duo verſus Jambici.

Κοινοῦ Θεοδόσιος ἡγεμὼν βίου
Κοινὴ μοναςῶν βιώσας σωτηρία
Communis Theodoſius dux vitæ.
Communis vixit ſalus Monachis.

Et hoc hexametrum.

Ἑνδεκάτη ὀλοὸν βίοτον λίπε Κοινοβιάρχης
Undecima vitam dimiſit Cœnobiarcha.

Synaxarium in utroque Menologio, aſſerit eum Cappadocem ortu fuiſſe ex vico Mogariſo (qui in Romano Martyrologio *Magariaſſus* dicitur:) patre Proæreſio, matre Eulogia natum: Monachum vero factum, primum Antiochiam abiiſſe ad Sanctum Simeonem Stylitam, cujus benedictione accepta, Hieroſolymam petiiſſe, inde in Eremum ſeceſſiſſe, ibique multis conditis monaſteriis, communem Monachorum vitam inſtituiſſe, unde & Cœnobiarcha dictus eſt. Inſcribitur hodierno Romano hac die: ubi Baronius in notis. „ Spectatiſſimus fuit non tantum „ ob exactam vitæ monaſticæ exercitationem, verum etiam ob „ egregios labores pro Fide Catholica adverſus Acephalos Hæ„ reticos exantlatos. Florere cœpit temporibus Leonis Impe„ ratoris, pervenitque uſque ad tempora Juſtiniani, quum Hie„ roſolymitanæ Eccleſiæ præeſſet Petrus, qui ejus funus cura„ vit. Extant ejus res geſtæ omni acceptatione digniſſimæ a „ Metaphraſte ex antiquioribus monumentis deſcriptæ, quas „ habet Lipom. tom. 5. & Surius tom. 1. „. Latine incipit: *Inter tempora iter quidem eſt jucundiſſimum*. Duplex alia Sancti

Theodoſii Vita Græce habetur. Prima Auctore *Theodoro Petrarum Epiſcopo*: Initium: ἡ τρισυπόστατος καὶ ἀδιαίρετος μία οὐσία. Altera auctore *Cyrillo Monacho Scythopolitano*, initium: Θεοδόσιος ὁ ἀξιομακάριστος. Vide Fabric. tom. 6. Bibl. Græc. pag. 562. & tom. 9. pag. 148. Hanc ſecundam Theodoſii Cœnobiarchæ vitam a Cyrillo conſcriptam non vidit Papebrochius, dum ita ſcribit ad XI. Januarii Metrici: „ Theodoſius in Palæſtina; cu-
„ jus vitam ab auctore coævo, non tamen a Cyrillo diſcipulo
„ eſſe ſcriptam, certo jam nobis conſtat ex Chronologica Sy-
„ nopſi ipſiusmet Cyrilli de Vita ſui Magiſtri ejuſque Scriptori-
„ bus: quam Synopſim nunc habemus, æque ac alteram ab
„ eodem Cyrillo laudatam Sancti Theodoſii Vitam, auctore
„ Theodoro Epiſcopo Petrarum, utramque dandam ad ſup-
„ plementum Januarii „. Pagius ad annum 536. num. XI. primo notat errorem Cyrilli, licet auctoris coævi, dum ait, in Vita Sancti Sabæ, Theodoſium ante Sabam demortuum, indeque ait, ejus errorem exortum, quod nunquam cum Theodoſio manſit, & Sancto Sabæ nonniſi ſeni innotuit: „ Præterea quia
„ videbat, Sophronium ea munia præſtare in Monaſterio Theo-
„ doſiano, quæ alias Theodoſius; indeque pronum fuit exiſti-
„ mare Theodoſium ante hæc tempora obiiſſe. Secundo de
„ Theodoro vitæ Theodoſianæ Scriptore hæc ait: Theodorus
„ annum & diem mortis ejus tacet, aitque eum vixiſſe annos
„ centum & quinque, & paulo amplius: quare mors ejus paucis
„ poſt currentem annis contigit „. Verum magis arridet cl. Quieni ſententia, qui in Oriente Chriſtiano tom. 3. de Patriarchis Hieroſolymitanis pag. 190. ubi agit de Petro, Patriarcha L. quum ex Cyrillo Scythopolitano Petrum dixiſſet anno 524. Joanni in ſede Hieroſolymitana ſucceſſiſſe, ſubjungit ex eodem Cyrillo num. 70. pag. 339. „ Ineunte anno ætatis S. Sabæ 91.
„ (*anno* 529.) Sanctus Abbas Theodoſius finem vitæ ſortitus
„ eſt, menſe Januario, die undecima, ſenex ac plenus dierum.
„ Editores Actorum Sanctorum tract. prælim. in tom. 3. Maji
„ pag. 27. num. 120. col. 2. ajunt Cyrillum, in præfatione ad
„ vitam hujus Sancti a Theodoro Petrarum Epiſcopo ſcriptam,
„ referre eum mortuum *undecima die Januarii*, *Indictionis* VII.
„ *vigeſimo ſecundo menſe regnantis Juſtiniani*, quum centeſi-
„ mum fere ſuæ ætatis annum attigiſſet. Cæperat autem regna-
„ re Juſtinianus in Cæna Domini, Kalendis Aprilis anni 527. ita

„ ut

Digitized by Google

„ ut menſis ejus vigeſimus ſecundus recte nos ducat ad Januarium anni 529. quo Indictio VII. in curſu erat „. Pagius, ut Theodoſium anno 536. adhuc ſuperſtitem fuiſſe oſtendat, citat Theodorum Petrarum Epiſcopum Vitæ ipſius Scriptorem, qui ait: „ Sanctum Abbatem propter ſuſceptos pro Fide Catholica „ labores, tum ab eo, qui magnæ tum Romæ Apoſtolicum „ Thronum regebat Agapeto, tum ab Antiochenæ Sedis San„ ctiſſimo Ephræmio, ſupra modum laudatum fuiſſe „. Atqui Agapetus Romanam Sedem regere cœpit anno Chriſti 535. III. Non. Junii, ut eſt res certiſſima. Verum hoc argumentum ex Agapeti Papæ nomine petitum leviſſimum eſt præ documentis certiſſimis, quæ ex Cyrilli auctoritate ſupra allata, & ex Actione I. Concilii Conſtantinopolitani ſub Menna petuntur: qua in Actione anno 536. paulo poſt Agapeti Papæ obitum habita inter ſubſcriptiones Monachorum, de Heſychio legato Monaſterii Beati Theodoſii hæc leguntur: „ Heſychius divina miſeratione „ Presbyter & Monachus Monaſterii Beati Abbatis Theodoſii, „ locum tenens Sophronii Presbyteri & Archimandritæ ipſius „ Monaſterii, & primi totius Eremi Hieroſolymorum, cum „ omnibus his qui mecum miſſi ſunt, Archimandritis & Mona„ chis Hieroſolymitanis ad hanc Regiam Urbem, qui fa„ ciunt pro omnibus Archimandritis, & Monachis, qui „ habitant ipſam Eremum, & tres Palæſtinas, qui una „ mecum ſupplicarunt, ſubſcripſi de conſenſu omnium & por„ rexi „. Si Sanctus Theodoſius Abbas eo anno adhuc ſuperſtes fuiſſet, non utique Heſychius ſeipſum ita ſubſcripſiſſet: „ Heſychius divina miſeratione Presbyter & Monachus Mona„ ſterii Beati Abbatis Theodoſii „: nam *Beatus* idcirco Theodoſius dictus eſt, quia jam obierat: neque idem Heſychius ſe ipſum appellaſſet, *locum tenentem Sophronii Presbyteri & Archimandritæ ipſius Monaſterii & primi totius Eremi Hieroſolymorum*; ſed potius nominaſſet *Theodoſium* tamquam Archimandritam ſpectatiſſimum, ejuſque vices gerentem *Sophronium*. Quamobrem, ſi Scriptores eorum temporum, qui circa obitum Sancti Theodoſii ſibi non conveniunt, emendandi ſunt, dicendum eſt potius in Theodori Petrarum Epiſcopi textum errorem irrepſiſſe, dum ait: „ Quum de eo (Theodoſio ſcilicet) in„ tellexiſſet & qui veteris Romæ ſedem pulchre tenebat (is „ autem erat Agapetus) & qui Antiochenam ſedem regebat

„ *Ephra-*

„ *Ephraim* „: dele voculam *Agapetus*, & ſubſtitue *Felicem* Papam, qui Romanam ſedem ab anno Chriſti 526. ad ann. 530. tenuit; & omnia conveniunt. Cur enim erraſſe dicamus Cyrillum tam accurate diem & annum obitus S. Theodoſii notantem, & Heſychium in Synodo Conſtantinop. Theodoſium *Beatum*, hoc eſt jam mortuum, appellantem, potius, quam Theodorum, aut Theodoro exſcriptorem, oſcitanter nomen Agapeti pro Felice ponentem? Pagio ipſi viro eruditiſſimo judicandum relinquo.

Cæterum quum Græci hac die non de ſolo Cœnobiarcha agant, ſed etiam de Theodoſio altero Antiocheno, cujus Vitam Theodoretus adumbravit in Philotheo, & plura miracula Joannes Moſchus in Prato Spirituali: quumque Marmor Neapolitanum ad eandem diem ſic habeat: XI. *S. Theodoſii Monachi*: hinc Mazocchius quidem in obſervat. ad idem Neapolitanum Marmor pag. 10. exiſtimat, intelligendum hic potius Theodoſium Antiochenum, quam Cœnobiarcham: at vero cl. P. D. Ludovicus (*a*) Sabbatinus de Amphora, Presbyter Cong. Piorum Operariorum tom. 1. in ipſum Neapolitanum Kalendarium pag. 96. cenſet potiori jure deſignari in hoc Marmore Cœnobiarcham quam Antiochenum Monachum, quum ille præ iſto multo ſit apud Græcos celebrior: neque officit *Natalis* nota, quæ, ut ſupra diximus, æque refertur in hoc Marmore ad Sanctos qui die emortuali coluntur, ac ad illos, qui die non ſuo commemorantur.

XII.

SABAS.

TATIANA.

Codex ſecundus Vaticanus Ruſſicus: *Tatiana Martyr*, dumtaxat. Codex primus vacat. Poſſevinus: *Sanctæ Martyris Tatianæ*. Kalend. Moſcov. *Muc. Tatiani, Martyris Tatianæ*. Faſti Græco-Moſchi: *Tatiana. Petrus*. Menologium Baſilii ad hanc diem pag. 98. *Certamen Sanctæ Martyris Tatianæ*, quæ dicitur Romæ temporibus Alexandri Imperatoris, patre tertium Præfecto nata, quum Diaconiſſa eſſet, multoſque ab Idolis avocaret, juſſu ejuſdem Imperatoris in facie cæſa, oculiſque effoſſis, in equuleum acta ac dilaniata, & ad cutem capite tonſa: tum

a Nunc digniſſimus Aquilæ Epiſcopus. Nam hæc ego ſcripſeram, antequam is ad Eccleſiam Aquilanam evectus eſſet.

tum in ignem projecta, ſed nihil læſa; beſtiis item expoſita, & ab illis erepta, capite demum obtruncata. Eadem in Menæis, & Synaxario: nec non in Martyrologio Romano, cui ad hanc ipſam diem eſt inſcripta. „ Ejus Acta, inquit Baronius, titulo „ Virginis prænotata, extant in Cod. MS. Bibliothecæ noſtræ „ Congregationis, & copioſiora in veteri MS. Sanctæ Mariæ „ Majoris, quæ tamen aliqua caſtigatione indigere videntur „. Papebrochius. „ Quæ hujus Acta habentur apud Græcos, eadem a Latinis leguntur ſub nomine Sanctæ Martinæ, & ſic ea „ dedimus I. Januarii, quo die hæc antiquitus colebatur, nunc „ translata ad diem XXX. pro commoditate majoris ac liberioris cultus. Acta iſta per licentiam plus quam poëticam adornata, ſi nunc a nobis examinari & edi deberent, ſeveriori nota caſtigarentur „. Verum in Martyrologio Romano Martina tamquam a Tatiana diverſa notatur: prima enim colitur ſub Martinæ nomine I. Januarii: ſecunda, ſub nomine Tatianæ, ad XII. ejuſdem menſis. Græci autem de Martina ne verbum quidem: & quamquam Acta Latina, quæ ſub nomine Martinæ, & Tatianæ circumferuntur, eadem omnino ſunt, ut recte obſervat Bollandus tom. I. Jan. ad I. diem pag. II. & ad diem XII. pag. 720.; ex hoc tamen nolim colligi, unam & eandem eſſe Martinam ac Tatianam; ſed ſolum, Acta Martinæ fuiſſe perperam a Sciolis relata ad Tatianam: nam his quoque Actis ſimilia ſunt Sanctæ Priſcæ, ut idem Bollandus ad XVIII. Januarii notat, niſi quod ſub Claudio Priſca interfecta dicitur; Tatiana & Martina ſub Alexandro; Priſcam tamen nemo dixerit unam eandemque eſſe ac Martinam, quum in vetuſtiſſimis Martyrologiis tamquam a Martina diverſa Priſca notetur. Nimirum aliud eſt Acta unius cum alia confundi, aut ad aliam oſcitanter referri; aliud vero, Sanctas ipſas pro una haberi. Denique non obſtat ſimilitudo martyrii: nam in vetuſtiſſimis Martyrologiis legitur non raro, eodem martyrii genere defunctos Sanctos diverſos. Et Baronius in notis ad 3. Maji hæc docet: „ Nec quis exiſtimet ob ſimile certaminis genus eoſdem hos eſſe (Alexandrum „ ſcilicet militem & Antoninam Virginem:) cum Theodora „ & Didymo, de quibus ſupra IV. Kal. Maji. Quum etenim frequenter Chriſtianæ feminæ ad proſtibulum damnarentur, ſæpius ſimilis caſus potuit accidiſſe „. Stat ergo Græcis notam fuiſſe ſolam Tatianam: Latinis autem Martinam, & Priſcam;

tres

tres nimirum Sanctas, quæ ſimile certaminis genere pro Chriſto occubuerunt. Acta Latina non moramur: Sanctas veneramur. Marmor Neapolitanum hac die habet, *Marciani & Theodore*. Ita legendum, ſi tabulæ impreſſæ fides eſt adhibenda. At cl. Mazocchius legit: XII. *N. S. Marciniane & Theodore*.
„ *Marcinianam* autem putat non aliam eſſe ac illam *Martia-*
„ *nam*, quæ inquit hoc eodem die reperitur in quodam Uſuardi
„ Compendio, cui nomen *Matricula Cartuſiæ Ultrajectina*:
„ in quo hoc die legitur, *Martianæ Virginis & Martyris*. Vide
„ Auctaria Solleriani hoc die „. Et paucis interjectis. „ Ea
„ vero eſt illa celeberrima Marciana (quæ quidem in Uſuardo
„ edito Pariſiis an. 1536. proxime ad noſtri Marmoris ſcriptu-
„ ram augetur una ſyllaba, ac dicitur *Martiniana*, teſte Bol-
„ lando ad IX. Januarii pag. 568. num. 4.) Virgo & Martyr
„ Cæſareæ in Mauritania, cujus Acta ſatis bona, antea evulga-
„ ta a Mombritio, edidit ibidem Bollandus ex MS. Ducheſ-
„ nii „: Pergit de Theodora diſſerens: „ Etſi, inquit, plu-
„ res ſunt hujus nominis Martyres; hæc tamen, quæ hodie in
„ Marmore ſignatur, non eſſe alia poteſt, quam Theodora
„ Alexandrina cum Didymo coronata: de qua Romanum Mar-
„ tyrologium, Beda vulgatus, Uſuardus &c. Sed alio die.
„ Cur, inquis, eadem atque Alexandrina? quia de hac Theo-
„ dora hoc die in Menæis agitur, teſte Bollando ad XII. Janua-
„ rii pag. 719. in prætermiſſis. Nam cæteroqui eandem cum Di-
„ dymo Latini in laudatis Martyrologiis diei 28. April. inſerue-
„ runt „. Hæc cl. Mazocchius. At P. D. Sabbatinus de Amphora aliter Neapolitanum Marmor legit, exponitque pag. 97. In primis legit ſic: XII. *Natalis SS. Marciani, & Theodoræ*: deinde emendat inſcriptionem, & pro *Theodoræ*, ſubſtituendum cenſet, *Theodoti*, aut *Theodori*: hos autem Sanctos *Marcianum* & *Theodotum* exiſtimat non alios eſſe ab iis, qui ad 4. Januarii coluntur in Martyrologio Bedæ hoc elogio: „ Apud Africam natale San-
„ ctorum Aquilini, Gemini, Eugenii, *Marciani*, Quinti, *Theo-*
„ *doti*, & Tryphonis, præclariſſimorum Martyrum, quorum
„ geſta habentur „. Nimirum habebantur tempore Bedæ, quæ poſtmodum excidiſſe videntur, ut notat Baronius. Pergit demum de Theodora loquens, & unam eandemque aſſerens fuiſſe, quæ a Sancto Ambroſio *Antiochena* dicitur, & ab aliis *Alexandrina*; colitur autem 28. Aprilis a Latinis, & 5. *Maji* a Græcis.

Hacte-

Hactenus P. Sabbatinus. Verum in primis pro 5. Maji, legendum, 5. *Aprilis*. Nam ea die colitur a Græcis Theodora cum Didymo, quam Latini ad 28. Aprilis venerantur; eamque Alexandriæ paſſam, non Antiochiæ, Acta teſtantur, quæ ex Metaphraſte edidit Lipom. tom. 7. & Sur. tom. 2. Altera Theodora Alexandrina pœnitens tam a Græcis quam a Latinis colitur die XI. Septembris, cujus res geſtas ex Metaphraſte Latine redditas habet Lipom. tom. 6. & Surius tom. 5. Tertia Theodora Virgo & Martyr Tyri paſſa ſub Urbano Palæſtinæ Præſide apud Græcos ad 2. Aprilis. Quarta in Græcia martyrium paſſa Theodora cum ſociis Leonide, Charieſſa, Nice, Galena, Calide, Nunechia, & Baſiliſſa, ad 16. Aprilis. Aliæ in Menæis occurrunt Theodoræ, ut ad 30. Decembris *Theodora Cæſarienſis* ſub Leone Conſtantini Copronymi patre: & ad 5. Aprilis *Theodora Theſſalonicenſis*, ambæ monaſticum Inſtitutum amplexæ. Poſtremo, *Theodoræ*, duæ Auguſtæ, prima Theophili conjux, quæ Imaginum cultum reſtituit, ad XI. Februarii; altera Juſtiniani conjux, cujus memoriam Græci ad XV. Novembris colunt his verbis: ϗ μνήμη τῶν εὐσεβῶν Βασιλέων Ἰουστίνου ϗ Θεοδώρας: „ Et memoria piorum Imperatorum Juſtini & Theodoræ „: ubi Juſtinus pro Juſtiniano obrepſit: nulla enim Theodora Juſtini ſenioris aut junioris uxor, ſed Juſtiniani Magni, quamquam ob Eutychianorum patrocinium, ſacro cultu prorſus indigna. Miſſas facio Theodoras alias in Romano Martyrologio cultas, uti eſt Theodora Martyr Niceæ unacum Thauſeta, Horre, Nymphodora, Marco, & Arabia, ad XIII. Martii: Theodora Martyr Romæ ſub Hadriano, ad 1. Aprilis: Theodora item Martyr Romæ ſub Diocletiano ad 17. Septembris: Theodora demum Martyr Tarracinæ ſub Domitiano unacum Flavia Domitilla, ad 7. Maji. Igitur quæ ſupereſt *Theodora*, a Græcis culta ad XII. Januarii, hoc elogio ſine vitæ epitome: ϗ τῆς ὁσίας Θεοδώρας τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, *& Sanctæ Theodoræ in Alexandria urbe*; hæc, inquam, Theodora, non Martyr fuit, neque Didymi ſocia; ſed monaſticam vitam amplexa: id enim ſonat apud Græcos titulus ille ὁσία, Papebrochio teſte in obſervat. ad Januarium Græcorum Metricum, die 5. his verbis: „ Nota porro, „ quod ὅσιος, & ὁσία fere dicatur de Monachis, & Sanctimo- „ nialibus; ἱερὸς, de Presbyteris & Epiſcopis: ἅγιος univerſim „ de cujuſvis conditionis ac ſexus Sanctis „: ac proinde non

alia eſt ab ea Theodora Alexandrina, quæ Pœnitens dicitur, & a Latinis æque ac Græcis ad XI. Septembris colitur. Cur autem hac etiam die 12. Januarii commemoretur; cauſam fuiſſe puto elevationem corporis, aut translationem. In Kalendario vero Neapolitano idcirco hac potiſſimum die coli Theodoram iſtam exiſtimo, tum quia etiam a Græcis colitur: nam Eccleſia Neapolitana Græcum olim Ritum in pluribus ſequebatur: tum quia ad diem XI. Septembris, quo die præcipuum ejus feſtum agunt Græci, hoc ipſum Kalendarium eandem omiſit, ejus loco nomina SS. Proti, & Hyacinthi ponens. Atque hæc de Theodora dicta ſufficiant. Ad *Marcinianum* vero quod ſpectat, qui hoc die XII. Januarii Marmori Neapolitano eſt inſcriptus, neque Mazocchii, neque Sabbatini ſententia placet, doctiſſimorum cæteroquin virorum, quos & ob doctrinam, & ob amicitiam ſemper colui: ſed ajo, intelligendum hic eſſe *Marcianum* Presbyterum, & Œconomum magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, qui in Græcorum quidem Menæis, & in antiquis Faſtis Ruſſicis ad diem X. hujus colitur; in Græco-Moſchis autem Ephemeridibus Papebrochianis ad diem XI. translatus reperitur: qui dies quum feſto Sancti Theodoſii ſit impeditus, idcirco exiſtimo, eundem Sanctum fuiſſe in Neapolitano Marmore ad XII. hujus translatum. Id ut ſentiam, non modo ipſum *Marciani* nomen facit, quod Sculptor in Marcinianum facile mutavit; ſed etiam, quia in hoc Kalendario præcipui Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Sancti commemorati reperiuntur: cujuſmodi eſt (ut de reliquis ſileam) S. *Metrophanes* Patriarcha Conſtantinopolitanus ad IV. Januarii: *Epiphanius* Patriarcha Conſtantinopolitanus ad V. ejuſdem: Sanctus *Joannes* Chryſoſtomus, ad X.; & ſic de aliis.

Ad *Sabam* venio. In Tabulis Capponianis inſcriptio eſt *Sabas*: idemque habitu Patriarchali, ſeu Archiepiſcopali, depingitur. Plures, *Sabæ* nomine, ſancti agnoſcuntur. Primus, *Julianus Saba*; quod Senem vel Priſcum ſignificat, qui in Syria claruit coliturque in Rom. hodierno ad 14. Januarii. Secundus, item *Julianus Saba*, ſed junior, in Meſopotamia ad Euphratem, coliturque 18. Octobris. Tertius *Sabas Gothus*, Dux militum, martyr Romæ, imperante Aureliano, de quo Menol. Baſilii ad 25. Aprilis, Martyrol. vero Rom. ad 24. ejuſdem. Quartus *Sabas* item *Gothus*, Valentiniano Imperatore, ſub Athanarico Gothorum

thorum Rege paſſus, de quo idem Menologium ad 15. Aprilis: Romanum vero Martyrologium ad 12. ejuſdem. Quintus *Sabas Monachus Sinaita* & Martyr cum Eſaia & aliis 36. ſociis, de quibus Bollandus Tom. 1. ad 14. Jan. pag. 936. Sextus, *Sabas Abbas* in Palæſtina celeberrimus, qui colitur ad 5. Decembris. Sed horum nemo Epiſcopus fuit. Itaque qui hoc die a Ruthenis colitur *Sabas* Archiepiſcopali habitu indutus, alius non eſt, quam *S. Sabas Serviæ Archiepiſcopus*, qui in noſtris quidem Tabulis ad hanc diem XII. ponitur; in Faſtis autem Papebrochianis, ad XIV. hujus. Etſi enim Papebrochius in obſervat. ad Inſcriptionem Ruthenicam XIV. Januarii exiſtimat, *Sabam* unum eſſe ex Monachis martyribus montis Sinai & Raithu, quorum ibi imago viſitur; erravit tamen, ut mox demonſtrabimus, & Pictura ipſa Sabam habitu ab aliis diverſo repræſentans, quamquam ſine Pallio Pontificio, clare oſtendit ipſum Serviæ olim Epiſcopum, poſtea Epiſcopatu abdicato, ad Monaſticæ vitæ inſtitutum rediiſſe. Culcinius Par. 1. de ſanctis Ruthenicæ Eccleſiæ propriis, diſtinguit hunc Sabam Epiſcopum a Monachis Sinaitis & Raithenis. Sic enim ſcribit pag. 1. XIV. *Januarii*. „ De S. Saba Archiepiſcopo Serbiæ. Qui in Ephemeridibus Moſcorum figuratis „ apud Papebrochium apponitur hac die Monachis in Sinai & „ Raithu martyribus ſanctus Sabas, hic eſt primus Serborum „ Archiepiſcopus, ut docet meum Anthologium, ex quo pono „ hic Troparium „. Viæ ducentis ad vitam Dux, & princeps „ ſacrorum, ac doctor fuiſti: primus enim, o ſancte Saba, patriam „ tuam lumine fidei illuſtraſti, & ut ramos olivarum, ſanctificatam in Spiritu Sancto prolem multiplicaſti: hinc ut Apoſtolo„ rum ac Pontificum ſocium nos te colentes, precamur, ora Chri„ ſtum Deum, ut donet nobis magnam gratiam. *Item Contacium*. „ Ut Hierarcham magnum Apoſtolorum imitatorem Eccleſia „ plebſque tua laudat te, o ſancte. Tu vero habens fiduciam ad „ Chriſtum Deum, precibus tuis a cunctis malis nos libera, ut „ tibi canamus: Gaude Pater Saba divina ſapiens „. Hæc Culcinius, qui lectorem ad Bollandum hac die Acta hujus Sabæ deſcribentem remittit.

Et quidem Bollandus tom. 1. Jan. pag. 979. *Vitam S. Sabbæ Archiepiſcopi Serviæ, auctore Joanne Tomco Marnavitio* exhibet. Edidit illam *Joannes Tomcus* qui poſtea creatus eſt Epiſcopus Boſnenſis, in libro, qui *Regiæ Sanctitatis Illyricanæ*

fœcunditas inſcribitur, prodiit autem Romæ anno Chriſti 1630., Ferdinando III. tunc Hungariæ Regi, poſtea Cæſari Auguſto, dicatus, & Emo Cardinali Franciſco Barberino. Ibi dicitur *Sabas* antequam Monachus fieret, nomen habuiſſe *Raſcus*: patre natus *Simeone Stephano* Serviæ & Raſciæ Rege, & matre *Geliza*: fratres autem habuiſſe *Wkſanum*, Latinis Vulcanum, Dalmatiæ & Diocleæ Regem, & *Vencianum*, Stephanum dictum, Serviæ Raſciæque, poſtquam Simeon pater circa annum 1195. regno abdicato factus eſt Monachus, Regem. Pergit Tomcus regiam ſancti Sabæ genealogiam altius repetens: *Simeon Stephanus*, inquit, Sabæ pater, *Nemaniam* patrem habuit, *Nemania Deſſam*, *Deſſa Uroſcium*, *Uroſcius* (*a*) *Stephanum*, primum Serviæ Raſciæque Comitem: unde & poſteri omnes ſibi *Stephani* nomen imponere conſueverunt. *Uroſcium* Thurocius in Chronico Hungarorum par. 2. cap. 63. *Uros magnum Comitem* vocat, cujus filia circa annum 1130. nupſit Belæ II. Cæco Regi Hungariæ, eique Geiſam II. peperit, qui dein Rex fuit. De Nemania, hæc habet Nicetas lib. 5. „ Audierat (Manuel Imperator, qui circa annum 1180. obiit, quum paucis ante annis Neemani bellum intuliſſet, & ad fidem ſibi ſervandam coegiſſet) „ Audierat, inquam, Serviorum Principem, inquieto & „ inſatiabili ingenio hominem, Stephanum Neemanem, juſto „ audaciorem factum, finitima quæque invadere, ac populares „ ſuos graviter premere, ferro graſſantem, ſuæque fortunæ „ oblitum, Crobatiam & Cattarorum dominatum ſibi vindica„ re. *De eodem Nemania Tomcus*: Ea tempeſtate Federicus „ Romanorum Imperator, dum ad ſacrum Palæſtinæ bellum, „ iter per Illyricanas intendit provincias, a Nemania in urbe „ Niſſa (*b*) regiæ opulentiæ excipitur hoſpitio, non ſolum, „ ſed maximis præterea auctus muneribus, magna pompa ad „ Thracium deducitur litus. Imperator indignum ratus, adeo „ magnanimum hoſpitem abſque aliquo grati animi argumento „ a ſe dimittere, *Regis Serviæ* titulo decoratum, perpetuum

„ cum

a *Stephanum*. Cangius in Familiis Dalmaticis pag. 284. edit. Reg. ex Orbino & Luccario, tradit, *Gliubomirum* Uroſcii patrem fuiſſe; *Stephanum* autem Gliubomiri patrem, non Serviæ Comitem, ſed Græcum Presbyterum in Chelmenſi Comitatu, ſeu in Tuchelienſis Boſinæ oppidi Eccleſia, Curionis officio functum fuiſſe. Fortaſſe Gliubomirus, qui primus Tarnovenſis regionis Jupanus fuit, Stephani patris nomen ſibi aſſumſit.

b Ptolemæo *Neſus Dardaniæ urbs*. Cedreno, *Naiſſos*.

Digitized by Google

„ cum poſteritate Romani Imperii declaravit amicum „. Eadem fere Arnoldus Abbas Lubecenſis lib. 3. Chronici Slavorum cap. 29. poſt deſcriptum iter Imperatoris ultra Savum fluvium: „ Quingenti ſervi, inquit, pabulatum exeuntes, ſagittis ab „ hominibus illius regionis, qui Servii nuncupantur, interfe„ cti ſunt. Altera autem die venit Dux ejuſdem gentis, & fe„ cit Domino Imperatori hominium, ſuſcipiens ab ipſo terram „ ſuam jure beneficiario „. Fredericus autem Imperator, captis a Saladino menſe Octobri anno 1187. Hieroſolymis, vere ſequente iter in Orientem ſuſcepit. Quamobrem ex dictis videtur *Sabas* natus paulo poſt annum 1200. ſiquidem *Nemanias* avus anno 1188. Fridericum Imperatorem excepit;& Cangio teſte in Familiis Dalmaticis pag. 286. edit. Reg. paucis poſt annis obiit. Stephanus autem Simeon, Sabæ pater, poſtquam Theomilus frater, poſt Nemaniæ communis patris obitum, vix annum imperaſſet, Serviam, Dalmatiam, Diocliam, Trebinam & Zachlumiam obtinuit: primuſque Regem Raſciæ ſe dixit, ut auctor eſt Orbinus. Eum Neemanis Triballorum Principis filium vocat Nicetas lib. 3. eundemque haud diu Principatu potitum, quum in Papycii montis Monaſterio Monachum induiſſet, relictis ex priore conjugio, ut ſupra dictum eſt, tribus filiis; Stephano Venciano, ſcilicet, Vuchſano, qui & Vulcanus, aut Vulcus; & Raſco, qui & Sabas. Ita Cangius loc. cit. „ Raſcus, „ igitur, Sabas dictus, (uti in ejus vita narratur) vivente ad„ huc patre, quum ab infantia animum ad pietatem adjeciſſet, „ ubi primum adoleſcere cœpit, aulicas turbas pertæſus, inſciis „ genitoribus, domo prolapſus, ad ſacros viros, qui juga (*a*) „ Montis Athos, ex Macedonia in Ægeum mare altera crepi„ dine procurrentis, incolebant, ſeſe recepit: qui locus ea „ tempeſtate, Thebaidis Syriæque ſacras ſolitudines referebat, „ confluentibus in illum vere ſacroſanctum montem, idcirco a „ Græcis ἅγιον ὄρος appellatum, ex univerſo Oriente non ſo„ lum, ſed & ex Occidente, ſolitariæ vitæ undique amatoribus; „ præſertim quum per ea tempora Conſtantinopolitani Imperii „ clavus, ſicut & ejuſdem Eccleſiæ temperamentum penes La„ tinos

a *Montis Athos*, Quienus in Orient. Chriſt. Tom. 2. pag. 321. de hoc Saba loquens: Monaſticam in Monte Atho vitam egit, ſubindeque Conſtantinopoli in Monaſterio Chilantario. Errat. Cœnobium Chilantarii non Conſtantinopoli, ſed in Monte Atho ſitum eſt.

„ tinos extaret „. Nam anno Chriſti 1204. 12. Apr. feria 2. hebdomadis 6. Quadrageſimæ a Latinis capta eſt Conſtantinopolis; a Græcis vero nonniſi anno 1261. recuperata. „ Quo tem„ pore [pergit Tomcus] regius adoleſcens Raſcus, Sabbas „ inter cœnobitas dictus, poſt magna virtutum incrementa, ad „ maturam ætatem progreſſus, mortuo Theodoro (a) Ser„ vienſi Epiſcopo, in ejus locum vel invitus ſufficitur. Cujus „ Eccleſiæ cura, poſt inſtantiſſimas populorum, Regiſque, ac „ magni Jupani fratrum preces, tandem ſuſcepta, ita ſuo paſto„ rali muneri fecit ſatis, ut Conſtantinopolitanus Patriarcha in „ omnibus ſuæ curæ partibus, quacumque Illyricæ linguæ uſus „ habebatur, ei ſuas vices cum ampliſſima auctoritate deman„ daret; unde vulgo tamquam alter Patriarcha eſt habitus. Hinc in tabulis Capponianis, depingitur Sabas habitu Patriarchali indutus: coronam ſcil. Patriarchalem ſive Regiam in capite gerens: cætera, ut SS. Jo: Chryſoſtomus, Baſilius, & Nicolàus ſive Gregorius Theologus depingi ſolent a Græcis, & Bollandus ad hunc Tomci locum recte notat, hinc forte poſteros Serviæ Archiepiſcopos, *Patriarchæ* titulum uſurpaſſe. Certe Bulla Innocentii VI. inſcripta *Joannichio Patriarchæ Serviæ*, extat apud Waddingum tom. 4. Annal. Minor. ad ann. Chriſti 1354.

Doſitheus lib. 1. de Patriarchis Hieroſolymitanis cap. 13. ſcribit Sabam totius Serviæ Archiepiſcopum & Primatem, quum Stephanum fratrem regni corona redimiſſet, Patriarchæ titulo ornatum, Epiſcopos 12. per ejus ditionem inſtituiſſe, qui in Monaſteriis morarentur, 1. Zalumæ, in Monaſterio Panagiæ. 2. in terra Diocletiæ in Eccleſia S. Michaelis Archangeli. 3. Tembre in S. Nicolai. 4. Butumliæ in S. Georgii. 5. Baraſii in SS. Apoſtolorum. 6. Rhoſnæ in Panagiæ in Studenitza. 7. Prizreni in Panagiæ. 8. Ugracianitzæ in Panagiæ. 9. Utonitzæ in S. Nicolai. 10. Ubra-

---

a *Servia* non modo Provincia, ſed etiam urbs quam Joannes Cantacuzenus lib. 4. cap. 18. i:a deſcribit. „ Servia urbs non parva ad confinia Botiææ, & Theſſaliæ jacet „ ædificata eſt ſuper montis ardua prominentia, ſtatimque a principio ſe ipſa altior, „ ſicut eſt, accedenti apparet. In ipſo autem jugo montis deſinit, triplici muro di„ ſtincta & interſcepta, ut foris exiſtimes tria eſſe oppida, aliud poſt aliud, utrinque „ vallibus profundis circumdatur „. An eadem hæc urbs *Servia*, cum *Pec*, ſive *Pecio*, quæ & *Peſſium* Ptolemæo, in eadem regione *Picentios* ponenti? Certe Serviæ Archiepiſcopus dicitur Græcis & τῶν Τριβαλλῶν, *Triballorum*, & Πεκίου, *Pecii*, Archiepiſcopus. Vide Quienum in Oriente Chriſtiano Tom. 2. pag. 320. & ſeqq.

Digitized by Google

10. Ubranitzebi in S. Nicolai. 11. Belegradi in Panagiæ. 12. Moraviæ in S. Achillei. Quum vero Chryſanthus Hieroſolymorum Patriarcha, Doſithei ex fratre nepos, *librum de Officiis Eccleſiæ*, ſcriberet, cap. 88. ubi de Pecii Archiepiſcopo agit, primo quidem ait, eorum qui Turcici Imperii erant, Metropolitas ſub illo fuiſſe, Scopiorum, Priſrenæ, Urſicii, Stariblachæ ſive Raſcæ, Boſniæ Saragii, Beligradii, Timiſuarii, Baliſti: Archiepiſcopos, Samocabii, Ceſtentilii, Niſſæ, Sebetii, & Epiſcopum Tzetinæ. Qui vero Germanico Imperio parebant, Metropolitas Buntumii, & Carlowitzæ, & Stremii: Archiepiſcopum Batzinæ: Epiſcopos, Enobi & Junopolis, Giulæ & Lipobi, Pozieræ. Hæc illi. Quis vero fuerit is Patriarcha Conſtantinopolitanus, Græcus ne, an Latinus, qui vices ſuas Sancto Sabæ commiſiſſe dicitur, Tomcus non exponit. Verum conſtat, ni fallor, ex iis, quæ idem Tomcus paulo poſt narrat de Synodo ante hunc Sabam in Servia habita. Tomci verba hæc ſunt apud Bollandum pag. 981.
„ Præcipua tamen ei, (ideſt Sancto Sabæ jam Serviæ Archiepi-
„ ſcopo) cura fuit circa Servienſem Eccleſiam, quam, ob Schiſ-
„ maticorum vicinitatem, ſilveſcentem potius agrum, quam
„ bene cultam vineam, invenerat: quamobrem totis in eo vi-
„ ribus incubuit, ut ab erroribus repurgatam, cultui pietatis ca-
„ tholicæ reſtitueret. Quo in negotio, Paſtorali ipſius ſollicitu-
„ dini magno adjumento fuit auctoritas Regii ſanguinis, Fra-
„ trumque regnantium favor, ſpectatiſſimæ pietati conjunctus.
„ Præſertim quum non ita pridem, utriuſque Principis Chriſtia-
„ na induſtria, Concilium nationale in illis partibus, Romani
„ Pontificis Innocentii auctoritate fuiſſet celebratum, præſi-
„ dentibus Joanne Sedis Apoſtolicæ Capellano, & Simeone
„ Subdiacono Legatis, in eoque ſaluberrimæ conſtitutiones pro
„ reformatione Cleri, tam Dalmatiæ, quam Serviæ & Dio-
„ cliæ, editæ fuiſſent, ſubſcribentibus Joanne Dioclen. & An-
„ tibaren. Archiepiſcopo, Dominico Archipresbytero Antiba-
„ ren. Epiſcopiſque Petro Scutaren. Joanne Polatien. Petro
„ Drivaſten. Dominico Svacien. Natali Dulcinen. Theodoro-
„ que Servien., magno applauſu Vukſani Regis, Vencianique
„ Principis. In eo ſiquidem comprobatum fuit, quantas vires
„ pietas cum auctoritate regia conjuncta, in excolendis ſilve-
„ ſcentibus Eccleſiarum agris habeat; quum brevi tempore
„ non tantum Servienſis ejus ſponſa, ſed omnes circumcirca

„ poſitæ

„ poſitæ Chriſtianæ plebes, in antiquum pietatis nitorem re-„ floreſcerent „. Jam vero certum eſt primo, Innocentium Papam de quo hic ſermo, eſſe non hujus nominis Quartum, ut putat Bollandus, qui a 24. Junii 1243. ad 7. Decemb. 1254. ſedit: ſed Innocentium III. qui ab anno 1198. ad 1216. Romanæ Eccleſiæ clavum rexit, uti poſtea demonſtrabitur. Certum ſecundo, Theodorum Servienſem Epiſcopum, qui in eo Concilio ſubſcripſiſſe dicitur, fuiſſe deceſſorem ſancti Sabæ, uti paulo ante in ejuſdem Sabæ vita dixerat Tomcus. Certum tertio, Latinis Imperatoribus per id tempus Conſtantinopolitanum Imperium obtinentibus, Græcos quidem Patriarchas ab anno 1204. quo a Latinis capta eſt Conſtantinopolis, uſque ad annum 1261. quo eadem urbs a Michaele Palæologo recuperata eſt, Joannem, inquam, Camaterum, Michaëlem Autorianum, Theodorum Irenicum, Copam dictum, Maximum Acoemetarum olim Abbatem, Manuelem Charitopulum, Germanum Nauplium, Manuelem alterum, Arſenium Autorianum, & Nicephorum, Nicææ unacum Græcis Imperatoribus commorantes, nullam in Græcos Græciæ Europææ Latinis ſubjectæ juriſdictionem exercere, ſaltem palam, potuiſſe; ſed Latinos Patriarchas Conſtantinopoli reſidentes, Thomam Maurocenum, Gervaſium Tuſcum, Matthæum ſive Matthiam, Simonem, & Nicolaum Epiſcopum Spoletinum, qui per annos fere 58. quibus Latinum Imperium ſtetit, Byzantinam Eccleſiam tenuere. Certum quarto, Romanos quidem Pontifices, & Latinos Conſtantinopolis Patriarchas, alioſque per Græciam Latinis ſubjectam Præſules, per id tempus toto niſu intentos fuiſſe, ut Græciæ & adjacentium regionum populos ad Catholicam unitatem revocarent: irrito tamen conatu; nam qui per eas regiones reperiebantur Græci ritus Epiſcopi, Presbyteri, ac Monachi, in antiquo ſchiſmate ſubditos ſibi populos ita retinebant, ſicuti noſtris quoque temporibus in ſchiſmate verſantur Græci, ſub ditione Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ poſiti: neque enim legitur Græcos ejus temporis in communionem Latinæ Eccleſiæ receptos fuiſſe, niſi anno 1274. in Concilio Lugdunenſi II. in quo Michaëlis Palæologi Imperatoris oratores adfuerunt, & in poſtrema ejus ſeſſione Græci proceſſionem Spiritus Sancti a Patre Filioque profeſſi ſunt, uti ex Actis conſtat, & Spondanus ad annum 1274. num. 8. oſtendit, hac demum quartadecima vice eos ad Latinæ Eccleſiæ communionem rediiſſe.

Digitized by Google

rediiſſe. Itaque quum in eo Concilio ſub Innocentii Papæ legatis celebrato dicatur una cum Latinis Præſulibus etiam Theodorus Serviæ Epiſcopus, ſancti Sabæ deceſſor, interfuiſſe, Catholicam communionem per id tempus coluerint Servii, neceſſe eſt, tametſi non Latino, ſed Græco ritu utentes: idque confirmat Tomcus, dum ait præter Theodorum Servienſem Epiſcopum, adfuiſſe etiam, vel ſaltem acta Concilii cum magno applauſu excepiſſe, ſancti Sabæ fratres Vukſanum Regem, & Vencianum Jupanum: quamquam Bollandus in notis ad Theodorum Servienſem, *Miræus*, inquit, *Sierbenſem vocat: an a Servienſi, cui S. Sabbas præerat, diverſa?* & in notis ad nomen Innocentii Papæ, ſub quo ea Synodus celebrata eſt, aſſerit, eum fuiſſe hujus nominis Quartum, qui ab anno 1243. ad 1254. ſedit: ita ut videatur vir doctus in ea fuiſſe opinione, ut exiſtimaret, Theodorum in eo Concilio ſubſcriptum, non Græci Ritus Præſulem Servienſem fuiſſe, ſed Latinum; adeoque non Theodorum, Sabæ deceſſorem, ſed ipſum Sabam tunc temporis, Serviæ Epiſcopatum tenuiſſe. Quod ſi ita eſſet, argumenta Tomci omnia, quibus Servios tum orthodoxos fuiſſe contendit, caderent: ac proinde Sabæ ipſius Sanctitas dubia foret. Verum Bollandum, virum ceteroqui doctiſſimum, conſtat in his allucinatum fuiſſe. Neque enim Concilium illud ſub Innocentio IV. celebratum fuit, neque Sabas ad ea fortaſſe tempora pervenit; Servii autem Reges & populi, dum Sabas eſſet Archiepiſcopus, Catholicam Religionem coluerunt. Cangius in Familiis Dalmaticis pag. 286. edit. Regiæ, loquens de Simeone, Stephano nuncupato, Sancti Sabæ patre: „ Is, inquit, „ ex priore conjugio natus fuerat, hoc eſt, Stephanus, alias Ven- „ cianus „ ut & Vuchſanus vel Vulcanus aut Vulcus, & Raſcus. „ Horum poſtremus monachicam pariter vitam amplexus, ſum- „ ma vixit opinione Sanctitatis, & a Serviis in Sanctorum nume- „ rum relatus, Sancti Sabæ nomine, quod monachus factus aſ- „ ſumpſit, ſumma religione colitur „. Et poſt pauca de Stephano Venciano, Sabæ fratre: „ Stephanus, Simeonis filius, „ Princeps prudentia, judicii maturitate, & animi magnitudi- „ ne ac fortitudine præ cæteris præſtitit. *Et paucis interpoſitis.* „ Ad Innocentium III. Summum Pontificem ſcripſit Stephanus „ (*uti teſtantur Acta Innocentii III. pag.* 66. 68. *&* *Raynaldus* „ *ann.* 1204. *num.* 46.) & per nuncios eidem ſupplicavit, ut

„ in Terram ſuam Legatum dirigeret, qui eam ad obedientiam „ Eccleſiæ Romanæ reduceret, & Regni ſibi diadema confer- „ ret. Verum Hungariæ Rex, cum quo & Stephano bellum „ tum intercedebat, Innocentium ab hac ſententia dimovit, fu- „ gatoque Stephano & amoto, Vulcum fratrem in illius locum „ ſubſtituit „. Pergit Cangius pag. 287. de Vulco, Stephani & Sabæ fratre. „ Vulcus ſeu Vulcanus, Stephanum fratrem „ Principatu & patria exegit, Hungariæ Regis copiis adjutus, „ qui (*Hungariæ ſcil. Rex*) continuo Innocentium III. Papam „ per nuncios rogavit, ut ad Eccleſiæ Romanæ obedientiam „ Serviam reduceret, eique ſignificarunt, haud gravate paſſu- „ rum, ſi, ſalvo in temporalibus jure ſuo, Vulcus Regalem „ ſuſciperet ab Apoſtolica Sede coronam. Cujus poſtulationi „ annuens Pontifex, Archiepiſcopum Colocenſem hujus exe- „ cutioni negotii commiſit. Sed res per biennium ſaltem inacta „ permanſit, ut idem Pontifex teſtatur in ea epiſtola, quam „ ad Regem Hungariæ ſcripſit anno 1204 ex qua licet conji- „ cere, Vulcum Regnum Serviæ invaſiſſe circa ann. 1201. „ vel 1202. quod præterea firmare videntur Epiſtolæ aliæ (*a*) „ ejuſdem Pontificis. Atque hæc quidem ita accipienda viden- „ tur, non quod Vulcus ſeu Vulcanus, tum primum Regio ti- „ tulo donatus fuerit, ſed quod ab ipſo Pontifice, regio diade- „ mate inſigniri expetierit. Leguntur enim ejuſdem Pontificis „ ſcriptæ ad Vulcanum (*b*) epiſtolæ anno 1198. & 1199., in „ quibus Dalmatiæ & Diocliæ Rex indigitatur. Ex his porro ad „ Vulcanum, & ad Præſules Dalmaticos Epiſtolis, ipſius Re- „ gis rogatu, Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Legatos miſiſſe Innocen- „ tium colligimus, qui & Regem in Apoſtolica doctrina con- „ firmarent, & quicquid reformandum invenirent, reforma- „ rent. Eodem tempore ad Vulcani conjugem, & ad Stepha- „ num magnum totius Serviæ Jupanum, qui litera S deſignatur, „ illiuſque uxorem, ſcripſit Innocentius: unde docemur, Ne- „ emanis ditiones inter duos hoſce fratres fuiſſe diviſas, ex „ quibus Serviam Stephanus cum Magni Jupani; Dalmatiam & „ Diocliam cum Regis titulo ac dignitate Vulcanus, poſſede- „ rint: quum Regium nomen, ante exactum fratrem, obti- „ neret Vulcanus. Sed & priuſquam divelleretur fratrum con-

„ cor-

a Innoc. III. lib. 6. epiſt. 18. Raynald. ann. 1202. num. 9.
b Innoc. lib. 1. epiſt. 1. 330. 331. edit. Venet.

Digitized by Google

„ cordia; ad eundem Pontificem (*a*) ſcripſerat uterque Prin„ceps anno 1199. quibus Apoſtolicæ Sedi ſubdere ſe vehemen„ter exoptare ſignificarat. De rebus a Vulcano geſtis nihil præ„terea a ſcriptoribus traditum obſervavimus, ut &, ſi diu vi„xerit regnaveritque. At ſi Stephanus 28. annis imperaverit, „uti volunt, ditiones ſuas, quibus a fratre exutus fuerat, rur„ſum recuperaſſe dicendum eſt, eumque eſſe Stephanum ma„gnum Serviæ & Raſciæ Jupanum (*teſte Thoma Archidiacono* „*in hiſt. Salonitana cap.* 26.) qui deſtinatis ad Romanam Se„dem Apocriſariis, impetravit ab Honorio III. Summo Ponti„fice, ut Legatum mitteret, a quo ritu ſolemni coronaretur, „primuſque Serviæ Rex diceretur. Legitur exinde (*Honor. III.* „*lib.* 4. *epiſt.* 681. *apud Raynaldum ann.* 1220. *num.* 37.) Ste„phani ad eundem Pontificem epiſtola, in qua ita inſcribitur: „*Stephanus Dei gratia Serviæ*, *Diocliæ*, *Tribuniæ*, *Dalmatiæ* „*atque Ochlumiæ Rex coronatus*. Unde veroſimile eſt, Vul„cani fratris ditiones ſuis deinceps adjunxiſſe dominiis, eo, „ut par eſt credere, e vivis ſublato. Hanc vero epiſtolam ad „Honorium (*anno* 1220.) ſcripſerat, qua ſuam erga Roma„nam Sedem obſervantiam, Regnumque illius ſe protectioni „ſubjicere velle ſignificaret. Scribit Andreas Dandulus, (*b*) „Stephanum Henrici Danduli Venetorum Ducis neptim in uxo„rem duxiſſe, illiuſque ſuaſu ejurato Schiſmate, obtinuiſſe a „Summo Pontifice, ut ab illius Legato Rex renunciaretur & „coronaretur „. Hactenus Cangius. Cujus teſtimonio manifeſtum fit, Stephanum & Vulcanum, Sabæ fratres, ſub Innocentio III., non IV. jam reges fuiſſe in Servia uſque ab anno Chr. 1198. eoſque Catholicam Fidem coluiſſe, vel ſaltem, ejurato Schiſmate, ad Romanæ Eccleſiæ obedientiam rediiſſe; ac proinde Concilium illud, in quo Theodorus Serviæ Epiſcopus interfuit, ſub Innocent. III. celebratum, neque ante ann. 1218. potuiſſe Sabam in Theodori locum ſubſtitui.

Scribit Doſitheus Hieroſolymit. Patriarcha apud cl. Quienum in Oriente Chriſtiano Tom. 2. p. 321. de Archiep. Pecii & Serviæ, Sabam noſtrum poſt Theodori obitum, ordinatum fuiſſe Serviæ Archiep. ab *Arſenio Patriarcha Conſtantinopolitano* anno mundi 6726., ſeu Chr. 1218. At magno cum anachroniſmo:

a Innoc. III. lib. 2. epiſt. 490. 491

b In Chron. ad ann. 1216. Item Sanſovin. in Venet. lib. 13. pag. 233.

Digitized by Google

nam eo Chr. anno Theodorus Irenicus, cognomento Copas, erat Patriarcha Conſtantinopolitanus; Arſenius vero Doſitheo memoratus nonniſi an. 1255. eam ſedem obtinuit, uti conſtat ex Acropolita cap. 53. Gregora, Pachymere, & Allatio de Conſenſu pag. 724. Nutat ergo Doſithei hac in re fides.

In gravem etiam errorem incidit Quienus, dum Doſitheum ſequutus, anno 1218. Sabam ordinatum Archiepiſcopum tradit, poſtea Romanæ Sedis communionis conſortem factum, a Latini generis Patriarcha Conſtantinopolitano delegatas ſibi vices accepiſſe in complures Illyrici provincias, ita ut deinceps inſtar Patriarchæ haberetur: „ Nimirum non ita pridem, Chri„ ſtiana utriuſque Principis induſtria concilium nationale Inno„ centii Papæ IV. nutu celebratum erat, in quo præſidentibus „ Jo. Sedis Apoſtolicæ Capellano, & Simeone Subdiacono Le„ gatis, ſaluberrima ſtatuta condita erant pro reformatione Eccle„ ſiarum Dalmatiæ, Serviæ & Diocliæ „ Nam ſi Sabas anno 1218. fuit Epiſcopus conſecratus; quomodo „ non ita pri„ dem concilium illud nationale Innocentii IV. juſſu celebrari „ potuit „ quum Innocentius IV. anno 1243. ſedere cœperit?

Porro Sancti Sabæ, tamquam Patriarchæ, etſi ſuppreſſo nomine, fit diſerta mentio apud eundem Cangium pag. 288. ubi agit de Neemane II., Stephani Serviæ Regis, fratris Sabæ, filio, qui poſt annum 1220. regnum Serviæ obtinuit. „ Nee„ man, ſeu Nemagna, cognomento Crapulus, Stephani filius, „ Rex Serviæ a Patriarcha, Piſtrinæ, die Paſchatis feſto ſolen„ niter coronatus eſt, aſſumpto in ea ceremonia Stephani no„ mine, quod a ſucceſſoribus deinceps uſurpatum „ Nimirum Sabas Archiepiſcopus Serviæ dictus, ut ſupra, Patriarcha, Neemanem iſtum, ſuum ex fratre Stephano Venciano Rege nepotem, impoſito Stephani nomine, coronavit.

Ad reliqua pergo, quæ de Sancto Saba narrat Tomcus. „ Paſtorali ejus indefeſſæ ſollicitudini, regio ſanguine robora„ tæ, dos altera ſummis quibuſque Præſulibus imprimis neceſ„ ſaria, diſcretio nimirum, proxime juncta acceſſit: quum „ enim populi ſibi per vices Conſtantinopolitani throni com„ miſſi, ex Græcis, Latinis, Illyriciſque, ritu ſcituque di„ ſcrepantibus, conſtarent, miſtiſque ſedibus plerumque inter „ ſe agerent; ita eorum ſaluti promovendæ, ita pacis inter eos „ conciliandæ, chriſtiana dexteritate prudentiaque ſe geſſit, ut

„ ex

Digitized by Google

„ ex diverſiſſimis gentibus , moribus , animis omnium in„ ſui amorem & obſervantiam adtractis, eos tamquam unius „ familiæ plebeculam caritate mutua conjunctos efficeret. Ad„ auxit præſtantiam diſcretionis, in nobilioribus ſtemmatibus „ rara virtus, affabilitas, qua ut neminem ad ſe accedentem „ excluſit, ita non niſi lætum abſcedere permiſit: in perluſtran„ dis & adeundis piorum gregibus, nulla locorum diſtantia, „ aſperitate, gentiumve ferocia deterreri potuit unquam, quo „ minus ad omnes accederet, cunctiſque paternas aures & pe„ ctora aperiret. Aliquando tum priſcæ educationis memoria, „ tum muneris exequendi officio, quum ad cœnobia Sancti mon„ tis, quem ex Macedonia in Ægeum procurrere diximus, ac„ ceſſiſſet, ſacramque illam turbam, plurimis Lauris, id eſt, „ domiciliis, juxta diverſarum linguarum proprietates, diſtin„ ctam inviſeret: ſubiit præclarum inter præcipua loca cœno„ bium, in quo plurima juventus, juxta illorum temporum „ conſuetudinem, ſæcularem poſtea vitam actura, inter Deo „ ſacratos viros inſtituebatur: de quorum ſtatu ſpeque quum „ loci Præſidem interpellaſſet, iſque prorſus in ejuſcemodi ju„ ventute educanda, utpote quæ nec minis, neque flagellis ab „ innata ferocitate quicquam remitteret, oleum & operam „ amitti conquereretur; ſanctus vir, Præſide in partem, ſed „ coram ſenioribus, accepto, interrogavit hominem, utrum „ expediret teneras arborum plantas ita ab injuriis temporum „ ſervare munitas, ut radicatæ inter ſepta murorumque arcta „ propugnacula, & ſolis, ac venti ſævitiem ignorarent, & „ utrum ab ejuſcemodi planta maturæ arboris unquam ſperare „ poſſet incrementa? Quumque ille reſpondiſſet, nil minus „ quam quid tale ab ejuſcemodi cautela: tum Sabba: ergo ne „ ingenuis parentibus, claroque ſanguine nata ſoboles, durius „ quam arbor viliſſima, cuique inſervitura, erit educanda„? Cætera. Monet Præſidem in erudienda juventute nimis ſeverum, ut mitius cum iis adoleſcentibus ageret. Quibus, inquit, paternis Sabæ monitis, & piæ juventutis jugum ad illam diem vix tolerabile, ſaltem inutile, ne perniciosum dicam, allevavit; & ipſis moderatoribus, moleſtiſſimæ curæ onus reddidit ſuaviſſimum. Mox ad reliquas Sancti Sabæ res geſtas pergens: „ Hi„ ſce dotibus, inquit, Servienſi Eccleſia, aliiſque plebibus „ egregie inſtitutis, poſt plures annos in Paſtorali officio utiliter

„ exant-

Digitized by Google

„ exantlatos, priſtinæ ſolitudinis, & uni ſibi vacandi deſiderio, „ tandem obtinuit, ut ſolutus ab Eccleſiæ vinculo, antiquos „ montis Athos receſſus repeteret; ita tamen, ut & alibi mo„ naſticam vitam agentibus, aliquando ſui præſentiam non de„ negaret. Hinc dierum meritorumque plenus, demum in „ Mileſcevo cœnobio intra avitas ditiones conſtituto, terrena „ ſarcina depoſita, volavit ad cælum die 14. Januarii, circa „ quinquageſimum tertii decimi ſeculi annum „. Hanc ob cauſam in Faſtis Græcomoſchis depingitur habitu monachi Sacerdotis, Codicem Evangeliorum tenentis: quia nimirum Archiepiſcopatu depoſito, ad monaſticam vitam amplexandam rediit: in noſtris vero Tabulis Capponianis repræſentatur ejus Imago tamquam Patriarchæ, quia totius Serviæ Metropolita fuit, nomine etiam Patriarchæ decoratus.

Interim recolenda ſunt, quæ ex Joanne Comneno in deſcriptione montis Atho Montfauconius in Palæograph. Græca lib. 7. pag. 471. & ſeq. narrat *De Sacro Monaſterio Chilantarii*: „ Divinum, inquit, ſacrumque Monaſterium (*a*) Chilantarii, „ ad litus maris habet pulchrum navale cum turri excelſa, & „ murorum ſepto ſpectabili. Monaſterium autem ſurſum in „ monte poſitum eſt, vere magnum, & jucundum aſpectu: cu„ jus Templum ornatur nomine Sanctiſſimæ Deiparæ *τῶν εἰσοδίων* (ideſt, *Præſentationis Deiparæ in Templum*:) totum„ que plumbo opertum eſt. Fundatumque fuit ſumtibus Ste„ phani Serviæ & Romaniæ Regis, qui Romani Romanorum „ Imperatoris Gener erat „ Græca verba recito. *καὶ εἶναι ἀνοικοδόμησις διέξόδων τοῦ Βασιλέως Σερβίας καὶ Ῥωμανίας Στεφάνου, γαμβροῦ δὲ τοῦ αὐτοκράτορος Ῥωμαίων Ῥωμανοῦ.* Et circa finem. „ Fundatores hujus Templi præterea ſunt Sancti Sabbas, „ & Simeon Pater ejus ex Servia. Cætera Monaſterii loca opu„ lenta ſunt & pulcra. Qui autem ibi Aſceticam vitam agunt „ Patres, genere Servi & Bulgari ſunt, viri boni & hoſpitales „. *Κτήτορες τοῦ ναοῦ τούτου εἶναι ἀκόμι καὶ οἱ ἅγιοι Σάββας καὶ Συμεὼν ὁ πατὴρ αὐτοῦ, οἱ ἐκ Σερβίας. τὰ δὲ λοιπὰ τοῦ μοναστηρίου ὅλα πλούσια καὶ καλά. οἱ δὲ ἐνασκούμενοι ἐν αὐτῷ πατέρες εἰσὶ Σέρβοι τὸ γένος, καὶ Βούλγαροι, ἄνθρωποι ἀγαθοὶ, καὶ φιλόξενοι.* Igitur Monaſterii quidem illius Fundator fuit *Stephanus* Serviæ & Romaniæ

a Hinc refellitur Quienus, qui tom. 2. Orient. Chriſt. pag. 321. hoc Chilantarii Monaſterium poſitum dicit Conſtantinopoli.

Digitized by Google

maniæ Rex, Gener *Romani* Imperatoris. Eccleſiæ vero, Præſentationi Deiparæ nuncupatæ, Sancti *Sabas* & *Simeon* pater ejus, ambo ex Servia: incolæ demum Monaſterii, Monachi Servi & Bulgari. Idem Comnenus pag. 463. de Monaſterio Batopedii: „ Verum etiam S. Sabbas, qui cum patre ſuo Simeone, „ Monaſterium Chilantarii fundavit, in hoc ipſo Monaſterio „ Batopedii ſex Sacella ſtruxit; primum in honorem Salvato„ ris, ſecundum SS. Anargyrorum, tertium S. Georgii, quar„ tum utriuſque Sancti Theodori, quintum Præcurſoris, ſextum „ S. Nicolai; ipſique dono dederunt Proſphorium, locum pul„ chri Caſtri, & Comitiſſæ; ideo ut novi fundatores haben„ tur, eorumque feſtum celebratur die 14. Januarii „. En Sabas & Simeon pater unacum Stephano Rege Serviæ dicuntur Monaſterii Chilantarii fundatores, & Batopedii Inſtauratores. Hæc non ſunt in Vita Sancti Sabæ narrata; confirmant tamen id, quod ibi refertur de Sancto Simeone patre, & de Saba ejus filio, monaſticam vitam amplexantibus: & quamvis dicatur Simeon apud Cangium, in *Papycii*, ſeu *Papyrii* montis aſceterio vixiſſe; a vero tamen non aberraverit, qui aſſerat, ipſum etiam in monte Atho aliquandiu Monachum egiſſe: quemadmodum & filius Sabas, qui in monte Atho certiſſime Monachum egit, perhibetur inde in Monaſterium *Mileſcevum* ſeceſſiſſe, ubi & obiit. Habemus igitur, Joanne Comneno teſte, non ſolum a Serviis, ſed etiam a Monachis Monaſterii Batopedii pro Sanctis coli & Sabam filium, & Simeonem patrem. Quis vero *Stephanus* fuerit, qui *Romani* Imperatoris Gener, & Serviæ Romaniæque Rex dicitur, ex genealogia Regum Dalmatiæ & Serviæ colligitur, quam cl. Cangius a Græcis & Illyricis Scriptoribus acceptam texit. Nimirum, *Michaël*, in ea Regum ſerie, trigeſimus ſeptimus, quem Dalmatæ *Michaglia* vocant, Scylitzes *Michaëlam*, Joannes Comnenus *Stephanum*: non enim mirandum, ſi in Regum Dalmaticorum & Servianorum recitandis nominibus non omnino conſentiunt Scriptores Byzantini cum Dalmaticis ipſis ac indigenis Scriptoribus, monente eodem Cangio pag. 273. „ Præterquam enim quod in peregrinis illis no„ minibus exarandis peccare ſolent Byzantini, accidit inter„ dum, ut duplici nomine donarentur Principes, patrio altero, „ & cum terminatione genti familiari, altero vero ſecundum „ Chriſtianorum uſum „. Accedit etiam, quod, quum recentiores

tiores Serviæ Reges, præter patrium nomen, etiam *Stephani*, omnes poſt primum *Neemanem*, Simeonis noſtri patrem & Sabæ avum, ſibi imponere conſueverint, uti ex eodem Cangio patet; hinc factum puto, ut Joannes Comnenus eodem *Stephani* nomine *Michaëlem* appellaverit *Dobroslavi* Regis Serviæ filium, de quo hic nobis ſermo. Michaël igitur, Joanni Comneno Stephanus dictus, matre, Samuelis Bulgariæ Regis nepte, è vivis erepta, Serviæ in ſolidum Rex (ut Cangius pag. 280. ſcribit) ab omnibus eſt proclamatus. A Conſtantino (*a*) Monomacho, icto cum eo fœdere, Protoſpatharii honore donatus, & in album ſociorum ac amicorum Imperii adſcriptus eſt ſub an. 1050. Ex prioribus Michaëlis nuptiis ſeptem nati filii, *Uladimirus*, *Prieſtavus*, *Sergius*, *Deria*, *Gabriel*, *Miroslavus*, & *Bodinus*. Priore extincta conjuge, *Imperatoris Conſtantinopolitani Cognatam* ſuperduxit, ex quo altero conjugio enati, *Dobroslavus*, *Priaslavus*, vel *Petrislavus*, *Nicephorus*, & *Theodorus*, qui ſuperſtite patre improles obiere, præter *Priaslavum*, cui Raſciam donavit, ex quo natus *Bodinus*, qui Bulgariæ Rex deinceps eſt appellatus. Cangius nomen Imperatoris Conſtantinopolitani, cujus cognatam Michaël ſuperduxit, non exprimit. Conſtat tamen, tum ex Joannis Comneni teſtimonio, tum ex hiſtorica ſerie, eum fuiſſe *Romanum Diogenem*, qui Eudociam Conſtantini Ducæ viduam in uxorem duxit; cujus proinde Eudociæ ſororem *Michaël Stephanus* quum duxiſſet, a Joanne Comneno *Gener* dicitur *Romani* Romanorum (ideſt Græcorum,) Imperatoris. Hinc etiam liquet, cur illud a Stephano Michaële in monte Atho extructum Monaſterium a Servis & Bulgaris Monachis inhabitatum ſit: nam Michaël quidem pater, Serviæ Rex fuit; Bodinus vero, qui & *Conſtantinus* dicitur ex cognata Romani Diogenis filius, Bulgariam populis acclamantibus non modo obtinuit, ſed etiam Græcorum Imperatoris Michaëlis Ducæ, qui Romano Diogene excæcato & in Inſulam Proten relegato, Imperium ſibi vindicarat, copias delevit ac profligavit. Id porro accidit anno 1072. quo Romanus Imperator dejectus eſt. Michaël

a Conſtantinus Monomachus imperavit ab anno 1042. ad 1054. Succeſſit Theodora Zoes Monomachi uxoris, ſoror, & Michael Stratioticus, cui illa nupſit, ab anno 1054. ad 1057. Tum Iſaacius Comnenus, Michaele exauctorato, ab anno 1057. ad 1060. Hoc etiam in Studii Monaſterium ſe recipiente, Conſtantinus Ducas ab an. 1060. ad 1067. Duca demum extincto, Eudocia ipſius Vidua, unacum Romano Diogene, cui nupſit, ab anno 1068. ad 1072.

Digitized by Google

chaël autem regni anni 30. exactis, obiit, in SS. Sergii & Bacchi æde ſepultus, filiis ex priore conjugio, eo ſuperſtite, pariter extinctis, ex quibus Uladimirus liberos procreavit. Michaëlis meminit Sanctus Gregorius VII. Papa, cujus proſtat lib. 5. ſcripta ad eum Epiſtola 12. ſuper enata inter Spalatenſem & Raguſinum Archiepiſcopos controverſia. Sed & leguntur Alexandri II. Papæ Epiſtolæ aliquot, quarum altera Petro Diocleenſis atque Antibarenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo Pallium mittit anno 1062.; altera Dalmatiæ Eccleſias ab impudicitia Clericorum expurgare conatur. Unde conficit Baron. ad an. 1062. num. 96. & 1068. num. 4. Serviam ea tempeſtate Romanam, non vero Græcanicam Eccleſiam agnoviſſe.

Redeo ad Sanctum Sabam. Mortuus igitur circa annum 1250., in *Mileſcevi* Serviæ oppidi Cœnobio ſepultus eſt. Tomcus apud Bollandum pag. 982. aſſerit, corpus ejus per an. 350. integrum, & magno concurſu honoratum, demum a Sinano Turcorum duce anno 1595. fuiſſe combuſtum. „ Vitæ ejus „ (inquit) fuſiori ſtylo proſequendæ non defuit occaſio, ex iis „ monimentis, quæ a ſolitariis viris Athos incolentibus colle„ cta, ad memoriam poſteritatis habentur transmiſſa. Verum „ quum ea Græca fide laborare non ambigam, utpote poſte„ rioribus temporibus conſcripta, quibus extincto Latinorum „ imperio, in Græcia, Latinæ quoque ſinceritatis puritas eva„ nuit, Palæologis regnantibus Principibus: quæ tamen ad no„ ſtra tempora, ſanctitatis ejus comprobandæ admiranda con„ tigere, breviter ſubtexam. Et quidem præclarum illud & „ ſanctitate celeberrimorum virorum proprium, corpuſculi n i„ mirum ejus integritas, per trecentos quinquaginta annos, „ magno Peregrinorum concurſu celebrata fuit, tanta omnium „ membrorum conſiſtentia, ut recenter extincti hominis cada„ ver appareret; indicio abſque dubio puritatis ejus Angelicæ, „ cujus ſacræ reliquiæ violatio quanti ſteterit ſacrilegis, noſtra „ ætate admirando ſucceſſu ſpectatum eſt. Siquidem Sinanus, „ ſummus Ottomanicæ Aulæ purpuratus ... quum poſt tot vi„ ctorias & triumphos, accepiſſet, Chriſtianos jugo Turcico „ preſſos, Sancti Sabæ opem implorantes, nonageſimo quinto „ ſexti decimi Chriſtiani ſeculi, Strigonenſem urbem Ungariæ „ Metropolim, Viſſegradum Pannoniorum olim Regum ſe„ dem, Vaciam pariter, & Chanadium Epiſcopales urbes, cum

„ aliis plurimis per Ungariam, Tranſylvaniam, Slavoniamque „ & Croatiam, in Chriſtianam libertatem vindicaſſe, Tranſyl„ vanorum Principe Sigiſmundo, & Michaële Valachorum, „ a Turcarum amicitia recedentibus; Bulgaroſque ac Servios, „ Sancti Sabæ imagine militaribus vexillis ornatis, cum præfa„ tis ſentire Principibus, & occulta agitare conſilia; coacto „ centum millium militum exercitu, in Serviam irrupit; bello„ que Reliquiis Sancti Epiſcopi indicto, ad Mileſcevum oppi„ dum, ubi magna veneratione cultæ habebantur, advolat, ac „ ſacrum Corpus tumulo extractum, flammis incendit ſacrile„ gis. Conſtans adhuc fama, Turcarum æque ac Chriſtiano„ rum teſtimonio roborata, perſeverat, ubi primum flamma „ Sancti viri corpus invaſit, ab ipſo rogo ad cælum uſque, ma„ gna Barbarorum confuſione, mille coloribus ſpecioſam diu„ tius, Iridis inſtar, perſeveraſſe nubeculam; incertum, cæle„ ſtis ne tutelæ circa ſacras Reliquias indicem, an infeliciſſimæ „ cladis Turcarum, quæ ſacrilegum facinus ſtatim eſt conſequu„ ta, cum ipſius impii Ducis perinfami poſt cladem interitu, „ portentum. A paucis ſiquidem Ungaris & Valachis, poten„ tiſſimi exercitus imperator, ad illam diem victor ubique, fu„ ſus, inter præliandum proprii equi morſibus in paludem de„ jectus, & in turpem fugam coactus, quum poſt fugam iterum „ inſtaurato milite, cum Sigiſmundo Tranſylvano, longe in„ ferioribus copiis ſtipato, manu collata, fortunam tentare „ voluiſſet, iterum fuſus & fugatus, Byzantium ex fuga repe„ tens, cujus virtus militaris ex Aſia, Africa, Europa, trium„ phos retulerat, ubi ſemel eadem virtus impio ſacrarum Re„ liquiarum afflata eſt incendio, Deo qui capillos capitis ſervo„ rum ſuorum ſacroſancto numero vult eſſe intactos, barbari„ cum ſacrilegium vindicante, perpetuo dedecore, funeſto fi„ ne vitam concluſit „. Hactenus Tomcus: cui, quoad com- buſtum a Turcis S. Sabæ Corpus, conſonat Cangius pag. 286. inquiens: „ Horum (Simeonis filiorum,) poſtremus mona„ chicam pariter vitam amplexus, ſumma vixit opinione ſan„ ctitatis, & a Serviis in Sanctorum numerum relatus, Sancti „ Sabæ nomine, quod monachus factus aſſumpſit, ſumma reli„ gione colitur; cujus Corpus palam comburi juſſit Baſſa Sina„ nus anno 1595. „. Mirum, a Cangio de Sancti Sabæ Epiſco- patu, ne verbum quidem fieri. Verum, publicam Sancti Sabæ

apud

Digitized by Google

apud Servios venerationem illud etiam magis teſtatam facit, quod provincia illa, ubi Corpus Sancti Sabæ jacebat, quam Duces ex familia *Hrana* ſeu *Coſſacia* ab anno fere 1340. ad annum circiter 1470. obtinuere, *Ducatus Sancti Sabæ* dicta ſit, & Duces ipſi, *Cuſtodes Sepulcri Sancti Sabæ*, appellare ſe non ſint dedignati. „ Ducatus Sancti Sabæ (inquit Cangius pag. 340.) „ magnæ olim amplitudinis, ut qui ad duodecim itinerarios „ dies porrigebatur „. Boſinenſis Regni primum pars fuit, eaque regio, quam a Zachlumitis habitatam diximus, qui Laonico *Conduerges* vel *Conduverges* dicuntur, ex quo Petrus Luccarius *Chuduergiam* hunce tractum vocat, eundem eſſe ait cum Chelmenſi ac Ducatu Sancti Sabæ: qui *Hertzegovina* vulgo appellatur, voce ex Germanica *Hertzog*, quæ *Ducem* ſonat, confecta, quod a Principibus poſſideretur, qui hac dignitate donarentur. Hæc de ipſo Ducatu Cangius: qui mox Ducum ſeriem texens, primum dicit fuiſſe *Wkum*, cognomento *Hrana*, qui ex Comite Rudinenſi a Rege Serviæ Stephano Neemane, Sancti Sabæ nepote, agri portionem, quæ Retinenſi Comitatui adjungebatur, obtinuit, obiitque anno 1359. Secundum *Wtlakum*, *Wki* filium, cui Lazarus Serviæ Deſpota univerſam regionem, quæ Sancti Sabæ Ducatus appellatione poſtmodum donata eſt, conceſſit, eo quod circa annum 1389. Turcos, qui in Boſinam irruperant, binis præliis fudiſſet. Tertium *Sandal*, Laonico *Hranich*, Wtlaki filium, qui obiit anno 1435. Quartum *Stephanum*, Wkaſii fratris Wtlaki filium, ſub quo familiæ *Hrana*, in *Coſſaciam* cognomen mutatum eſt, eo quod Stephanus natus eſſet in quodam loco *Coſſac* appellato; Luccarius vero ſcribit, provinciæ, cui Stephanus imperabat, *Sancti Sabæ Ducatus* nomen impoſitum fuiſſe primum, quum *Ducis* dignitatem is a Federico IV. Imperatore obtinuiſſet. Obiit anno 1466. Quintum & ſextum, *Ladislavum*, & *Wlatkum*, Stephani Coſſaciæ S. Sabæ Ducis filios, quorum primus Ducatus Sancti Sabæ ſuperiorem, ſecundus inferiorem partem cum Caſtello novo obtinuere: Verum uterque ſorte ſua haud diu potiti, ab Heſſo Bego Bajazetis II. exercituum Duce ditionibus ſuis exacti.

Eadem fere de Ducibus Sancti Sabæ quum narraſſet Tomcus, ad cultum ejuſdem Sancti Sabæ progreditur. „ Viget, in„ quit, Illyricanæ non ſolum Eccleſiæ, ſed ipſis, quorum into„ lerando jugo maxima ex parte eadem premitur Eccleſia, Tur-

" cis, nobilis annua celebritate ad undevigeſimum Kalendas
" Februarii Sancti Sabæ memoria: quam fracto tyrannico jugo
" ejuſdem Sancti Patris ac cæterorum Regiæ fœcunditatis Illy-
" ricanæ Sanctorum patrocinio, futuram ſemper fauſtam ſpera-
" mus. Hæc de Sanctiſſimo Præſule, ipſis hodie Chriſtiani no-
" minis hoſtibus Turcis, & unionis Catholicæ everſoribus Schiſ-
" maticis, nedum Catholicis noſtratibus, culto in primis: cu-
" jus ſacræ Reliquiæ, licet ab impuro Sinano fuerint flammis
" combuſtæ, manet tamen & ſacro loco & ſancti viri tumulo,
" in eodem ſacro loco, ubi ſemel quievit, idem honos qui
" prius aſſidua Illyricorum peregrinatione ſolemniter eſt atte-
" ſtatus. Et quidem Nemaniæ familiæ Principum, mira ſolidæ
" pietatis, ad eorum penultimum Stephanum parricidam non
" ſolum, ſed etiam opera Græculæ conjugis Helenæ... Catho-
" licæ Romanæ unitatis ab avis ſuis religioſiſſime cultæ deſerto-
" rem, alioqui magni animi virum, extitit obſervantia, ut ex
" innumeris per univerſum Illyricum ad ipſa ſacræ Palæſtinæ lo-
" ca ſacratis ædibus Deo dicatis a fundamentis vel regali ſplen-
" dore ornatis, bona ex parte adhuc inter Turcicos furores ex-
" tantibus eſt videre.

Horum Serviæ Regum, poſt Stephanum & Wlcum ſancti Sabæ fratres, ſeriem juvat hic ex Cangio breviter repetere, tum ut conſtet, quinam eorum Regum Romanæ Eccleſiæ fidem coluerint; tum quia duorum inde Archiepiſcoporum, qui Sabam excepere, nomina expiſcamur. Primus igitur *Neemanes II.* cognomento *Crapulus*, Stephani filius, Rex Serviæ a Patriarcha [nimirum (a) Saba patruo] Piſtrinæ, in die Paſchatis feſto coronatus, aſſumpto *Stephani* nomine, quod a ſucceſſoribus deinceps uſurpatum: regnavit ann. 22. Secundus, *Uroſcus*, al. *Uroſius*, dictus & ipſe Stephanus, Stephani Neemanis filius, uxorem duxit Helenam, ex Francia, ut volunt, ortam, quam complura in Servia oppida inſtauraſſe, monaſteriiſque in iis excitatis, inſigne pietatis ac magnificentiæ monumentum reliquiſſe, Barletus lib. 3. pag. 9. commemorat. Vivebat, [Raynaldo teſte ad ann. 1303. num. 58. 59.] etiamnum illa conjugi ſuperſtes.

a Quienus ex Doſitheo Græco Hieroſolymor. Patriarcha tom. 2. Orient. Chriſt. pag. 319. " Ejus itaque præſul totius gentis Archiepiſcopus ac Primas, Sabbas ille, " de quo mox dicebam, quum Stephanum fratrem regni corona redimiſſet, Epiſcopos " 12. per ejus ditionem inſtituit, qui in Monaſteriis moxarentur ". Fratrem Sabæ vocat, qui hic dicitur Sabæ ex fratre nepos.

Digitized by Google

ſtes ann. 1288. 1291. & 1305., Serviæ regnum unacum Stephano & Uroſio filiis adminiſtrans. His addit Orbinus Stephani Regis filium alterum *Pridislavum* (ideſt Petrum) *Serviæ Archiepiſcopum*, qui videtur, poſtquam S. Sabas ſeſe abdicavit, Serviæ Archiepiſcopatum obtinuiſſe. Tertius, *Stephanus*, *Dragutinus* dictus, Uroſii & Helenæ filius, Regis titulo donatus jam ab anno 1271. patre adhuc ſuperſtite. Filiam Stephani IV. Hungariæ Regis Eliſabetham duxit, ex qua Uladislavum & Conſtantinum filios ſuſcepit. Obiit ann. 1317. Quartus, *Uroſius*, cognomento *Sanctus*, a Slavis vulgo *Milutinus* dictus, Stephani Dragutini fratrer: Extat Nicolai IV. Papæ epiſtola anno 1288. ad eorum matrem Helenam ſcripta, in qua uterque titulo Regio donatur, ſed prior Stephanus nominatur. Anno 1308. cum Carolo Vadenſi Comite, Conſtantinopolitano Imperatore, pactum iniit, quo militares copias ad Imperii recuperationem ei ſubminiſtraturum ſeſe obſtrinxit, oblata inſuper in uxorem Carolo illius filio, filia ſua unica Zariza, quam ex Eliſabetha prima conjuge ſuſceperat: quinquies enim nuptias iniiſſe Uroſium, tradunt auctores, quarum nomina vide apud Cangium pag. 289. qui de ejuſdem Regis religione hæc ſcribit.
„ Sed & anno 1320. [ut Raynaldus ad eundem ann. num. 1. 2.
„ 3. ex Joan. XXII. epiſt. 977. narrat] prælio deletus eſt a Ca-
„ rolo Hungariæ Rege, ac provinciis fere omnibus exutus,
„ præterquam oris Macedoniæ maritimis, tandemque pace
„ compoſita, Uroſius Hungarorum Regem ut ſupremum domi-
„ num agnoſcere coactus eſt, & ejurato ſchiſmate Romanam re-
„ ligionem amplecti, quum longe antea, anno ſcilicet 1303.
„ [*eodem Raynaldo teſte ad hunc annum num. 56. ex Benedi-*
„ *cti XI. epiſt.* 125.] hanc ſe amplecti velle per epiſtolas ſigni-
„ ficaſſet Benedicto XI. ſummo Pontifici „. Qua ferme tempeſtate [*ideſt an.* 1304.] Franciſcum de Salomone, Caſtellani de Salomone Tarviſini Epiſcopi fratrem, militari cingulo donavit, ut docet Tabula (*a*) Tarviſii in Italia muro ſacrarii ædis majoris appenſa, hiſce verbis. „ MCCCIV. die XXV. Martii Fran-
„ ciſcus de Salomone fuit per excelſum Principem &D.D.Oro-
„ ſium Regem Raſſiæ, militari cingulo donatus „. Sed & is varia ad ædem S. Nicolai Barenſis miſit donaria anno MCCCXIX.
Incer-

a Buchilatus hiſt. Tarviſin. pag. 252.

Incertum vero, an poſt ſedata inteſtina illa, de quibus (*a*) egimus bella, & poſt pacem cum Hungaris pactam: unde ſaltem licet conjicere a Romanæ religionis cultu haud fuiſſe prorſus alienum ea tempeſtate, quum ædes illa S. Nicolai Catholicorum Romanorum eſſet. Id porro teſtatur Tabula alia (*b*) in eadem æde hiſce verbis concepta. „ Anno Domini MCCCXIX. menſe
„ Junii, Indictione II. Uroſcius Rex Raſciæ, & Diocleæ, Al-
„ baniæ, Bulgariæ, ac totius maritimæ, de Culfo Adriæ a mari
„ uſque ad flumen Danubii magni, præſens opus altaris Ico-
„ nam (*c*) magnam argenteam, lampades, & candelabra ma-
„ gna de argento fieri fecit ad honorem Dei, & beatiſſimi Ni-
„ colai, ejus obrado adſtante Decatera filio Dorislava fideli &
„ experto a prædicto Rege ſuper dicto opere deputato. Et nos
„ Rugerius de Invilia Protomagiſter, & Robertus de Barolo
„ magiſter in omnibus præfatis opus de prædicto menſe Junio
„ incepimus & per totum menſem Martium anni ſequentis, ter-
„ tia Indictione, fideliter complevimus „. Uroſium eodem anno obiiſſe ait Nicephorus Gregoras lib. 8. pag. 219. 221., quo Sweſtislavus Bulgariæ Rex, quem e vita exceſſiſſe anno 1323. teſte Cantacuzeno lib. I. cap. 35. conſtat. At Michas Madius coætaneus ſcriptor in hiſt. cap. 16. menſe Novembri anno 1321. extinctum exerte tradit. Fecit porro monaſteriorum ab eo conditorum numerus, quem ad XLVIII. excurriſſe volunt, ut *Sancti* titulo vulgo donaretur: in quibus unum fuiſſe ajunt qnod in urbe Hieroſolymitana extruxit ſancto Michaëli ſacrum, quod anno 1590. adhuc ſupererat. Quintus *Uladislavus* Stephani Dragutini Regis filius, e cuſtodia poſt Uroſii patrui mortem eductus, Rex Serviæ appellatur: qua in dignitate haud pacate vixit; Conſtantino fratre bellum ei movente. Sed tandem Conſtantinus a fratre captus, patibulo primum affixus, in duas deinde par-

a Anno 1318. gravi ac inteſtino bello vexatus fuit, Procerum pleriſque ab eo defectionem molitis, quos inter extitere Muſachius Cliſſaniæ Comes, Andreas Muſachius Albaniæ regni Mareſcallus, Theodorus Muſachius Protoſebaſtus, Ladislavus Canonicus Diocleæ, & Albaniæ maritimæ Comes, Raſſiæque Barones alii, qui vicinos Serviæ Principes in ſuas traxere partes, in iiſque Philippum Tarentinum Principem, Regem Hungariæ Carolum, & Mladienum Boſinenſem Banum. Joan. XXII. tom. I. epiſtol. ſecr. 57. 571. 573. Apud Raynald. ann. 1318. num. 35.

b Vide Antonium Beatillum in hiſt. S. Nicolai lib. 7. cap. 26. & Tomcum in vita S. Sabæ apud Bolland. tom. I. Jan. pag. 983.

c *Iconam magnam argenteam*. En imagines ſculptas & exſtantes apud Servios in veneratione habitas ann. 1319. contra nonnullos recentiores Græculos, qui illas execrari dicuntur.

Digitized by Google

de partes diſſectus eſt: quæ quidem immanis Principis crudelitas fecit, ut ab illius ſubditis evocaretur *Stephanus*, Uroſii Regis filius nothus, qui tum exul Conſtantinopoli morabatur: qui quum in Serviam confeſtim veniſſet, ab omnibus Rex eſt proclamatus, fugato interim Uladislavo, ac Sirmium ſeſe recipiente, ubi a Stephano captus, & in carcerem conjectus, in eo reliquum vitæ miſerabiliter exegit. Tradit Thurocius lib. 2. c. 89. Uladislavum Tranſylvaniæ Voëvodam, filiam nuptum dediſſe filio Stephani Regis Serviæ, & Voëvodam a Cardinali Legato ſacris fuiſſe interdictum anno 1308. quod iſtud confeciſſet conjugium cum Principe Græcanico ſchiſmate implicato. Unde vero admodum ſimile eſt, filium iſtum Stephani Uladislavum eſſe, qui Uroſio in regnum ſucceſſit. Sextus, *Stephanus*, Uroſii filius nothus, *Uroſius* & ipſe dictus, Rex Serviæ inauguratus eſt anno 1322. vel ſequenti; qui ut Regnum ſibi firmaret, Philippum Tarentinum Principem in ſuas partes allicere conatus eſt, filia ejus Blanca in uxorem expetita, oblatoque in Imperii Conſtantinopolitani recuperationem auxilio. Sed & ne ejuſmodi conſiliis obſiſteret religionis quam profitebatur uterque Princeps, diverſitas, Romanam amplecti ſe exoptare ſignificavit, Principem rogans, ut partes ſuas apud Joannem XXII. ſummum Pontificem interponeret, ut Legatum mitteret, fidei ſuæ profeſſionem excepturum. Pontifex vero Bernardum Brunduſinum Epiſcopum alioſque aliquot delegavit, qui & Stephani profeſſionem exciperent, eique legitimationis neceſſaria diplomata conferrent, quum is ex illegitimo contubernio natus eſſet: „ Quem [inquit Pontifex tom. 3. ep. 263. 264. apud Raynald. „ ann. 1323. num. 15.] ſicut accepimus, quondam Oroſius „ Serviæ Rex pater ejus conjugatus genuit de ſoluta „. Stephanus porro in Joannis Papæ literæ, *Uroſcus*, vel *Oroſius* nuncupatur. Sed effectu caruere Stephani conſilia: quæ in an. 1323. referuntur. Bellum exinde in Michaëlem Straſcimirum Bulgariæ Regem movit, quod Nedam ſororem, ex qua liberos procreaverat, dimiſiſſet, ut aliam duceret, prælioque inito, eum fudit cepitque. A Stephano demum Duſciano ſeu Vukſano filio, in caſtro cuſtodiæ mancipatus, ſuffocatur anno 1333. Septimus, *Stephanus*, *Duſcianus* ſeu Vukſanus, hoc eſt Eleemoſynarum largitor, ſeu munificus ac liberalis dictus, Stephani Uroſii ex Sveſtislavi Bulgariæ Regis ſorore filius, inter cæteros ætatis

ſuæ

ſuæ duces præſtantiſſimus, bellum geſſit cum Hungaris, Græcis, ac Turcis: Acarnaniam, Macedoniam, & Theſſaliam invaſit; oppidaque univerſa in ſuam poteſtatem redegit, præter unam Theſſalonicam: ac demum *Romanorum* & *Serviorum* Imperatorem ſe appellavit; Uroſium filium Regem renuncians, alioſque Aulæ Conſtantinopolitanæ magiſtratus inſtituens, in iis Serviæ Sebaſtocratorem Decanum, magnum Logothetam Goicum, Deſpotam Oliverium, Cæſarem Præbulum, Guilbum demum de Cataro, Comitem Camerarium. Ordinem militarem ſub titulo S. Stephani inſtituit. Uxorem duxit Alexandri Bulgariæ Regis ſororem, *Ragoſnam* Orbino & Luccario appellatam, Græcis vero ſcriptoribus *Helenam*. Quum autem Eliſabetham, Stephani Boſinenſis Bani filiam, pro filio ſuo in uxorem obtinere non potuiſſet, Nicolaum Bucchinum nobilem Catarenſem ſuumque Protoveſtiarium, legatum in Franciam miſit anno 1351. qui alteram ex Regis Joannis filiabus in uxorem filio depoſceret: at quod Græcanicam profiteretur religionem, repulſam paſſus eſt. Erga Romanam tamen ſe propenſiorem deinceps teſtatus eſt, miſſiſque ſub annum 1354. ad Innocentium VI. ſummum Pontificem nunciis, id profeſſus eſt, de Græcis conqueſtus, qui conſiliis ſuis continuo adverſarentur, ſubditoſque ab ea amplectenda avocarent, Baptiſmi & Confirmationis Sacramenta a Latinis Sacerdotibus ac Epiſcopis collata, iterari debere perſuadentibus. Literas (*a*) ſcripſit ſummus Pontifex ad Regem Stephanum, ejuſque conjugem Helenam, & filium Oroſium, necnon ad *Ivaniſcum* ſeu Joannichium (*b*) Serviorum Patriarcham, & ad Serviæ Proceres, quibus illos adhortabatur, ut quod tam pie ac ſancte decreverant, firmiter adimplerent. Sed & ad Regem, Petrus Thomaſius (*c*) Carmelita, qui poſtmodum Conſtantinopolitanus Patriarcha dictus eſt, Legatus miſſus, qui Chriſtianam Romanam religionem ſtabiliret, & quæ ad eam ſpectabant, Apoſtolica auctoritate definiret. Verum tum doloſa Regis mens detecta, palamque patuit, non tam Romanæ religionis affectu, quam declinando bello Hungarico cum

Pon-

a Exſtant apud Bzovium, & Waddingum ad annum 1354.

b Joannes Cantacuzenus lib. 3. cap. 45. ſuppreſſo Joannichii nomine, hunc vocat τὸν ἀρχιεπίσκοπον τῶν τριβαλλῶν, *Triballorum Archiepiſcopum*.

c Philippus de Mazzeriis in vita S. Petri Thomaſi cap. 2. num. 17. Joan. Carmeſſonius in vita ejuſdem cap. 5. Bollandus tom. 2. Januar. die 29. pag. 997. & ſeqq.

Digitized by Google

Pontifice per ſuos nuncios eum egiſſe; præſertim quum Petro Serviam ingreſſo, ſubditis ſub excæcationis pœna, Romanorum Miſſis intereſſe prohibuerit. Pontifex igitur accepto & perſpecto Stephani conſilio, ad bellum in eum ſuſcipiendum Hungarorum Regem impulit: Venetoſque, qui ſtrictius cum Stephano fœdus inierant adverſus Hungaros, quod pleraque Dalmatiæ oppida quæ Venetorum erant, ii expugnaſſent, ut dimiſſa quam cum Serviis inierant ſocietate, ad pacem cum Ludovico Hungariæ Rege conficiendam manus darent: Scriptæ autem hæ literæ anno 1356. At Stephanus quum Græcos bello petiturus cum 80. militum millibus in Thraciam pergeret, in oppido Deaboli febre correptus obiit anno 1356. die 18. Decembris, quum vix annum ætatis quintum & quadrageſimum attigiſſet, regnaſſetque annos 23. Cæterum parem in S. Nicolaum Barenſem, ac Stephanus pater, avuſque Uroſius, venerationem teſtatus eſt, ut ex ejus diplomate Raguſii anno 1346. exarato colligitur, in quo ita inſcribitur: „ Stephanus Dei gratia Romaniæ, Sclavoniæ, & Albaniæ Imperator „. Octavus & poſtremus *Uroſius*, Stephani Duſciani & Helenæ Bulgaræ filius unicus, paternis ditionibus in ſolidum ſucceſſit, Imperatoriſque perinde ac ille titulum ſibi adſcripſit. Helena mater ſimultates inter Uroſium filium, & Stephanum ejus patruum Joanninæ Ducem & Acarnaniæ dominum, clam fovens, necnon Nicephoro Angelo Deſpotæ, qui ſororem ſuam in uxorem duxerat, favens opemque ſuam operamque impendens, naſcenti ei imperio extremum exitium attulit. Acceſſit immoderatus Uroſcii in proceres ſuos favor, qui cæterorum æmulationem ac invidiam accendit, ita ut inito invicem prælio, fuſus Uroſius, captuſque & in Serviam abductus eſt; quem quum *Vucaſcinus* Deſpota, qui ab ipſo Uroſcio Rex dictus fuerat, fugam meditari percepiſſet, Raguſiumque ſe conferre velle, hunc clava ferrea in illius caput impacta, interfecit anno 1368. Poſt ejus mortem Eliſabetha uxor regni adminiſtrationem excepit; Helena vero Uroſii mater, quæ hoſce omnes in Servia motus ac civilia bella excitarat & foverat, femina feroci & arrogante animo, & Catholici ac Romani ritus hoſtis infenſiſſima, mortuo filio, in Monaſterium coacta conceſſit, in quo miſerandam animam efflavit anno 1371. Interim Solimanus Turcorum tyrannus infeſtis in Serviam ſignis invadens, commiſſo cum Vukaſcino, qui Regis Serviæ ſibi no-

men uſurpaverat prælio, Servios fudit; Wkaſcino ipſo aliiſque Proceribus interfectis: nulloque poſt eam cladem, quæ 26. Septembris anno 1371. accidit, obſiſtente, Raſciam ingreſſi Turci ac depopulati ſunt. Atque ita Servia & Raſcia Turcorum vectigalis evaſit, Regnumque Familiæ Nemaniæ prorſus eſt extinctum.

Hactenus ex Cangio de Serviæ Regibus, quos conſtat, Romanam orthodoxam fidem coluiſſe, donec ſtetit Conſtantinopolitanum Latinorum Imperium: eo autem extincto, Catholica etiam religio paulatim in Servia defecit: & primus quidem videtur Græcanicum ſchiſma amplexus *Uroſius Milutinus*, non tam ob conditas Eccleſias, quam eam ob cauſam a Serviis & Græcis ſchiſmaticis *Sanctus* appellatus, etſi Helenæ Francigenæ filius, quem Quartum Serviorum Regem ſupra diximus, eumque tandem a Carolo Hungariæ rege anno 1320. adactum, *ejurato ſchiſmate, Romanam religionem amplecti*. Qui autem *Uroſium* hunc exceperunt Reges, *Uladislavus*, inquam, Stephani Dragutini filius; *Stephanus*, alias Uroſius, Uroſii filius nothus; *Stephanus Duſcianus*, hujus Uroſii filius & Helenæ Bulgaræ maritus; *Uroſius* demum Duſciani & Helenæ filius; hi, inquam, omnes in Græcanico ſchiſmate, uti ſupra oſtenſum eſt, vixerunt. Ac proinde emendandus eſt Tomcus, qui in vita ſancti Sabæ apud Bollandum tom. 1. Januar. pag. 983. Principes omnes Nemaniæ familiæ, orthodoxos Romanæ fidei cultores vocat, præter „ penultimum Stephanum parricidam, Græculæ Helenæ conjugem, Catholicæ Romanæ unitatis ab avis ſuis religioſiſſime cultæ deſertorem „. Atque hæc de ſancto Saba Serviorum Archiepiſcopo, Serviæque Regibus dicta ſint ſatis. Redeo ad Faſtos Ruthenicos.

In Tabulis Papebrochianis, *Tatianæ* hac die 12. Januarii adjungitur *Petrus*: de quo hæc habet Papebrochius: „ Petrus Abeſelamites, Martyr Eleutheropoli in Palæſtina: colitur a Latinis cum cognomento *Balſami* ſeu *Abalſami*, 3. Januarii. Acta ejus aliqua Latine reddidit Anaſtaſius Bibliothec.: optaremus Græca inveniri, quia videntur omnino ex Proconſularibus Actis ſumpta, atque adeo fideliſſima eſſe „. Latina edidit Bollandus tom. 1. Jan. pag. 129. ad 3. Januarii: quo S. Petrus in Romano hodierno colitur hoc elogio: *Eodem die S. Petri, qui apud civitatem Aulonam crucis ſupplicio eſt interemptus.*

Mau-

Digitized by Google

Maurolycus addit: *ſub Severo Præſide, Diocletiano imperante*: nam in Actis Latinis, ſub *Severo* cruci affixus dicitur. Beda hæc tantum de eo: *S. Petri Martyris*. Uſuardus, uti ſupra in Romano hodierno. Alia vetuſta Martyrologia a Bollando citata: „ In civitate Aulana paſſio S. Petri, qui crucifixus eſt ſub Maxi„ miano Imp. „ Rabanus, & MS. Martyrologium S. Maximini Treviris ad diem IV. Januarii: *Eodem die paſſio Petri, qui & Balſami, Martyris, ſub Maximiano Imp., agente Severo Præſide, qui eum nolentem ſacrificare diis, juſſit ſuſpendi & ungulis lacerari: ad extremum vero gladio interfectus eſt, & in Aulona civitate ſepultus*. Ex Actis Latinis ſunt hæc deſumpta, excepto mortis genere: nam ibi dicitur cruci affixus. De die autem martyrii: *martyrizatus eſt teſtis Chriſti Balſamus, qui & Petrus, apud Aulanam civitatem* III. *Non. Januar. ſub Maximiano Imperatore*. Ad Græcos pergo: apud quos triplex Petri Martyris commemoratio peragitur. Primo ad 3. Januarii his verbis: τῇ αὐτῇ ἡμέρα μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Πέτρου τοῦ Σημειοφόρου, ἐν τῷ ἁγίῳ Ζαχαρίᾳ τῆς Ἀτρώας κειμένου, *Eodem die Commemoratio S. P. N. Petri Simiophori (hoc eſt, ſignum ferentis) in Sancti Zachariæ Atroæ ſepulti*. Ubi Σημειοφόρος *dicitur*, quia *cruci affixus*: quamquam Raderus apud Bollandum tom. I. Jan. pag. 129. num. 12. alias τοῦ Σημειοφόρου interpretationes excogitat: adeoque is eſt Petrus, qui ad hanc ipſam diem a Latinis colitur, paterno quidem nomine *Balſamus* dictus, in Baptiſmo autem *Petrus*, quemadmodum in Actis Latinis Anaſtaſianis legitur. Secundo ad XI. Januarii in Menologio communi, his verbis: τῇ αὐτῇ ἡμέρα μνήμη τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Πέτρου τοῦ Αβεσαλαμίτου. *Eodem die commemoratio S. Petri Abeſalamiti* „. Synaxarium: *Hic & fidei religione, & corporis robore præſtans, in flore ætatis, libera voce Chriſtum profeſſus eſt. Inde a Præſide Eleutheropolitano captus, quum neque blanditiis emolliretur, neque minis terreretur, in rogum conjectus, ex eo martyrii lauream reportavit*. In Menologio Baſiliano Tom. 2. pag. 96. ad eundem XI. diem Januarii deſcribitur certamen S. Martyris Petri in hæc verba. „ Sanctus Martyr Petrus in pago Anea „ apud Eleutheropolim natus, corpore robuſto, ſed fide in „ Chriſtum robuſtior, ab adoleſcentia ſenilem prudentiam „ præſeferebat, quum doceret omnes ab idolis ſecedere, „ & ad Chriſtum ſolum verum Deum hominumque ſerva-

„ torem accedere. Quæ quum de illo accepiſſet Eleutheropolis „ Præſes, miſſis ſatellitibus comprehenſum, compellebat Chri„ ſtum ejurare: ſed quum ad id illum inducere nequiret, præ„ cepit, ut in ardentem fornacem ignis injiceretur: in quam „ immiſſus Sanctus, per multas horas gratias agens, Deumque „ pro totius mundi ſanctarumque Eccleſiarum tranquillitate „ orans, deceſſit „. Pictura repræſentat S. Petrum juvenem nudum in fornacem immiſſum, manibus expanſis orantem, dum hinc & inde duo ſatellites flammam ignis, haſta ſtimulantes, ardentiorem efficiunt. Tabella vero Papebrochiana ad diem XII. hujus repræſentat, S. Petrum ſtantem, habitu militari indutum, barbatum, dextera crucem tenentem. Male: nam juvenis erat imberbis, ut ex Actis conſtat. Tertio demum, ad XIV. Octobris: Synaxarium. S. *Martyris* Petri Αυσελάμου *Abſelami. Profectus eſt hic e finibus Eleutheropolis, vico Aneas dicto: generoſus & acer animo juvenis, valido quoque corporis robore, ſæpe fortiter fecit pro religione; contemptiſque omnibus præſentibus, ſexto Diocletiani anno ſacrificium Deo acceptum factus, certamen in flammis abſolvit*. Quæ ſunt ex Euſebio lib. 8. hiſt. Eccl. de Martyribus Palæſtinæ cap. X. deſumta: ſic enim ibi Euſebius ex verſione Henrici Valeſii. „ Undecimo autem die men„ ſis Audynæi, ideſt (a) ante diem III. Idus Januarias, Pe„ trus ἀσκητὴς *Aſceta*, qui & Apſelamus vocabatur, ortus ex „ vico Anea in agro Eleutheropolitano, velut aurum puriſſi„ mum per ignem probatus, ſuæ in Chriſtum fidei, in urbe Cæ„ ſarea, illuſtre ſpecimen edidit. Nam & Judicem ipſum, & „ cunctos qui ei apparebant, identidem hortantes, ut ſui ipſius „ miſereri vellet, ſuæque ætati & adoleſcentiæ conſuleret, ge„ neroſo animo deſpexit: & ſpem, quam in conditore omnium „ Deo collocaverat, omnibus rebus, ipſique adeo vitæ ſuæ „ antepoſuit „. Ex hoc Euſebii teſtimonio conſtat, unum eundemque fuiſſe *Petrum Abſelamum*, qui a Latinis ad 3. Jan. colitur; a Græcis vero ad 3. Jan. ad XI. ejuſdem, & ad XIV. Octobris; fortaſſe propter corporis translationes, aut alias ob cauſas ignotas; a Ruſſis vero ad XII. Januarii, eo fortaſſe, quod dies XI. feſto S. Theodoſii cœnobiarchæ impedita eſſet. Molanus, Raderus, Baronius & alii, ex uno Petro Abſelamo, duos conflant, quorum primum ait Baronius anno Chr. 285. martyrem

a *Ut Romani dicerent.*

Digitized by Google

rem occubuiſſe; alterum Bollandus ad annum 291. paſſum refert: & Molanus quidem, quum de primo Petro ad 3. Jan. ex Uſuardo egiſſet, de ſecundo ad XI. Jan. hæc habet: „ *Cæſareæ Palæſtinæ S. Petri Aſcetæ, ideſt religioſi ſive monachi, qui ſæpe rogatus, ut adoleſcentiæ parceret, eorum exhortationibus neglectis, per ignem, velut aurum puriſſimum, fidem in Chriſtum excelſo animo probavit*. Ferrarius autem hunc ſecundum, ut vult, Petrum ad XIV. Octobris commemorat, his verbis. *In Macedonia S. Petri Martyris ſub Diocletiano*. Quot, & quanti errores, ex Actis Latinis vel male intellectis, vel mendoſe deſcriptis hauſti! In primis ajo cum Euſebio, unum dumtaxat fuiſſe Petrum Abſelamum, in Anea vico Eleutheropolitani agri ortum, & Cæſareæ paſſum. Id confirmant Acta ejuſdem Syriaca, quæ in vetuſtiſſimo Codice Nitrienſi extantia ex Oriente in Vaticanam Bibliotheam detuli; prodierunt autem Syriace & Latine inter Acta Martyrum Occidentalium, cura & ſtudio mei ex ſorore Nepotis Stephani Evodii Archiepiſcopi Apameæ, Tom. 2. p. 208. hoc titulo: *Martyrium Sancti Petri, qui & Abſelamus, anno ſeptimo perſecutionis noſtræ, menſe Januario, Cæſareæ*. Initium: *Die decima menſis Januarii in urbe noſtra Cæſarea Petrus, qui & Abſelamus, martyr in Chriſti regno celeberrimus, pro Chriſto ipſo fortiter occubuit*. In fine dicitur, *ex agro Eleutheropolitano in vico Anea ortus*. Omnia cum Euſebio conſonant, præter *diem decimam Januarii*, quum in Euſebii textum *dies undecima* habeatur.

Deinde cauſas errorum & allucinationum aperio. Primo, in Latinis Actis Anaſtaſianis pro *Anea* vico Eleutheropolitani agri, irrepſit nomen *Aulanæ civitatis*: quo errore ſemel admiſſo, in emendatioribus Martyrologiis memoria S. Petri ponitur *apud civitatem Aulanam*, ubi & paſſus perperam dicitur, quum inde ortum habuerit: alii autem legunt *Aulonam*, *Eulanam*, *&* *Avelanam*, ſeu *La Velona*, quæ urbs eſt maritima in ſinu Adriatico, unde Ferrarius in *Macedonia* paſſum S. Petrum dixit. Secundo, in iiſdem Actis nomen Præſidis perhibetur *Severus* fuiſſe: id quod tamen neque Euſebius prodit, neque Acta Syriaca. Quin imo Euſebius lib. 8. de Martyribus Palæſtinæ cap. 8. loquens de ſexto Perſecutionis Diocletianeæ anno, *Firmilianum* aſſerit Præſidem *Urbano* ſucceſſiſſe. Tertio, quum Euſebius cap. 10. S. Petrum Abſelamum appellet Ἀσκητὴν, *Aſcetam*,

tam, h e athletam, & ad certamina exercitatum, Chriſtophorſonus Euſebii interpres eam vocem perperam Latine reddit, *religioſum vel monachum*, *vitam ſolitariam & meditationi deditam ſequutum*, & ex Chriſtophorſono Molanus eodem errore ad XI. Jan. *S. Petrum Aſcetam* vocat, *ideſt religioſum ſive monachum*. Quarto, quum in Actis Latinis legatur: „ Præſes di„ xit: Ego ſententiam in te profero. Petrus reſpondit: Hoc „ eſt, quod tota aviditate expecto. Tunc Præſes dictavit ad„ verſus eum ſententiam, dicens: Petrum admodum con„ temnentem inviciſſimorum Principum juſſa, propter legem „ Dei ſui crucifixi, ſententiam ſubire præcipio „: quum hoc, inquam, legatur, arbitrati ſunt Martyrologi Latini, ſententiam Præſidis eo referri, ut Petrus in crucem ageretur; ac proinde ſcribunt, ipſum crucifixum fuiſſe: & Bertinianus MS. Codex addit poſt ea verba, *ſententiam ſubire præcipio*: *Tunc cruce ſuſpenſus, capite eſt plexus*: quæ tamen verba in Actis non adſunt; neque Acta aliud ſignificant, quam prolatam a Præſide contra S. Petrum mortis ſententiam. Quodnam autem fuerit id mortis genus, Euſebius explicat iis verbis, *per ignem*, *velut aurum puriſſimum*, *fidem in Chriſtum generoſo animo probavit*: & Synaxaria Græca: *certamen in flammis abſolvit*. Quinto, pro, III. *Idus Januarii*, hoc eſt, XI. die ejuſdem menſis, uti apud Euſebium legitur, in Acta Latina irrepſit, III. *Non. Jan.* Unde & Latini Martyrologi Petrum paſſum dicunt 3. *Januarii*. Sexto, Menæa ad XIV. Octobris habent, *ſexto Diocletiani anno S. Petrum certamen in flammis abſolviſſe*: errorem advertit Valeſius in notis ad cap. 10. de Martyribus Palæſtinæ, inquiens: *In quibus verbis obiter notandum eſt*, *annum ſextum Imperii Diocletiani poni pro anno ſexto Perſecutionis*: Quamquam Acta Syriaca affirmant, *anno ſeptimo* id martyrium accidiſſe.

XIII.

Hermylus.

Stratonicus.

Codex primus Vaticanus Ruthenicus vacat hac die. At ſecundus habet: *Hermylus*, & *Stratonicus*. Poſſevinus pro Hermylo, perperam: *S. Martyris Hermogenis*. Kalend. Moſcovit. *Muc. Ermila*, *Mart. Hermyli*. Faſti Græco-Moſchi Papebrochiani, *Hermylus*, dumtaxat. Græci in utroque Menologio: τῶν ἁγίων Μαρτύρων, Ἑρμύλου & Στρατονίκου, *SS. Martyrum Her-*

Hermyli & Stratonici: quorum *Hermylus* Diaconus dicitur; hinc Diaconali habitu in tabellis Papebrochianis depictus; & unacum Stratonico ſub Licinio Imp. pro Chriſti fide in flumen *Δύναβι*, *Danubium*, (in Menæis Ἴςρῳ ποταμῷ in *Iſtrum*) demerſus. Romanum Martyrologium: „ Singidoni in Myſia ſu„ periori SS. Martyrum Hermyli & Stratonici, qui poſt ſæva „ tormenta ſub Licinio Imp. in Iſtrum flumen demerſi ſunt „. Eorum martyrium a Metaphraſte deſcriptum exhibet Latine Lipoman. tom. 5. & Sur. tom. 1. Habetur etiam Græce, dandum in ſupplemento, ut ait Papebrochius.

XIV.

SS. Martyrum in Raithu Cæsorum.

Codex primus Vaticanus Ruſſicus: *Patres Montis Sinai*. Secundus vacat. Poſſevini Kalendarium: *S. Patris Sabæ*. Kalendar. Moſcov. *Sviat. ot. Raithie*; *Sanctorum Patrum in Raithu*. Faſti Græco Moſchi Papebrochiani: *Sanctorum Patrum in Sinai & Raithu occiſorum*. *Sabas pater*. *Patres in Raithu occiſi*. *Martyr Agnes*. De Saba Serviæ Epiſcopo, recole quæ ad diem XII. hujus diximus: in noſtris enim Tabulis Capponianis ibi ejus commemoratio peragitur: at in Faſtis Græco-Moſchis ad hanc, qua circa annum 1250. obiit, diem. Ad Monachos vero Martyres quod ſpectat, Tabulæ noſtræ repræſentant Monachos Raithenſes dumtaxat, a Barbaro quodam interfectos. E' contrario Codex Vaticanus Ruſſicus commemorat ſolos Monachos Martyres *Sinaitas*. At Faſti Græcomoſchi utroſque: & *Raithenſes* ſcilicet, & *Sinaitas*: & primo quidem depicti ſunt jacentes junctis ad pectus manibus Monachi quatuor, duo barbati, & duo mento raſo, cucullo acuminato caput tegentes, & Planeta undique clauſa induti, ſub Planeta autem ſtolam cruce ſignatam è collo ad talos uſque pendentem geſtantes: ſuperſcriptio: *Svyatich otec V Sinai i v Raithi izbiennych*. *Sanctorum Patrum in Sina & Raithu occiſorum*. Altera pictura, Sabam Serviæ Epiſcopum primo loco exhibet, eo habitu quo tunc utebatur, quum Epiſcopatum abdicavit, cum epigraphe: *Saba otec*, *Sabas pater*: Secundo loco, alii Monachi Martyres exhibentur ſtantes manibus expanſis, cucullo è capite ad humeros reducto, omnes barbati, cum planeta & ſtola ut ſupra; epigraphe: *Otec V Raithi isbiennych*, *Patres in Raithu occiſi*: Tertio demum

demum loco, Martyr *Agnes*, ſtans habitu Monialium ſeu Virginum induta, Crucem dextra tenens, læva expanſa: epigraphe: *Mutzenica Agni*, *Martyr Agnes*. Culcinius hanc Agnetem ad diem 15. hujus perperam refert, & Paulo primo Eremitæ atque Joanni Calybitæ adjungit: quum inter hos Monachos & Agnetem conſueta dierum diviſio intercedat. Papebrochius ad XIII. Januarii Moſcorum figurati, præmittit *Commemorationem multorum Sanctorum Patrum in Sinai & Raithu*: de quibus hæc habet: „ In iis quæ Nilus ſcripſit Actis, nominantur „ *Theodulus*, *Paulus*, *Joannes*, *Proclus*, *Hypatius*, *Iſaac*, *Macarius*, *Marcus*, *Beniamin*, *Elias*. Sed non videmus quomodo ad hos pertineat hæc imago, quatuor Monachos una „ in tumba collocatos repræſentans; maxime quum literas ad „ latus ac ſubtus ductas conſidero, in quibus hæc mihi videor „ legere: *Pambon*, *Hipabe*, *Berbinda*, *Hieroſchemon*, Μοναχοὶ πρῶτοι.... Ἱερλημασκι, quod interpretor, *Monachi primi* .... *Hieroſolymitani*: forte ſub Coſroe occiſi; de quibus „ tamen alibi nihil legi „. Verum non advertit vir doctus eas literas ſignificare, *ſacro Schemate indutos eos Monachos*, *primos* fuiſſe ex *Sinaitis*, qui paſſi ſunt ſub Diocletiano Imp. temporibus Sancti Petri (*a*) Alexandrini [ideſt, circa annum Chriſti 309.] a Saracenis occiſi: qui proinde non ad XIII. ſed ad XIV. hujus pertinent, uti ſuperſcriptio docet, quam ſupra expoſui: quamquam enim quatuor tantum Monachi in tumba jacentes ibi depinguntur, ii autem Monachi a Saracenis cæſi, numero triginta octo fuiſſe dicuntur; hoc tamen non obſtat, quum numerus Martyrum in his Tabulis non ſemper exprimi queat. Porro horum Martyrum certamen in utroque Menologio narratur; & in Synaxario quidem Menæorum, ab iis verbis, quæ martyrio Sinaitarum ſubjunguntur: πρὸ δὲ χρόνων πολλῶν, ἐπὶ τῆς Βασιλείας Διοκλητιανοῦ τοῦ Βασιλέως, καὶ Πέτρου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας. In Baſiliano autem pag. 103. hoc titulo: „ Commemoratio SS. Patrum, qui in eodem monte Sinai a Blemyis, Diocletiano Imperatore, occiſi ſunt „: ubi dicuntur iſti, Diocletiano Imperatore, & Petro Alexandriæ Archiepiſcopo, in monte Sinai aſceticam vitam duxiſſe. Exeuntes autem Saraceni

a Petrus Alexandrinus, quum ſediſſet annis 12., martyrio defunctus eſt anno nono perſecutionis, ideſt Chr. 311. vel 312.

Digitized by Google

racení (*a*) ex incultis deſertiſque locis poſt Ducis illorum obitum, multos Aſcetas interfecerunt: ceteris autem ſeſe in munitionem (*b*) recipientibus, nocte viſa eſt Saracenis flamma ignis totum montem comburens, quæ cælum ipſum attingebat: tanto autem terrore illos perculit, ut abjectis armis in fugam ſeſe conjecerint. Qui vero primum ex Aſcetis cæſi ſunt, erant numero XXXVIII., diverſas plagas in corpore inflictas habentes, ex his duo vivi inter jacentes reperti, *Sabas* & *Iſaias*: qui autem ceciderant, alii capite truncati ſunt, alii detracta ex aliquo membro pelle, alii per medium cæſi: quos omnes ſepelierunt duo illi Monachi (Sabas ſcil. & Iſaias) qui hæc de illis memoriæ prodiderunt. Pictura refert Monachos illos 38. in terra jacentes; flamma autem ignis montem, ubi erat munitio, comburente a Saracenis viſa, illos abjectis armis in fugam ſeſe conjicientes. Eadem narrantur a Sancto Nilo in Hiſtoria martyrii Sanctorum Patrum in Sina & Raithu occiſorum, de qua mox ſermo erit. Bollandus tom. 1. Jan. ad diem 14. pag. 936. refert verba Sancti Nili, ut & Martyrologii Romani, in quo hæc leguntur: *In monte Sina SS. triginta octo Monachorum a Saracenis ob Chriſti fidem interfectorum*: additque de iiſdem: „ Ut primum ſolitariam colere vitam pii homines cæpere, opportuna „ viſa iſthæc loca ſunt, quæ tum vetuſtis illis ſacrata religionibus eſſent, tum altiſſimam quietem præberent rupibus „ prope inacceſſis. Fortaſſis & latebræ primum hic [*in monte* „ *Sina*] captatæ iis, quos tyrannorum metus Ægypto Syriave „ exegèrat: qua eadem cauſa incultas Thebaidos ſolitudines „ aditas primum habitataſque ſupra 10. Januarii in Vita Sancti „ Pauli diximus „. Papebrochius pro Saba & Iſaia, quorum nomina conſtanter apud Sanctum Nilum, & in utroque Meno-

a *Saraceni*. In titulo Blemyi, in textu Saraceni. Baronius in notis ad hanc diem Saracenos cum Blemyis confundit: „ cæſi ſunt, inquit, iidem ſub incurſione Sarace- „ norum, qui dicti ſunt Blemyi „. At diverſos eſſe Saracenos a Blemyis patet: nam Blemyi, cis mare Erythræum, Saraceni trans illud habitabant. Vide notas Bollandi tom. 1. Jan. pag. 953. num. 3. Emendandus ergo titulus, & pro Blemyis, reponendum nomen Saracenorum.

b *Munitio*. Ὀχύρωμα, in quod ſe recepere Monachi, in monte Oreb Sinæ vicino fuiſſe, conjicit Bollandus tom. 1. Jan. pag. 937. num. 4. ex Bellorio lib. 2. cap. 63. ubi ait: „ Ad cujus (Oreb) radices exiguum Monaſterium, *Saranda Pateres* nuncupa- „ tum ſitum eſt „. Voluit certe σαράκοντα πατέρες ſcribere: quia illud ſeq. cap. dixit *eſſe Monaſterium* XL. *Patrum*. Nimirum cæſis Patribus XXXVIII. quamquam duo ex ipſis *Sabas* & *Iſaias* ſupervixere, exiſtimarunt tamen recentiores Græci, hos duos numerum 40. Patrum impleviſſe, aut certe pro 38. rotundo numero 40. dixerunt.

Digitized by Google

logio leguntur, perperam habet *Sabam & Eliam*, his verbis. „ Conſtat temporibus Diocletiani Sabam & Eliam, atque alios „ ſimul 38. Monachos occiſos eſſe a Saracenis „. Sed gravior eſt Baronii allucinatio, qui in notis ad hanc diem 14. Januarii, de triginta octo iſtis Monachis Sinaitis hæc ſcribit. „ Græci „ etiam de iiſdem agunt in Menologio. Sanctus Nilus Abbas „ qui dictorum Martyrum ſuo tempore coronatorum res geſtas „ conſcripſit, quum de his agit: mortui ſunt [inquit] poſt „ ſeptimum diem Epiphaniæ Domini, qui eſt decimus quartus „ menſis Januarii. Ac paulo inferius: Interempti ſunt quoque „ alii multis ante temporibus, quorum quoque commemora- „ tionem, propter viæ longitudinem, & eorum qui congre- „ gantur multitudinem, eodem die peragunt „. Atqui hi po- ſtremi ſunt Monachi 38. de quibus hic in Martyrologio Romano & in laudato Græcorum Menologio fit mentio; non ii primi, qui tempore Sancti Nili coronati ſunt. Nilus quippe Theodoſii junioris temporibus vivebat; Sancti autem 38. Sinaitæ Martyres ſub Diocletiano paſſi ſunt. Atque hæc de primis Sinaitis dicta ſunto.

Subjunguntur alii Monachi Sinaitæ Martyres temporibus Theodoſii junioris. De his Menologium Baſilianum ad 14. hujus pag. 102. „ Certamen Sanctorum Patrum noſtrorum qui in „ monte Sina cæſi ſunt. Ex diverſis locis terriſque iſti Sancti „ fuerunt. Seculum autem, & propinquos opeſque abdican- „ tes, in montem Sinai ſe receperunt, ibique Monachi facti „ ſunt, Deo ſoli ſervientes, & agreſtibus herbis pro cibo uten- „ tes: in quorum numero erat Sanctus Nilus, olim Conſtanti- „ nopoli Præfectus, vir ſapiens & pius, qui abdicata propter „ Chriſtum ſeculi gloria ac divitiis, pauperibus Monachis ſo- „ cium ſe adjunxit. Sed Diaboli invidia adverſus Sanctos Pa- „ tres concitavit agreſte & ferox Blemyorum genus, quod ab „ Arabia uſque in Ægyptum mare Erythræum accolit. Hi ſpe „ ingentis prædæ inducti, in Monachos incurſionem fecere: „ ſed quum nihil præter Storeas & Cilicia Patrum inveniſſent, „ in furorem verſi, innocentes viros jugularunt. Atque hunc „ in modum Sancti illi deceſſere „. Depicti ſunt octo Monachi a duobus Barbaris cæſi. Eadem leguntur de his Martyribus in Menæis: τῶν ἁγίων Α'ββάδων, τῶν ἐν σινᾷ ὄρει ἀναιρεθέντων. „ Sanctorum Patrum, qui in monte Sina interfecti ſunt. Hi re-

„ ligioſæ

„ ligioſæ vitæ deſiderio, omnibus rebus mundanis valere juſſis,
„ ſolitudinem incolebant. Quibuſcum & B. Nilus degebat,
„ qui urbis Conſtantinopolitanæ Præfectus fuerat: qui & elo-
„ quentia clarus & Sancti Spiritus gratia potens, nobiliſſimos
„ libros edidit, qui ad religioſæ vitæ exercitationem pertinent:
„ atque horum Sanctorum Patrum vitæ rationem, captivita-
„ tem, cædemque deſcripſit. Interfecti ſunt enim illi a Bar-
„ baris, Blemyis dictis, qui ab Arabia uſque ad Ægyptum &
„ mare Erythræum ſolitudinem pervaſtarunt „. Ita Bollandus. Sed legendum, *ſolitudinem accolunt*, ſeu per ſolitudinem extenduntur, *κατὰ τὴν ἔρημον παρατεταμένων*. Atqui ex Sancto Nilo conſtat, hos Barbaros non Blemyos fuiſſe, ſed Saracenos, Arabiæ deſerta uſque ad mare Erythræum incolentes; nam Blemyi cis mare Rubrum verſus Ægyptum habitabant: Saraceni & Arabes trans mare Rubrum verſus Palæſtinam & Arabiam. Extat de his Sanctis Sinaitis Commentarius Sancti Nili, cui titulus: Νείλου Μοναχοῦ εἰς τὴν ἀναίρεσιν τῶν ἐν σινᾶ καὶ Ῥαϊθοῦ ἁγίων Πατέρων ἀναιρεθέντων: *Nili Monachi in cædem Sanctorum Patrum, in Sina & Raithu occiſorum*. Qui tamen titulus ut recte obſervat Bollandus, videtur ab alio appoſitus: neque enim de Raithenis Patribus agit Sanctus Nilus, ſed de Sinaitis, aliiſque per eam ſolitudinem Monachis. Initium: *ἀπαίμενος ἐγὼ κατὰ τὴν ἔφοδον τῶν Βαρβάρων*. Latine prodiit apud Lipomanum, tom. 5., Surium tom. 1. & Bollandum ad 14. Januarii a pagina 954. Init.. *Quum poſt incurſionem Barbarorum errarem ego, veni in Pharan*. Græce & Latine edidit Petrus Poſſinus Pariſ. 1639. Vide quæ ad Allatium de Nilis notavit Fabricius pag. 26. & ſeq. editionis ab ipſo curatæ: qui Tom. 9. Bibliot. Græc. pagin. 125. citat aliam narrationem ejuſdem argumenti auctore Ammonio Monacho, quæ incipit: *ἐγένετό μοί ποτε καθεζομένῳ*, prodiitque Latine & Græce cum notis in Combefiſii Triumphis ſelectis Martyrum pag. 88. Pariſ. 1660. Conſule etiam Tillemont. Tom. 7. pag. 574. & 782. „ Fuit autem Nilus hiſtoriæ
„ hujus Scriptor, in utraque Philoſophia magno Chryſoſtomo
„ uſus præceptore „ ut Nicephorus Calliſtus lib. 14. cap. 53. teſtatur, qui ſequenti cap. de eo ita ſcribit. „ Admirando autem
„ Nilo patria Conſtantinopolis fuit, cujus etiam propter egre-
„ giam generis nobilitatem Præfectus fuit. Potentia autem &
„ opibus affluens, Aſceticam illis prætulit vitam .... Et quum

 „ elo-

„ eloquentiæ vi polleret, divinæque gratiæ nervis validus eſ-
„ ſet, ſcripta varia quæ vitæ monaſticæ exercitium inſtruunt,
„ reliquit, verbis, & ſententiis ita compoſita, ut lectoris ani-
„ mum gratia incredibili recreent. Scripſit quoque divinorum
„ Patrum in monte Sina obitum & martyrium, facundia & affectu
„ tanto, ut ſatis inde colligere liceat, quam eximia doctrina
„ juxta & virtute vir is fuerit: ubi etiam ſuas & filiorum res
„ paucis commemorat, miſerabiliter veluti in tragœdia capti-
„ vitatem eorum exponens, quum Barbari Blemmyes excur-
„ ſione ſua cædem ingentem fecere; quod opuſculum tamquam
„ ſpirituale quoddam oblectamentum ſtudioſis reliquit „. Hæc Nicephorus: qui in eundem ac cæteri errorem impingit, Blemmyos cum Saracenis confundens: nam Sanctus Nilus in illo ipſo opuſculo, quod Nicephorus laudat, Saracenos vocat cap. 4. eos gentem eſſe ſcribens, quæ habitat ſolitudinem, quæ ab Arabia uſque ad Ægyptum, Rubro mari, & Jordane, hinc inde terminis diſtenditur. Hæc & alia quæ ſequuntur, diverſos a Blemyis eſſe Saracenos oſtendunt. Porro Sancti Nili ætas tum ex ipſius epiſtolis conſtat, quas numero 355. Poſſinus edidit Græc. Latine Pariſ. 1657. aliiſque quamplurimis auctas Græce Latine recudi fecit, addita de Nilo diſſertatione, cl. Leo Allatius Romæ 1668. tum etiam ex eo manifeſtum fit, quod Sancto Joanne Chryſoſtomo præceptore uſus ſit: ac proinde obiiſſe eum certum, extremis Theodoſii junioris temporibus, aut Marciano imperante, inter annum 450., & 456. quemadmodum Allatius oſtendit, & ex Allatio Caveus in Hiſtor. Liter. Tom. 1. pagin. 241. qui tamen fallitur, dum ait Sanctum Nilum, quum ſuaviſſima Monachorum Nitrienſium conſuetudine frueretur, repente irruentibus Barbaris, unacum Theodulo filio aliiſque multis captivum fuiſſe abductum: non enim Nitrienſium, ſed Sinaitarum Monachorum conſuetudine tum Nilus fruebatur, quum barbari in ſanctos illos Monachos irruerunt, quemadmodum Nilus ipſe narrat cap. 5. de Patrum Sinaitarum vita. Turpius Caveo erravit Baronius, vir cæteroquin in hiſtoria Eccleſiaſtica doctiſſimus, dum S. Nili Monachorumque Sinaitarum captivitatem ad annum Anaſtaſii 19. Chriſti 509. conſignat, inquiens in not. ad 14. Januar. „ Contigit ejuſmodi
„ graviſſima incurſio Barbarorum in Monaſteria Syriæ & Ægy-
„ pti anno decimo nono Anaſtaſii Imperatoris, Indictione ſe-

„ cunda,

„ cunda, ut colligitur ex Actis S. Joannis Silentiarii, & Euthy„ mii Abbatis. Cedrenus autem eam reponit anno decimo „ ejuſdem Imperatoris: de eadem graſſatione Saracenorum, „ mentio habetur in vita ſancti Sabbæ Abbatis, & in Prato Spi„ rit. cap. 4. & cap. 21. & in Vitis Patrum „. Confunditur hæc Saracenorum in Sinaitas ſub ſancto Nilo Monachos irruptio, cum altera quæ in vita SS. Euthymii, Sabæ, & Joannis Silentiarii, necnon in Prato ſpirituali narratur. Sæpius enim Saraceni in Monachos Syriæ & Ægypti graſſati ſunt: uti tum ex dictis patet, tum etiam ex alia Sabaitarum Patrum viginti a Saracenis interfectorum anno 788. in Laura S. Sabæ, cæde, quam deſcribit Stephanus Monachus Sabaita, qui coævum ſe, & juſſu Abbatis Baſilii ſcripſiſſe profitetur. Initium: ἄξιόν ἐστι τοὺς μηδέπως τῆς τῶν ἁμαρτημάτων ἰλύος. Exſtant acta hæc apud Henſchenium Tom. 3. ad 20. Martii, Græce pag. 2. Latine pag. 176. Demum ut omnia ſemel de S. Nilo complectar, qui colitur a Græcis & Latinis 12. Novembris, ibique ſub Theodoſio juniore claruiſſe dicitur, multis poſt mortem annis corpus ejus a Juſtino juniore Conſtantinopolim translatum eſt, & in SS. Petri & Pauli Baſilica repoſitum. Nicephorus lib. 14. cap. 54. „ Quem vita func„ ctum, Juſtinus poſterior inde translatum, in baſi ſacratioris „ menſæ, in eo, quod ab ipſo, Petro & Paulo Apoſtolorum „ Principibus ad Orphanotrophium conſtructum eſt; templo „ repoſuit „. Imperavit Juſtinus junior a fine anni 566. uſque ad 5. Octob. 578. Ita & Græci de SS. Nilo, ejuſque filio Theodulo ad hanc diem 14. Januar. in Synaxario: Τελεῖται δὲ τῶν τοιούτων ἁγίων πατέρων ἡ σύναξις ἅμα ἐν τῷ σεπτῷ ἀποστολείῳ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Παύλου, τῷ ἐν τῷ Ὀρφανοτροφείῳ: *Agitur horum Sanctorum Patrum ſimul celebritas in veneranda S. Pauli Apoſtoli Baſilica, quæ eſt in Orphanotrophio*. Et ad diem 12. Novembris: Κεῖται δὲ ὡς φασιν αὐτὸς καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Θεόδουλος μεθ' ἑτέρων ἀσκητῶν, ἐν τῷ σεβασμίῳ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ἐν τῷ Ὀρφανοτροφείῳ, ὑποκάτω τοῦ θυσιαστηρίου, ὑπὸ Ἰουστίνου τοῦ Βασιλέως κατατεθέντες: *Conditus eſt, ut ferunt, & ipſe Nilus, & filius ejus Theodulus cum aliis religioſis Patribus, in venerando Templo Sanctorum Apoſtolorum, in Orphanotrophio, ſub Altari, a Juſtino Imperatore ibi depoſiti*. Hoc tamen in Synaxario, quod de ſancto Nilo ad 12. Novembris legitur, duo errores irrepſere: quorum primus eſt de Mauricio Imp. ſub quo floruiſſe dici-

Digitized by Google

dicitur: ἔπος πολὺς ἦν ἐν λόγοις, ἐπὶ τῆς Βασιλείας Μαυρικίου, ἔπαρχος Κωνσταντινουπόλεως γνωριζόμενος: *Iſte eloquentiſſimus erat, ſub Imperio Mauricii, Conſtantinopolitanæ urbis præfectus*: quomodo enim ſub Mauricio Imperatore vixiſſe potuit, qui, ut ſupra ex Nicephoro oſtendimus, S. Joannis Chryſoſtomi diſcipulus fuit? aut quomodo potuere a Juſtino juniore, ut hic narratur, transferri ejus filiique Reliquiæ, ſi ſub Mauricio vixit, qui tertius a Juſtino imperavit? Itaque pro Mauricio, reponendum Theodoſii junioris nomen, uti ſe habet in Martyrologio Romano. Secundus error, circa Sancti Nili filios. In hoc Synaxario dicitur Nilus connubio ſociatus, binam ex uxore prolem ſuſcepiſſe, *marem & feminam*: καὶ δύο τέκνα, ἄῤῥεν τε καὶ θῦλυ ἀποτεκών: Sed audiendus potius Nilus, qui utrumque marem fuiſſe ſcribit cap. 2. num. 7. apud Bolland. tom. 1. Jan. pag. 955. „ Mihi miſero, o amici, fuere duo filii; & hic, qui mihi modo „ fuit luctuum occaſio, & alter, qui remanſit apud matrem „. Et infra. „ Accepi filios (erant enim adhuc admodum parvuli) „ & adduco ad matrem: & unum quidem ei trado, alterum „ autem apud me detineo.

Hæc hactenus de S. Nilo, qui hiſtoriam Sinaitarum Patrum a Saracenis occiſorum deſcripſit. Ad Theodulum vero ejuſdem Nili filium quod ſpectat; præter illa, quæ Pater in eodem commentario de ipſo narravit, exſtat Synaxarium in Baſilii Menologio, pag. 105. his verbis: „ Commemoratio S. P. N. „ Theoduli. Hic patrem habuit Nilum ſapientem, qui Con- „ ſtantinopoli Præfectus fuerat: deinde abdicata ſeculi gloria, „ in montem Sinai profectus, monaſticum inſtitutum cum filio „ ſuſcepit. Quum autem ambo in eo loco morarentur, vitam- „ que Aſceticam ducerent, irruentibus repente Barbaris, ſan- „ ctoſque Patres trucidare incipientibus, Nilus quidem fugam „ arripuit; filius vero Theodulus cum altero adoleſcente ca- „ ptus eſt, vinctuſque trahebatur: quos quum Barbari mactare, „ & Lucifero aſtro immolare decreviſſent, alter fuga ſibi con- „ ſuluit; Barbari vero ſomno oppreſſi, ſole jam orto, & aſtro „ illo occultato, a Theoduli cæde abſtinuere, venalem eum „ exponentes. Sed quum duo tantum nummi aurei pro ejus „ pretio oblati fuiſſent, diſtricto gladio Theodulum jugulare „ volebant, quem Epiſcopus emptum in libertatem vindica- „ vit: ille autem traducta ſanctiſſime vita, obdormivit „. Pi-

ctura

ſtura repræſentat eum in templo ſtantem, barbatum, nudo capite, habitu monaſtico indutum, volumen clauſum ſiniſtra tenentem, dextera manu expanſa: quæ Imago, meo quidem judicio, Nilo patri, viro doctiſſimo, & qui multa ſcripta reliquit, potius convenit, quam filio Theodulo. Eadem verbatim leguntur in Synaxario Menæorum, in quo additur dumtaxat in fine, quod ſupra de hujus Theoduli unacum patre Nilo celebritate, in templo SS. Apoſtolorum in Orphanotrophio peragi ſolita, recitavimus. Cujus loci Epiſcopus is fuerit, qui dicitur Theodulum redemiſſe, Synaxaria ſilent. At in hiſtoria Sinaitarum Patrum a S. Nilo ſcripta, diſerte nomen civitatis exprimitur, nimirum *Eluzæ*, ſive Eluſæ, quæ civitas erat Iſmaëlitarum, Palæſtinæ vicina. Stephanus: „ Eluſa civitas nunc quidem [hoc eſt, Juſti„ niani ævo, quo Hermolaus Stephani ἐθνικὰ in compendium „ redegit] tertiæ Palæſtinæ, olim Arabiæ „. In Concilio Chalcedonenſi nominatur *Arethas Epiſcopus Eluſæ civitatis Palæſtinæ ſecundæ*. S. Hieronymus in vita S. Hilarionis ſcribit „ ipſum „ oppidum ex magna parte ſemibarbarum eſſe propter ſitum „ loci; & coli ibi Venerem conſueviſſe, ob Luciferum, cujus „ cultui Saracenorum natio dedita „: id quod apprime conſonat cum iis, quæ a S. Nilo cap. 4. de moribus Saracenorum narrantur. Porro Epiſcopus ille Eluſæ, non modo Theodulum a captivitate redemit; ſed etiam ipſum unacum patre Nilo ſacerdotio initiavit, & liberali viatico inſtructos, ad montem Sinai dimiſit. Hæc S. Nilus ſcribit cap. ult.

Reſtat aliud Synaxarium in Menol. Baſiliano ad hanc ipſam diem de Monachis Raithenis, quod pagin. 103. ita ſe habet. „ Eodem die Commemoratio Sanctorum XXXIII. Patrum, qui „ in Raithu occiſi ſunt a Blemyis; qui ibi habitabant, ubi erant „ duodecim fontes, & ſeptuaginta palmæ. Blemyi trecenti „ tranſmiſere aliquando magnis navibus Æthiopicum mare, „ (*ita vocatur Erythræum ſeu Rubrum*) navigioque, quod „ forte oblatum conſcenderant, ad Pharanitarum regionem „ appulſo, Pharanitas, qui illis occurrerant, vicere, inter„ fectis centum quadraginta ſeptem viris; abductiſque mulieri„ bus & pueris, abiere in caſtrum, ubi Sancti Patres Eccleſiam „ habebant, ejuſque januam obſerantes, ſeſe in illam recepe„ rant, mortem expectantes. Ingreſſi itaque barbari, quum „ nullam ibi prædam reperiſſent, cæſis omnibus, ad navim

„ cum

„ cum captiva multitudine redierunt: quam quum non invenirent (interea enim illam in mare demerſerant qui a Barbaris angariati fuerant, fugamque arripuerant:) furiis agitati, captivos omnes trucidarunt: deinde & ipſi trucidati ſunt „. Pictura repræſentat, Monachos Raithenos extra Eccleſiam a Blemyis gladiis confoſſos. Eadem leguntur in Synaxario Menæorum: ſed quod in Menol. Baſilii dicitur *de* 147. *Viris Pharanitis* occiſis, ibi ſic habetur: καὶ ἐσφάγησαν ἄνδρες τεσσαράκοντα ἑπτὰ, *interfectis ſeptem & quadraginta Viris*, & in fine de mutua Blemyorum cæde: ἐσφάγησαν δὲ καὶ αὐτοὶ πάντες ἀπ' ἀλλήλων: *Deinde in ſocios verſi, omnes mutuis vulneribus conciderunt*. De his Raithenis Martyribus agitur in Martyrol. Rom. ad eandem diem, hoc elogio: „ In Ægypto in Raithi regione Sanctorum quadraginta trium Monachorum, qui pro Chriſtiana religione a Blemmiis occiſi ſunt „. Atqui *Raithu* trans, non cis mare Rubrum, ſitum eſt, adeoque ad Arabiam, non ad Ægyptum pertinet, uti perperam exiſtimarunt cum Baronio Ortelius, Raderus in notis ad librum S. Climaci ad Paſtorem, & Roſweidus in tabula geographica ad vitas Patrum. Præterea ex vetuſtiſſimis Græcorum Menæis conſtat, Raithenos Martyres fuiſſe numero XXXIII., non XLIII. Quo demum tempore hæc Blemmiorum in ſanctos illos monachos irruptio contigerit, incertum: neque enim in Synaxariis deſignatur, ſed una cum Sinaitis, tam iis, qui ſub Diocletiano, quam qui S. Nili ætate paſſi ſunt, etiam Raitheni Patres conjunguntur, diverſo licet encomio. Papebrochius de Raithenis hæc habet ad Ephemerides Græcomoſchas. „ *Sabas* ... *Raithu* ... Conſtat temporibus Diocletiani *Sabam & Eliam* (*imo Iſaiam*) atque alios ſimul 38. monachos occiſos eſſe a Saracenis, ut alibi jam dictum: ſed horum numerus non poteſt exprimi per O, quod eſſet LXX. Interpres autem Belga, qui has tabulas ut melius potuit explicavit, poſt *Raithu*, ponit *cum centum Martyribus*, quod debuit ex literis, pro quibus .... ſignamus, eruiſſe: videtur hic autem eſſe confuſio aliqua „. Imo maxima: nam illud O', quod Belga interpres pro LXX. interpretatur, ad Sabam refertur, non ad Monachos Raithenos: ſonat autem *Otec*, hoc eſt, *pater*, uti Culcinius reddit. Centenarius autem Raithenorum numerus non in Tabulis iſtis Græcomoſchis eſt, ſed in cerebro illius Belgæ: legantur Synaxaria Græca: Legatur

ſur Martyrologium Romanum. Nullibi *centum Martyres* apparent.

Ad *Agnetem* venio, quæ in tabulis quidem Capponianis non extat, ſed in Faſtis Græcomoſchis depicta eſt ad hanc diem 14. Jan. cum epigraphe, *Martyr Agne*. Gulcinius *in Inſcriptiones Ephemeridum Moſcoviticarum quæ ſunt apud Papebrochium* pag. 83. illam differt ad diem ſequentem. Papebrochius recte quidem eam ponit ad hanc diem; ſed quænam ſit, fatetur ſe ignorare. „ M. Agne [inquit] ſit ne hæc Romana Martyr „ Agnes, quam Latini xxi. Januarii, Græci autem v. Junii „ [imo, *Julii*] colunt; an indigena aliqua *Mater Agne*, ne„ queo definire. Crux, quam manu tenet Imago, etſi plerum„ que Martyribus addatur, additur tamen etiam multis aliis, „ ut inde certi nihil haberi poſſit „. Hæc ille. At ſi Menæa conſoluiſſet, vidiſſet utique ad hanc ipſam diem 14. Jan. a Græcis coli *S. Agnetem*, his verbis. *Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἡ ἁγία μάρτυς Ἁγνὴ, ἐν σκοτεινῇ φρουρᾷ βληθεῖσα τελεῖται*. *Eodem die ſancta Martyr Agne, in tenebroſum carcerem conjecta finitur*. Subjunguntur duo Jambici:

> *Ἁγνὴν ἄναγνοι θέντες εἰς οἶκον σκότους,*
> *Πάμφωτον αὐτῇ προὐξένησαν οἰκίαν.*

Agnem [ideſt, Puram] *impuri mittentes in tenebrarum domum Lucidiſſimam ipſi compararunt habitationem*.

Alluditur ad illud S. Agnetis Romanæ Virginis & Martyris factum, quod in ejus encomio incertus auctor, qui ſub nomine S. Ambroſii circumfertur, narrat cap. 2. „ Ad hæc inſanus Ju„ dex juſſit eam exſpoliari, & nudam ad lupanar duci ſub vo„ ce præconis dicentis, Agnen virginem ſacrilegam, diis blaſ„ phemiam inferentem, ſcortum lupanaribus datam. Statim „ autem ut exſpoliata eſt, crine reſoluto, tantam denſitatem „ capillis ejus divina gratia conceſſit, ut melius videretur eo„ rum fimbriis, quam veſtibus tecta. Ingreſſa autem turpitu„ dinis locum, Angelum Domini illic præparatum invenit, ut „ circumdaret eam immenſo lumine, ita ut nullus poſſet eam „ præ ſplendore nec contingere nec videre. Fulgebat enim to„ ta cella illa, quaſi radians ſol in virtute ſua: & quanto quis „ curioſior oculis eſſe voluiſſet, tanto ſibi viſus acies obtunde„ batur „. Hujus igitur miraculi commemoratio agitur hac die 14. Jan. apud Moſchos, & apud Græcos, quamquam in ti-

tulo male ſubjungitur, ἐν σκοτεινῇ φρουρᾷ βληθεῖσα τελειοῦται; non enim ibi finem vitæ accepit S. Agnes; ſed velut ſol in tenebroſo & impuro illo loco reſplenduit. Quod autem de S. Agnete Romana, non de alia, agatur, comprobat aliud ſimile diſtichon ad 21. Januarii in iiſdem Menæis, cum prolixo elogio, quo & Romana dicitur, & ejus Acta Latinis fere conſonant. Ita autem habet diſtichon.

Ἁγνὴν οἱ λάγνοι θέντες εἰς οἶκον σκότους,
Πάμφωτον αὐτῇ προξένησαν οἰκίαν·
Agnen [Puram] *laſcivi mittentes in tenebrarum domum,*
Lucidiſſimam ipſi compararunt habitationem.

Ejuſdem S. Agnetis, Virginum & Martyrum nobiliſſimæ, commemorationem agunt Græci etiam ad 5. Julii, ubi idem diſtichon tertio repetitur, & Martyrium in Synaxario narratur: ita ut eandem Virginem ter colant: primo ad 14. Jan. ſecundo ad 21. ejuſdem, tertio ad 5. Julii. In hoc autem Græci a Latinis differunt, quod Acta Latina Agnetem aſſerunt extincto igne, in quem projecta fuerat, gladio fuiſſe peremptam: „ Quumque „ compleſſet orationem [verba ſunt Latini auctoris, falſo no„ men ſibi S. Ambroſii attribuentis] ita omnis ignis extinctus „ eſt, ut nec tepor quidem incendii remaneret. Tunc Aſpa„ ſius, urbis Romæ Vicarius, populi ſeditionem non ferens, „ in guttur ejus gladium mergi præcepit. Atque hoc exitu, „ roſeo ſui ſanguinis rubore perfuſam, Chriſtus ſibi ſponſam & „ Martyrem conſecravit „: Eadem ſanctus Ambroſius. Acta vero Græca eam habent in igne obiiſſe: „ Quumque ingens „ [Menæa ad 21. Jan.] excitatus rogus eſſet, ſancta ſeipſam „ conſignans, in medium flammarum intrepide ingreſſa eſt: „ quumque ore peregiſſet preces, relicto corpore, migravit ad „ Chriſtum. Flammis deinde reſidentibus, Chriſtiani quidam „ clam venerandas ejus reliquias colligentes, honorifice condi„ derunt, Deum laudibus celebrantes „. Et ad 5. Julii in Menæis. *διὸ πυρὶ παραδοθεῖσα, ἐν αὐτῷ τῷ Θεῷ τὸ πνεῦμα παρέδωκε.* „ Quamobrem igni tradita, in ipſo Deo tradidit ſpiri„ tum „: Idipſum in Menol. Baſil. ad 5. Jul. tom. 3. pag. 153. quo dumtaxat die ſanctæ Agnetis commemoratio peragitur: „ Quod audiens Præfectus, illam ad ſe accerſitam oravit, ut „ mortuum ſuſcitaret: Sancta itaque orante, extemplo defun„ ctus revixit. Ratus autem Præfectus malefica arte illam id „ effe-

„ effeciſſe, flammis cremandam tradidit „. Græcis conſonant Acta Syriaca, quæ ex vetuſtiſſimo Codice Nitrienſi I. Latine vertit ediditque meus ex ſorore nepos Stephanus Evodius Archiepiſcopus Apameæ inter Acta Martyrum Occidentalium Tom. 2. pag. 159. Cur autem Græci eandem ſanctam Agnetem ter colant, ſi quæras, hanc fuiſſe cauſam conjicio, quia die quidem 14. Jan., ut modo dicebam, miraculum illud recolunt, quod ipſa in lupanar conjecta contigit; die vero 21. ejuſdem menſis, quia is fuit ſanctæ Virginis & Martyris emortualis, ſicuti etiam Syriaca Acta teſtantur; die autem 5. Julii, vel propter factam Reliquiarum ejus translationem, aut propter dedicatam ei in urbe Conſtantinopolitana ſacram ædem. Nam Theodorus Lector lib. 2. ſub finem: „ Sub illius, inquit, ideſt Theo„ doſii junioris, imperio depoſitæ ſunt Reliquiæ ſanctorum Ste„ phani, Laurentii, & Agnes, in Martyrio ſancti Laurentii, „ vigeſima prima Septembris, & celebratur iſtic hactenus eo „ die ipſorum memoria „. Porro illud ſancti Laurentii Martyrium exſtruxit Pulcheria Auguſta, ut ſcribit idem Theodorus Lector lib. 1. pag. 161. Theophanes pag. 91. & Codinus pag. 48. & quamvis Theodorus dicat, memoriam ſanctorum Stephani, Laurentii, & Agnes ibi peragi ſolitam uſque ad ſuam ætatem die 21. Septembris; videtur tamen eadem celebritas ad 5. Julii tum translata, quum ædem illam ſancti Laurentii, in Pulcherianis dictam, jam collapſam reſtituit Baſilius Macedo, ut auctor eſt Porphyrogenitus in Avi vita c. 62. atque inde factum puto, ut in Menologio ſub Baſilio Porphyrogeniti ipſius nepote edito, ad eandem diem 5. Julii ſanctæ Agnetis memoria dumtaxat celebrari cœperit. Cæterum ad 21. Septembris, ſeu 27. [uti Latinus habet interpres] neque in Baſiliano Menologio, neque in Menæis Græcis ullum extat ſanctorum Stephani, Laurentii, & Agnetis veſtigium. Hoc tantum in Menæis legitur ad 15. Septembris: ἡ εὕρεσις τῶ λειψάνω ἁγίω Πρωτομάρτυρος Στεφάνω, *Inventio Reliquiarum S. Protomartyris Stephani*, ſine Synaxario. Sed neque mirum, eandem in Græcis Menæis Agnetem ſæpius celebrari: nam & Latini bis feſtum ejus peragunt, die ſcil. 21. & 28. Januarii: quorum primus dies in antiquis Sacramentariis de paſſione inſcribitur, ſecundus de nativitate: & quamquam in ſecundo non niſi de oſtenſa cælitus viſione hodie agitur; eum tamen diem natalem, ſeu nativitatem carna-

Digitized by Google

lem ſanctæ Agnetis fuiſſe, recte demonſtrat cl. Mazochius in notis ad 21. Januarii, quem vide.

XV.

Paulus.

Joannes Calybita.

Codex ſecundus Vaticanus Ruthenicus: *Paulus Thebæus. Joannes Calybita*. Codex primus vacat. Poſſevinus in Kalendario Ruthenico: *S. Patris Pauli*, dumtaxat. Kalend. Moſcovit. *Prepodob. Paula*, *S. Pauli*. Faſti Græcomoſchi Papebrochiani: *Paulus*, *Joannes*: quibus Culcinius præmittit, *Martyr Agnes*; ſed, ut ſupra oſtenſum eſt, hæc pertinet ad diem proxime antecedentem; qua die etiam Græci S. Agnetem Virginem Romanam colunt: quamobrem eidem Culcinio ſcrupulus eſt eximendus, qui miratur, S. Agnetem ad hanc (ſeu potius, ad illam) diem commemorari: „ cur, inquit Par. 2. pag. 70. „ poſuerit hac die Pictor in tabulis figuratis S. Agnetem Romanam Martyrem, prorſus cauſam ignoro. Cæterum ejus memoriam reperio in meis libris die 5. Julii, & dico eandem non eſſe Ruthenam „. Menologium Baſilianum hoc die 15. Jan. *Dormitio S. P. N. Pauli Thebæi*. Depictus eſt S. Paulus junctis ad pectus manibus jacens mortuus, & ad ejus pedes S. Antonius provolutus. Subjungitur pag. 109. *Eodem die commemoratio S. P. N. Joannis Calybitæ, qui aureum Evangelium habebat*. Pictura repræſentat eum ſtantem, habitu monaſtico indutum, dextera ad pectus expanſa, ſiniſtra manu Codicem aureum evangeliorum clauſum geſtantem. Dicitur autem, Conſtantinopoli Eutropio Patricio ac Theodora natus, quum puer eſſet, rogaſſe parentes, ut, quando ceteri condiſcipuli Evangelia haberent, curarent etiam ſibi eum librum: quem quum parentes, auro gemmiſque ornatum, quingentorum aureorum pretio comparaſſent, Joannes relicta doctrinarum ſchola, cum quodam monacho monaſterium Acœmetarum, inſciis parentibus, adiit, ibique monaſticum inſtitutum amplexus, quum ſummo parentes videndi deſiderio, ſibi a Diabolo injecto, flagraret, re cum cœnobii præfecto communicata, inviſit quidem domum & parentes; ſed extra januam ſibi tugurium, καλύβην Græci vocant, unde ei *Calybitæ* cognomentum) ibi ut mendicus manſit uſque ad obitum: tum vero ex aureo, quem geſtabat, Evangeliorum libro cognitus eſt. Hoc ipſum narratur in Menæis, ubi hic Sy-

náxario

naxario titulus præfigitur: *μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου, τοῦ διὰ Χριστὸν πτωχοῦ, ὃς καὶ Καλυβίτης ὠνομάσθη*: *commemoratio S. P. N. Joannis propter Chriſtum pauperis, qui & Calybita eſt appellatus*. Ibidem de S. Paulo Thebæo Synaxarium Baſiliano ſimillimum, hoc titulo prænotatum: *μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Παύλου τοῦ Θηβαίου*. In Faſtis figuratis Græcomoſchis depingitur S. Paulus ſtans nudo capite, barba prolixa, tunica ex palmæ foliis contexta indutus, expanſis manibus; Joannes vero Calybita, planeta undique clauſa, pendente e collo ad talos uſque ſtola cruce ſignata, ſiniſtra manu Evangelii Codicem gemmis ornatum tenens, dextera benedicens. Martyrologium Romanum de S. Joanne Calybita hæc habet ad diem 15. hujus.

„ Romæ S. Joannis Calybitæ, qui aliquandiu in angulo domus „ paternæ, deinde in tugurio in inſula Tiberina ignotus paren„ tibus habitavit: a quibus in morte agnitus, clarus miraculis, „ in eodem loco ſepultus eſt: ubi poſtea in ejus honorem Eccle„ ſia conſtructa fuit. *Baronius in notis*: Græci etiam de eo„ dem hac die in Menologio. Habet ejus Acta Metaphraſtes, „ quæ recitat Lipomanus tom. 7. & Surius tom. 1. Legimus alia „ manuſcripta ab illis paulo diverſa. De eo meminit Nicepho„ rus hiſt. lib. 15. cap. 23. Claruit, ſecundum eundem aucto„ rem, Leonis Imperatoris temporibus, licet manuſcripta ſub „ Theodoſio eum vixiſſe dicant. Extat pervetuſta, ac nobilis „ memoria ejuſdem Romæ in inſula Tiberina, de qua hic men„ tio habetur.

Hæc Baronius. Quoad ætatem Joannis Calybitæ, leviſſimum eſt diſcrimen inter Nicephorum, qui ait eum claruiſſe temporibus Leonis Imperatoris, & inter Acta manuſcripta Baronio laudata, in quibus dicitur ſub Theodoſio vixiſſe: nimirum Juniore, qui paucis ante Leonis Imperium annis, e vivis ſublatus eſt. Extant Acta Joannis Calybitæ Græce quidem, auctore Incerto, qui ſe Synchronum profitetur: Initium: *Βίον καλὸν, ἀδελφοί μου, βούλομαι διηγήσασθαι*: In alio Codice incipiunt: *Βίον καὶ ἅγιον καὶ ἀμόλυντον καὶ ἐνάρετον ἀνδρὸς δικαίου βούλομαι διηγήσασθαι*: apud Lambec. tom. 8. pag. 228. 395. Latine vero ſub Metaphraſtæ nomine apud Bollandum tom. 1. Jan. pag. 1035. Initium: *viri juſti & perfecti vitam*. Eadem Græce, initium, *βίον καλὸν καὶ ἐνάρετον καὶ ἄμωμον*, in MS. Code Bibliothecæ Coiſlinianæ pag. 196. Alia Latine, initium: *Res eſt*

ſane

ſane tyrannica parentum amor, ex Græco Codice Vaticano apud Bollandum 15. Jan. pag. 1031. qui hæc poſtrema Acta cæteris anteponit. Quod vero ad patriam ſpectat, ex Actis conſtat, non Romæ, ſed Conſtantinopoli natum Joannem, ibique monachum in cœnobio Accemetarum factum, demum in tugurio ibidem juxta parentum ædes obiiſſe. Qui Romam pro Conſtantinopoli ponunt, Romæ novæ nomine decepti, ad veterem Romam traducunt quæ de nova, ideſt Conſtantinopoli, dicuntur. Hinc Bollandus ad 15. Jan. pag. 1029. §. 2. „ Sæpius in „ Martyrologiis uſuvenit, ut quo loco ſancti cujuſpiam extant „ Reliquiæ, ei ita tribuatur, quaſi vitam iſthic degerit, aut „ martyrium ſubierit. Ita 22. Jan. *Romæ ad Aquas Salvias* „ *S. Anaſtaſii Perſæ* &c. & 31. *Romæ via Portuenſi SS. Martyrum Cyri & Joannis, qui poſt multa tormenta pro confeſſione Chriſti capite truncati ſunt*. Quum ille in Perſide (*a*) paſſus ſit; hi in Ægypto. Idem S. Joanni Calybitæ accidit; cui poſita Romæ ædes, Reliquiis eo allatis, quibuſdam perſuaſit, eum Romæ habitaſſe. Quamquam edita a Lipomano „ Acta, *in urbe Roma* natum habent; at quis eſt in hiſtoriis vel „ mediocriter verſatus, qui neſciat Conſtantinopolim *novam* „ *Romam*, & *ſecundam Romam* eſſe appellatam? Papebrochius ad Januarium Græcum metricum. Hujus (Joannis Calybitæ) pervetuſta memoria extat Romæ in inſula Tiberina, „ quin & corpus ibidem haberi creditur. Hinc vulgari errori „ (cum quo etiam Baronius hodierno Romano ipſum inſcripſit) „ data occaſio, ejus hiſtoriam, primo Græce deſcriptam, quam „ ſuo etiam tempore daturi Græcam ſumus, veteri Romæ ipſam „ adſcribendi; quum ex ipſamet evidentiſſime liqueat, eam „ *novæ Romæ*, ideſt, Conſtantinopoli, totam deberi, ubi natus fuit, & aliquandiu monachum inter Acœmetas profeſſus; „ denique a longinqua peregrinatione redux, paternæ domus angulum ignotus incoluit. Unde fit, ut nec minimum „ quidem veſtigium *Joannis* iſtius in ullis antiquis Latinæ Eccleſiæ Martyrologiis inveniatur: & veroſimile ſit, eodem tempore, quo Veſontionem in Burgundiam caput, Romam quoque allatum fuiſſe corpus, ideſt poſt captam anno 1204. a Latinis Conſtantinopolim „. Idem qui *Calybita*, ab eo quod inhabitavit tuguriolo, etiam ὁ διὰ Χριστὸν πτωχὸς, *propter Chriſtum*

a Imo, in *Palæſtina*. Vide Acta.

Digitized by Google

ſtum pauper, cognominatus. Hæc Papebrochius: qui addere poterat, & aliud, quo maxime apud Orientales ornatur, cognomen, *ὃ ἦν τὸ χρυσοῦν* Εὐαγγέλιον, *Qui aureum Evangelium habebat*. At longinquam Calybitæ peregrinationem, quam idem Papebrochius ait S. Calybitam ſuſcepiſſe, non habent Acta Græca genuina, neque Latina interpolata; ſed ex Actis S. Alexii videtur huc intruſa primum a Carthuſianis Colonienſibus in addit. ad Uſuardum 27. Febr. iis verbis: *qui quum in omni ſanctitate annis ſeptem in monaſterio ſtetiſſet, Romam rediit*; deinde a Baronio in Martyrologio anni 1584. ex Caniſio; *Romæ S. Joannis Calybitæ, qui Hieroſolymam peregrinatus, diu poſt inde rediens, in tugurio juxta domum paternam delituit*. Cætera. Anſam viris doctis errandi præbuere, non bene intellecta eadem Calybitæ Acta, in quibus dicitur „ monachus quidam Accemeta, divino incenſus Hieroſolymam videndi deſiderio, negotii cujuſpiam gratia, Conſtantinopolim ingreſſus, juxta Eutropii, patris Calybitæ palatium, hoſpitatus, a Joanne interrogatus, cur & unde veniſſet, & quid in eo Accemetarum monaſterio ageretur, ab eodem Joanne fuiſſe jurejurando obſtrictus, ut Hieroſolymis redux, nequaquam ſe præteriret, ſed ſecum clam ad illud monaſterium aſſumeret „. Calybitæ itaque tribuerunt eam peregrinationem, quam monachus ille ſuſceperat, antequam cum eo ad Accemetas pergeret. Altera præterea fuit ejuſmodi allucinationis cauſa: nimirum, quia in iiſdem Actis legitur, Calybitam unacum illo monacho, e paternis ædibus ad litus abiiſſe, & nave conſcenſa, ac ſecundo uſum vento, ad monaſterium evolaſſe: hinc enim exiſtimarunt, eum e patria (quam Romam veterem perperam dicunt) in longinquas regiones navigaſſe, ac poſtea Romam rediiſſe, exactis in remoto illo monaſterio ſeptem annis. At falluntur: nam navigatio illa non alium in locum fuit, quam ex ipſa urbe Conſtantinopolitana, ubi erat Eutropii patris palatium, in ipſas Boſpori fauces, LX. ſtadiis Conſtantinopoli diſſitas, in locum qui *γομὼν* dicebatur, & *εἰρηναῖον*, quod pacem iſtic quietemque ſibi nacti monachi Accemetæ viderentur, procul ſtrepitu populi, & iis turbis, quæ in urbe excitabantur: e regione enim ejuſdem Accemetarum monaſterii, ut in vita S. Marcelli ad 29. Decemb. dicitur, jacet in Thracio litore *Soſthenium*, de quo Petrus Gyllius lib. 2. Boſpori Thracii cap. 14. & alii. Hinc emendandum, quod in Faſtis

Maria-

Digitized by Google

Marianis ſcripſit Brunnerus, Joannem in *Syria* monachum egiſſe; quodque in Gallico Martyrol. Leodii excuſo, *Hieroſolymis* habitaſſe: quod demum in Romano hodierno, & apud alios aſſeritur, *Romæ in inſula Tiberina* delituiſſe. In illo vero Acœmetarum monaſterio commoratum Calybitam, præter Acta Græca & Latina, teſtatur Nicephorus lib. 15. cap. 23. *Studius quidam vir præclarus Roma Conſtantinopolim venit, & divo Præcurſori templum erexit, in quod monachos ex monaſterio Acœmetarum induxit, quod diviniſſimus Marcellus exſtruxerat, in quo perpetui hymni Deo canerentur, ſodalitate monachorum in tres cœtus diviſa. In ea mandra Joannes quoque Calybita monachicis diſciplinis inſtitutus eſt.* Poſtremo, quod in vita ejuſdem Calybitæ dicitur, eo ſcilicet ad ſuperos evolante, Templum ibidem a parentibus exſtructum fuiſſe; id Cedrenus confirmat in hiſtoriarum compendio ad annum Leonis Imperatoris quintum, qui erat Chriſti 461., de incendio loquens, quod etiam in vita S. Marciani narratur: ubi hæc de eo Templo ſcribit: κατὰ μὲν γὰρ ἀνατολὰς ἀπὸ τῦ νεωρίυ ἐπεκτεινόμενος μέχρι τῦ ἁγίυ Ἰωάννυ τῦ πτωχῦ πρὸς δύσιν: *Ad ortum a navali profectum* (incendium) *uſque ad ædem Joannis Pauperis, quæ eſt ad occaſum*: Quæ aliis verbis refert Zonaras pag. 41. εἰς μῆκος δὲ διεξῆλθεν ἀπὸ τῦ Βοσπόρυ μέχρι τῦ ναῦ ἁγίυ Ἰωάννυ τῦ Καλυβίτυ; *In longitudinem a Boſporo verſus ædem S. Joannis Calybitæ.* Cangius in Conſtantinop. Chriſtiana lib. 4. de ædibus Sacris Sanctis Martyribus, Confeſſoribus &c. dicatis cap. 6. p. 126. num. 51. de Templo S. Joannis Calybitæ: „ excitatum porro „ Templum in tugurio ubi ſepultus fuerat, ut eſt in Joannis „ vita: ſed poſtmodum illius corpus Romam translatum vi„ detur, ex inſcriptione, quæ legitur in Xenodochio juxta „ Pontem Inſulæ Tiberinæ, ubi extat etiamnum Eccleſia S. Jo„ annis Calybitæ nomen præferens, a Formoſo Papa, qui ſub „ ann. 896. exceſſit, exſtructa: *Hic requieſcunt corpora San„ ctorum Martyrum Hippolyti, Taurini, Herculiani, atque „ Joannis Calybitis. Formoſus Epiſcopus condidit.* Unde con„ ficitur Joannis Corpus Romam translatum ante ortam Icono„ machorum hæreſim imperante Leone Iſauro ſub annum 706. „ quod velle videntur viri docti „. Addit de capite ejuſdem Sancti Veſontione ſervato in Eccleſia S. Stephani: „ capſæ æreæ, „ quæ caput includit, inſcripti Græci verſus bini, qui expila-

„ tas

„ tas Divi Reliquias videntur innuere, avulſum que a corpore „ caput per manum prophanam, a pia rurſum Joannis alterius „ manu demum colligatum, ſeu thecæ incluſum.

Χεὶρ μὲν βέβηλος τιμίαν συνθλᾷ κάραν,
Ἀλλ' εὐσεβὴς χεὶρ Ἰωάννου συνδέει.

Nimirum, ante Formoſi Papæ tempora, corpus Romam delatum fuerat, capite Conſtantinopoli remanente: capta autem a Francis anno 1204. Conſtantinopoli, Veſontionem caput delatum eſt.

Ad S. Paulum Eremitarum principem venio. Hunc Græci & Ruſſi ad 15. Jan. colunt. Martyrol. Rom. Beda, Uſuardus, & alii, ad x. ejuſdem menſis: ſed propter octavam Epiphaniæ, in Romano quidem hodierno, rejicitur ad 15. diem; ad vigeſimam autem nonam Januarii in Martyrologio Prædicatorum, Breviario Eborenſi, & Romano Pauli III. auctoritate edito. Kalendarium marmoreum Neapolitanum ad xix. Januarii: *N. S. Pauli Heremite*: ideſt, *Natale S. Pauli Eremitæ*. Ubi cl. Mazzochius pag. 16. „ eodem die colitur in Eccleſia Tornacenſi in „ Belgio cum officio Duplici, teſte Bollando ad hunc diem „ pag. 212. At alibi paſſim die xv. Januarii, etiam in Menol. „ Baſilii, ubi xv. Januarii legitur, *ἡ κοίμησις τοῦ ὁσίου πατρὸς* „ *ἡμῶν Παύλου τοῦ Θηβαίου*: *Dormitio S. P. N. Pauli Thebæi*. „ In Anthologio eodem die cum Jo: Calybita jungitur. Beda „ genuinus eodem die xv. ejus texit elogium, & poſt Bedam „ ceteri Martyrologi. At Caſtellanus ad x. Jan. pag. 157. te„ ſtatur, in magna Occidentalium Eccleſiarum parte, quæ ad„ huc utantur ſuis Breviariis, ejus memoriam die x. Januarii „ recurrere „ Et jure quidem meritoque: nam Martyrologia Hieronymiana, & Uſuardina, non ad xv. ſed ad x. Januarii ponunt S. Pauli Eremitæ celebritatem. Errore typographi factum puto, ut in obſervationibus Italicis cl. Sabbatini de Amphora in vetuſtum Kalendarium Neapolitanum ad 19. Jan. pag. 129. hæc legantur: *Ejus feſtum in aliquot Martyrologiis notatum legitur ad x. Januarii. Latini & Græci ad* 14. *ejuſdem menſis illud colunt*. Imo, *in omnibus Martyrologiis colitur S. Paulus ad x. Jan. Græci autem & Latini* (propter octavam Epiphaniæ, ut dictum eſt) *de eo agunt*, non die 14. ſed xv. ejuſdem menſis. Porro *S. Pauli*, primi Eremitæ, *vita a S. Hieronymo* conſcripta, exſtat inter ejuſdem opera, & apud Bollandum ad x. Januar.

Digitized by Google

pag. 604. Initium: *Inter multos ſæpe dubitatum eſt*. Hujus meminit idem Hieronymus in lib. de Script. Eccl. cap. 135. & in Chronico ad ann. 19. Conſtantii, & epiſt. 21. ad Paulum Concordienſem: meminere præterea Paulinus in Prologo vitæ ſancti Ambroſii, & Gelaſius Papa cap. *Sancta Romana Eccleſia*, diſt. 15. his verbis: „ Vitas Patrum, Pauli, Antonii, Hilario„ nis, & omnium Eremitarum, quas tamen vir beatus ſcripſit „ Hieronymus, cum omni honore ſuſcipimus „. In Græcam linguam converſa, incipit. ἐν πολλοῖς πολλάκις κίνησις. Alia Græca vita e Græco Codice Bavarico verſa Latine exhibetur a Bollando ad x. Jan. pag. 603. Initium: „ Vixit B. Paulus Decii „ & Valeriani perſecutorum temporibus, ortus in Ægypto ex „ inferiore Thebaide, ea tempeſtate, qua Romæ Martyrium „ ſubiit Cornelius in urbe Cypri. Excitata vero a prædictis ty„ rannis perſecutione, multas tentationes Chriſtiani ſuſtinue„ re, omneſque pro Chriſti nomine ultro cervices offerebant „. Auctor ſibi a S. Antonio quædam narrata meminit: Sic enim de S. Antonio: „ Quum vixiſſet iſtic [Paulus] annos ſeptua„ ginta ſex, in alia eremo ſe ſe Antonius exercebat. Quum „ igitur ejus animo ſubiiſſet, ut ipſemet mihi narravit, nemi„ nem alium in interiori ſolitudine commorari. *Cætera*. Hinc „ patet, inquit Bollandus, hanc vitam ante Hieronymianam „ eſſe ſcriptam. Ex hac illud hauſit Hieronymus; ut ipſe aſſe„ rere ſolebat „: & pag. 603. num. 6. *Amathas fortaſſis*, *aut Macarius*, *aliuſve Antonii diſcipulus*, *hanc ſcripſerit*. Ego vero potius exiſtimo, ex Hieronymiana Pauli vita, jam ut vidimus in Græcam linguam verſa Græciſque notiſſima, Græcum hunc Auctorem ſua hauſiſſe, & illud Hieronymi de S. Antonio, *ut ipſemet aſſerere ſolebat*, ab eodem Græco fuiſſe perperam redditum, *ut ipſemet mihi narravit*: ſolent enim Græci in vitis Sanctorum, ſeipſos aſſerere *paſſioni Martyrum interfuiſſe*, *cum iis colloquutos*, *ab iis accepiſſe hoc & illud*, nimirum, ut narrationi ſuæ fidem concilient, quemadmodum Papebrochius & alii frequenter obſervant. Cæterum id, quod ego de hac Græca vita S. Pauli affirmo, ipſemet Græcus auctor, volens nolens confirmat, dum in exordio hæc habet: „ Vixit B. Paulus De„ cii & Valeriani perſecutorum temporibus, ortus in Ægypto „ ex inferiore Thebaide, ea tempeſtate, qua Romæ Martyrium „ ſubiit Cornelius in urbe Cypri „. Hæc enim ſunt verbatim ex

Digitized by Google

ex Hieronymo deſumta, & a Græculo turpiſſime vitiata. Hieronymus cap. 1. ſic ſcribit: „ Sub Decio & Valeriano perſecu-
„ toribus, quo tempore Cornelius Romæ, Cyprianus Cartha-
„ gine, felici cruore damnati ſunt, multas apud Ægyptum &
„ Thebaidam Eccleſias tempeſtas ſæva populata eſt. *Et poſt*
„ *pauca*. Per idem ergo tempus, quo talia gerebantur, apud
„ inferiorem Thebaidem, cum ſorore jam viro tradita, poſt
„ mortem amborum parentum, in hæreditate locupleti Paulus
„ relictus eſt, annorum circiter quindecim „. Quum Hieronymianam vitam in epitomen redigere vellet Græcus Auctor, de Cypriani autem Martyrio parum edoctus eſſet, perperam ſcripſit: *ea tempeſtate Paulum natum, qua Romæ Martyrium ſubiit Cornelius, in urbe Cypri*. Si Romæ, quomodo in urbe Cypri? At allucinatio eſt manifeſta: Scribere debuerat, uti eſt apud Hieronymum: *qua Romæ Martyrium ſubiit Cornelius, Carthagine Cyprianus*. Non enim Bollandum, virum cæteroqui doctiſſimum, moror, qui pag. 694. in not. ad hunc Græci Auctoris locum ait: „ haud ſatis aſſequimur, quid hæc ſibi velint. Græ-
„ ce eſt, ἐν τῇ πόλει κύπρυ. An de Cypriani morte ſcripſit
„ auctor, ſed vitiavit librarius? an potius in Cypro urbe infe-
„ rioris Thebaidis natus eſt Paulus? Certe notitia Imperii ſub
„ diſpoſitione Comitis rei militaris per Ægyptum, habet oppi-
„ dum (*a*) Cefro „. Non, inquam, hæc moror. Res plana eſt. Aut ſcripſit Auctor Græcus, *Carthagine Cyprianus*; aut ſi ſcripſit, *in urbe Cypri*, turpiter erravit. Cæterum ſua illum omnia ex Hieronymo deſumſiſſe, tum liquet aliis Pauli factis quæ ſequuntur; tum potiſſimum ex hoc exordio, in quo fit mentio Martyrii *S. Cornelii Papæ Romæ* ſub Decio & Valeriano: nam Græcus homo non Romanum Pontificem, ſed alios Ægyptios, vel Syros, aut Græcos Martyres commemoraſſet, in Deciana perſecutione paſſos. Tertia Græca S. Pauli vita laudatur a Lambecio tom. 8. pag. 340. Initium: ϗ ζωγράφοις μὲν ἀρχετύπων ἐκεῖνα πρὸς μίμησιν: ubi Prologus, & cap. 1. auctor non diu poſt vixiſſe ſe teſtatur. Poſtremo vitam ſancti Pauli a Metaphraſte ſcriptam Græce habuit Roſweidus. Vide Gudii epiſtolas pag. 278.

a *Ceſro*. Ægyptii hodieque, *Cebr* شبر oppidum ſeu vicum appellant, cui olim nomen πίσπιρ, *Piſper* apud Pallad. cap. 25. in Apophthegm. num. 44. Ibi natum ſanctum Antonium volunt.

Digitized by Google

XVI.

EGRESSIO EX CARCERE (*ideſt*, S. PETRI APOSTOLI.)

Codex primus Vaticanus Ruthenicus: *Vincula S. Petri Apoſtoli*. Secundus una cum noſtro Slavico: *Adoratio Catenæ Petri Apoſtoli*. Poſſevinus: *S. Apoſtoli Petri*. Kalend. Moſcovit. *Ap. Petra verig. Apoſtoli Petri vincula*. Faſti Græcomoſchi Papebrochiani: *Adoratio Sacrarum Catenarum Apoſtoli Petri*. Culcinius Par. I. pag. 71. ad XVI. hujus. *Titulus feſti hodierni ſic debet emendari: Poklonenie Czeſtnych Weryh Apoſtola Petra*: hoc eſt: *Adoratio Venerabilium Catenarum Apoſtoli Petri*. Kalendarium Ruſſicum: *Apoſtola Petra verig. Apoſtoli Petri Catenæ*. In Tabulis Capponianis Pictura repræſentat, S. Petrum e carcere ab Angelo Michaële liberatum: epigraphe, *Egreſſio ex carcere*: ad caput Angeli: Αρ. Μιχαὴλ, *Archangelus Michaël*. Tabella quoque Papebrochiana exhibet, Petrum in carcere, apprehenſa ejus dextera ab Angelo, læva haſtam cruce ſignatam tenente, liberatum, duobus cuſtodibus in angulo dormientibus. Menologium Baſilianum ad hanc diem pagin. III. „ Adoratio ſanctæ catenæ ſancti Apoſtoli Petri, qua propter „ Chriſtum ab Herode Rege vinctus fuit, & in cuſtodiam con„ jectus „. In Synaxario recitata ex Actibus Apoſtolorum hiſtoria, hæc de catenis S. Petri ſubjunguntur. „ Catenæ vero „ a quibuſdam fidelibus inventæ, & propter ſanctum Petrum „ in honore habitæ, per manus ad poſteros ſervatæ ſunt: ac po„ ſtremo Conſtantinopolim a religioſis Imperatoribus allatæ, in „ Templo S. Petri apud ædem ſanctæ Sophiæ repoſitæ ſunt: un„ de ad hanc uſque diem a Chriſtianis in honorem Petri Apo„ ſtoli coluntur, & in ſumma veneratione habentur „. Pictura refert, ante Aram principem Templi ſancti Petri impoſitas ſuper tabulam ornatam Catenas, ab Epiſcopo caput profunde inclinante, adorari. Menæa in Synaxario ad eandem diem XVI. Jan. ἡ προσκύνησις τῆς τιμίας ἁλύσεως τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Πέτρου. *Adoratio venerandæ catenæ S. Apoſtoli Petri*. Synaxarium circa finem. Λυθεῖσαν δὲ ταύτην, ἐξ ἐπιφανείας Ἀγγέλου, τινὲς τῶν πιστῶν εὑρόντες, κατὰ διαδοχὴν διεφύλαξαν. ἥτις ὕστερον παρὰ τῶν εὐσεβῶν, εἰς Κωνσταντινούπολιν ἀνεκομίσθη, καὶ κατετέθη ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Πέτρου, τῷ ὄντι ἔνδον τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας, ἔνθα καὶ ἡ σύναξις αὐτοῦ τελεῖται: *Solutam hanc autem ex Angeli revelatione quidam fideles invenientes, per manus ad poſteros ſerva-*

Digitized by Google

ſervarunt: quæ poſtremo a religioſis (*a*) *Conſtantinopolim tranſlata, in templo S. Petri, quod intra magnam Eccleſiam eſt, depoſita fuit: ibique celebritas ejuſdem colitur*. Papebrochius ad Januarium Moſcorum figuratum: „ Imago ipſa loquitur „ quid ſibi velint Moſcovitica verba deſuper notata. Interpres „ Belga ea ſic expreſſit: *Liberatio ex carcere* (*b*) *per Angelum*: ſed vereor, ne per conjecturam: ideoque malui ſignare... *Apoſtoli Petri*. Duo armati milites ante carcerem jacebant extenſi ut mortui, ſignificabantque duos quaterniones militum, quibus cuſtodiendum Petrum Herodes commiſerat. Situm eorum mutavit Pictor noſter, uti & circa „ S. Petrum nonnihil, qui videbatur non ex porta, vel oſtio, „ ſed ex ore furni educi „. Idem Papebrochius ad 16. Januarii Græcorum metrici.

Ad decimam ſextam venerabor vincula Petri.

Σειρὴν προσκυνέω Πέτρυ δεκάτῃ ἐνὶ ἕκτῃ.

„ Eudocia, Theodoſii junioris uxor, ſeculo Chriſtianæ æræ „ quinto, ex accepta Hieroſolymis Catena, partem Conſtantinopolim (*c*) detulit, partem Romam, ad filiam Eudoxiam „ miſit: quarum hæc ſimili quoque feſto Kalendis Auguſti celebrando occaſionem dedit, quum applicata alteri Catenæ, „ qua idem Apoſtolus Romæ fuerat in carcere Mamertino conſtrictus, ipſi mirabiliter inhæſiſſet. Iſta vero hodie ſollenniter monſtrabatur Conſtantinopoli „. Baronius in not. ad 1. Auguſti. „ Duabus catenis ſanctum Petrum vinctum eſſe Hieroſolymis, produnt Acta Apoſtolorum cap. 12. Harum altera ab Eudocia Auguſta Conſtantinopolim eſt delata, altera „ autem ab eadem Romam miſſa eſt ad Eudoxiam Auguſtam „ ejus filiam, Valentiniani Imper. conjugem. Utrobique autem „ feſta dies ſtatuta eſt. Extat de iiſdem encomium apud Lipom. tom. 7. & Sur. tom. 4. quod aliqui tribuunt Joanni Chryſoſtomo; ſed S. Procli potius eſſe videtur, vel S. Germani: „ nam temporibus Joannis Chryſoſtomi nondum prædictæ Catenæ erant repertæ, ut dicemus paulo inferius „. Anno nimirum Chriſti circiter 437. Nam Eudocia Hieroſolymam peregri-

---

a Forte, *Imperatoribus*; uti in Menol. Baſil.

b Egreſſio ex Carcere Apoſtoli Petri. Ita habet Inſcriptio: quam proinde Culcinius immerito mutavit.

c Imo, miſit. Nam ipſa Hieroſolymis manſit.

grinata eſt anno ſequenti a nuptiis Eudoxiæ filiæ, ut ſcribit Evagrius lib. 1. cap. 20. Factæ ſunt autem ipſæ nuptiæ (ut refert Socrates) Iſidoro & Senatore Coſs. anno Chriſti 436. vel ſequenti, ſi fidem habemus Marcellino, qui prædictas nuptias recenſet ſub Conſulatu Aëtii & Sigiſvulti. Græcus ſermo in venerationem Catenæ ſancti Petri, ſub Chryſoſtomi nomine editus, incipit: *ὅσοι τῆς τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων θείῳ ἔρωτι γενόμενοι.*

XVII.

ANTONIUS.

Uterque Codex Vaticanus Ruſſicus: *Antonius Magnus Abbas*. Noſter Slavicus: *S. P. N Beati Antonii Inſtitutoris Monachorum.* Poſſevinus: *Antonii*. Faſti Græcomoſchi: *Antonius*. Menologium Baſilianum: *Commemoratio S. P. N. Antonii Magni*. Depingitur mortuus, a duobus diſcipulis ſepulturæ mandatus, e regione ſui nominis monaſterii. Synaxarium duo de Antonio narrat, quæ falſa ſunt. „ Habuit, inquit, Inſtituti „ ſui multos diſcipulos, ſuarumque exercitationum ſucceſſo„ res, in quibus fuere Athanaſius Magnus, Paulus Thebæus, „ & Magnus Hilarion. Quumque annos nonaginta quinque vi„ xiſset, obiit, atque in ignoto loco a duobus diſcipulis ſuis „ ſepultus fuit „. Rectius ſcripſiſset, inter diſcipulos (a) Antonii fuere Macarius, Amathas, Paulus ſimplex, & magnus Hilarion: & circa ejus ætatem: *quum annos centum & quinque vixiſſet, obiit*. Ita ejus Acta habent: necnon Menæa; & Synaxarium: Ζήσας δὲ πρὸς τοῖς ἑκατὸν ἔτη πέντε, πρὸς κύριον ἐξεδήμησε. *τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σύναξις ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ. ὁ δὲ βίος αὐτοῦ συνεγράφη ὑπὸ τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου ἐπισκόπου* Ἀλεξανδρείας. *Quum autem centum & quinque fere annos vixiſſet, migravit ad Dominum. Agitur autem ejus celebritas in Sanctiſſima magna Eccleſia. Ipſius vero vita ſcripta eſt ab Athanaſio Magno, Alexandriæ Epiſcopo*. Papebrochius de pictura S. Antonii in Faſtis Græcomoſchis: „ nota crucem caputio impreſ„ ſam, & recordare S. Pachomii, de quo Palladius; *Fecit au„ tem eis*, monachis ſcilicet Tabenneſiotis a ſe inſtitutis, *cu„ cullas . . . quibus juſſit imponi figuram crucis purpureæ*: quod „ hodieque a Moſcis religioſe ſervari, probant eorum Hagiopty-

(a) Vide Bolland. ad 17. Jan. pag. 111. ubi diſcipulos S. Antonii recenſet.

Digitized by Google

„ ptycha, coloribus expreſsa, ſic ut caputia nigra, cruces
„ nunc in medio, nunc utroque in latere rubræ ſint. Non ita
„ ſculptor barbarus, ſed monachis quandoque alba caputia re-
„ liquit (fortaſſis non ſine cauſa nobis ignota) ſæpius etiam cru-
„ ces neglexit: noſter exemplum ſequi juſsus eſt; neque cauſa
„ uniformitatis, incertum an neceſsariæ, quidquam mutare „.
Baronius in not. ad 17. Jan. Tam Latini, quam Græci de Antonio agunt hac die. Eſt vetus memoria in Actis S. Euthymii, quæ fideliſſime ſcripſit Cyrillus monachus ante annos fere mille & ducentos, hac eadem die Sanctos illos monachos natalem diem S. Antonii celebrare conſueviſſe. Obiit diem humanæ vitæ anno 21. Conſtantii Imp. ut Hieronymus teſtatum reliquit in Chronico. Scripſit egregia illius Acta S. Athanaſius: quæ quidem Evagrius, non ille Ponticus Origeniſta, ſed qui poſtea præfuit Eccleſiæ Antiochenæ, in Latinum ſermonem convertit, ut auctor eſt S. Hieron. de Script. Eccl. in Evagrio. Præſtitit hoc ipſum idem Hieronymus poſtulante Pammachio, ut ipſe profitetur ad eundem ſcribens epiſt. 101. de optimo genere interpretandi, quam illam eſſe putamus, quæ habetur præ manibus: quumque (ut ipſe ait) in ea vertenda, more ſuo non verba verbis, ſed ſententias reddiderit ſententiis; inde fortaſſe factum eſt, ut Gelaſius Papa eum non tam vertiſſe, quam ſcripſiſſe Antonii vitam teſtetur, quum ait: *vitas* Patrum, Pauli, Antonii, Hilarionis, & omnium eremitarum, quas tamen vir beatiſſimus deſcripſit Hieronymus, cum omni honore ſuſcipimus. Prodiit hæc Latina S. Antonii vita, præter infinitas propemodum editiones, apud Bollandum ad 17. Jan. pag. 120. Græce incipit: *ἀγαθὴν ἅμιλλαν ἐνεςήσασθε*. Vide Tillemont. Tom. 7. pag. 101. Aliam S. Antonii vitam MS. Græce ſcriptam a Beliſario Donato, citat Cangius in Append. ad Gloſſarium Græcum. Clariſſimus Mazocchius ad XVII. hujus, illuſtrans Kalendarium Neapolitanum Marmoreum, in quo ita haberi aſſerit, *N̄T. S. Antonini Mon*, adnotationem iſtam apponit: „ In omnibus Græcorum Orienta-
„ lium & Latinorum Eccleſiaſticis libris hodie feſtum agitur
„ S. Antonii Magni, multorum monachorum Patris. Nec *An-*
„ *toninus* noſtri Marmorei Kalendarii alius a magno Antonio
„ eſt. Antonii & Antonini vocabula olim alternabant „. Cætera, eruditionis quidem plena; ſed, ut videtur, non neceſſaria. Nam ſi impreſſo Kalend. fides adhibenda eſt, non Antoninus,

Digitized by Google

ninus, ſed Antonius diſerte dicitur, ſic: *NT. S. Antoni Mon*: ideſt, *Natale S. Antonii Monachi*. Quo quid clarius? Interim non eſt omittendum, *S. Antonium hac die* 17. *Januarii* obiiſſe, id conſtare ex omnium Latinorum, Græcorum, Syrorum, & Ægyptiorum conſenſu: firmantque Acta S. Euthymii, ubi dicitur apud Bolland. ad 20. Jan. pag. 319. „ Tertio itaque „ die, qui eſt poſtea conſecutus, quum adveniſſet dies feſtus „ Divi Antonii, præcepit ut vigilent in Templo „ &c. In Marmore tamen Neapolitano ſcribitur non *Depoſitio*, ſed, *Natalis S. Antonii*. Quamobrem ea toties repetita docti viri animadverſio (ac præcipue p. 16. de S.Paulo Eremita) „ Poſtremo in his Fa„ ſtis *Natalis* nota præponitur, ad docendum, hunc die non ſuo „ coli „ ea, inquam, animadverſio fallax eſt, & ſæpiſſime fallit.

XVIII.

Athanasius Magnus.

Cyrillus Alexandrinus.

Codex uterque Vaticanus Rufficus: *Athanaſius*, *& Cyrillus Alexandriæ*. Codex noſter Slavicus: *SS. PP. NN. Athanaſii & Cyrilli*, *Archiepiſcoporum Alexandriæ*. Poſſevinus: *S. Patris Athanaſii*; dumtaxat. Faſti Græcomoſchi: *Athanaſius*, *Cyrillus*. Menologium Baſilianum ad XVIII. hujus p. 116. *Commemoratio SS. Patrum noſtrum Athanaſii & Cyrilli*. Synaxarium narrat, utrumque Alexandriæ Patriarcham fuiſſe. Pictura repræſentat eos ſtantes, habitu Patriarchali indutos, ſtichario ſcilicet, ſtola ad talos pendente, Planeta undequaque clauſa, & Pallio Pontificali, caput ſtricto planoque cucullo tegentes, & librum clauſum pectori admotum tenentes. Alludit ad illud, quod notat Simeon Theſſalonicenſis de Templo & Miſſa apud Goar in Euch. Græcor. pag. 185. edit. Venet. anni 1730. „ Aperto capite Epiſcopi & Sacerdotes Orientis omnes, excepto „ Alexandrino Patriarcha, ſacris faciunt. & *poſt pauca*. *Dicet* „ *tamen aliquis*: Patriarcha ergo Alexandrinus gerens in capite, „ quod dicitur ſacrum, & alii quamplurimi ex vetere traditione, „ operto capite ſacris operantes, non rite ac ſancte faciunt: Iſtud „ non dico „. Menæa Græca ad eandem diem: *τῶν ἐν ἁγίοις πατέρων ἡμῶν καὶ μεγάλων ἀρχιεπισκόπων Ἀλεξανδρείας, Ἀθανασίου καὶ Κυρίλλου*. *SS. PP. NN. & magnorum Alexandriæ Archiepiſcoporum*, *Athanaſii & Cyrilli*. Imago præfigitur, utrumque pectore tenus repræſentans, promiſſa barba, capite nudo, Pal-

Digitized by Google

Pallio & Planeta crucibus ornatam, libro pectori admoto. Synaxarium ex antiqua, ut videtur, Pictura ſic eorum formam deſcribit. ὑπῆρχον δὲ κατὰ τὴν ἰδέαν τοῦ σώματος, ὁ μὲν ἅγιος Ἀθανάσιος, μέτριος τὴν ἡλικίαν, ἠρέμα πλατὺς, ἔγκυφος. χαρίεις τὸ πρόσωπον, εὔχρους ἀναφαλαντίας. τὴν ῥῖνα ἐπίγρυπος. γενείῳ οὐκ ἐπιμήκει. ἐπιπλάτῳ δὲ τὰς σιαγόνας πυκάζων. καὶ στόματι βραχεῖ ἐκτετμημένος. οὐ πολιὸς ἄγαν. οὐκ ἀκραιφνεῖ τῷ λευκῷ, ἀλλ᾽ ὑποξανθίζοντι κεχρημένος. ὁ δὲ ἅγιος Κύριλλος, βραχύτι πρὸς τὸ εὐχρούστερον, τὴν πρόσοψιν ἀπονενευκὼς. ὀφρύσι δασίαις τε καὶ μεγάλαις, εἰς ἀψίδας κυκλουμέναι, ὑπογράφων τὸ μέτωπον. ἐπίῤῥιν. τὸ τῶν μυκτήρων διάφραγμα, φέρων πρὸς πεπτωκός. ἐντεταμένος τὰς παρειὰς χείλεσι παχυτέροις, τὸ στόμα διεσταλμένος. φαλακρὸς ἐπὶ μετώπῳ βραχεῖ. δασεῖ καὶ ἐπιμήκει τῷ πώγωνι σεμνυνόμενος. οὖλος ἑκατέραν τὴν τρίχωσιν ὑπόξανθος, μιξαιπόλιος. τελεῖται δὲ ἡ αὐτῶν σύναξις ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ: „ *Erant autem quoad corporis lineamenta, Sanctus quidem Athanaſius, mediocri ſtatura, modeſte latus & incurvus, grato aſpectu, decenti calvitie, adunco naſo, barba non admodum promiſſa, ſed diffuſa & genas veſtiente; ore brevi & quaſi inciſo, non omnino cano capite, nec pure albo, ſed ſubflavo. Sanctus autem Cyrillus breve quid habens cum colore gratiore, abnuenti ſimilis aſpectu; denſis & piloſis ſuperciliis, magniſque & in arcum reflexis, frontemque claudentibus, naſo juſto, cujus diaphragma, ſeu intervallum narium, contractius erat: genis extentis, labiis tumentibus, ore diducto, fronte anguſtiore, ſed recalvus, denſa ac promiſſa barba venerabilis, criſpo utrinque capillo & flaveſcente ac ſemicano. Eorum vero dies feſtus agitur in Sanctiſſima magna Eccleſia.* Synaxario præmittuntur hi verſus.

Ἀθανάσιον καὶ θανόντα ζῆν λέγω.
  Οἱ γὰρ δίκαιοι, ζῶσι καὶ τεθνηκότες.
Φυγῆς Κυρίλλου σήμερον μνήμην ἄγει.
  Ἀλλ᾽ οὐ τελευτῆς ἀειμνήστου κτίσις.
Τάχρυσαν ὀγδοάτῃ δεκάτῃ νέκυν Ἀθανασίου.
Athanaſium, etiam mortuum, vivere ajo.
  Juſti enim, etiam mortui, vivunt.
Fugæ Cyrilli hodie commemoratio agitur,
  Sed non mortis ejus ſemper memorandæ.
Mortuo Athanaſio decima atque octava parentat.

 Pape-

Papebrochius in obſervat. ad hunc poſtremum verſum: ,, Vi-
,, tam ejus, inquit, ex propriis fere ſcriptis collectam daturi,
,, præmittimus ordinem ſcriptorum ejus Apologeticorum, ſatis
,, diverſum a vulgato: & in fine quærimus diem verum mortis.
,, Neque enim quia in hiſce verſibus plerumque mors indicatur,
,, ea ſemper in talem diem revera incidiſſe credi debet; quod ſe-
,, mel proderit hic notaſſe. Celebratur ergo hodie translatio quæ-
,, dam ei, & S. Cyrillo, æque Patriarchæ Alexandrino, commu-
,, nis; communi etiam apud Græcos feſto. Latini ſeorſim ſingulos,
,, Athanaſium 2. Maji, Cyrillum 28. Januarii, venerantur ,,.
Baronius in not. ad 2. Maji, ubi dicitur ,, poſt multos agones,
,, multaſque patientiæ coronas, quadrageſimo ſexto ſui Sacer-
,, dotii anno migravit ad Dominum, tempore Valentiniani &
,, Valentis Imperatorum: hoc eſt, ut ibidem notat, *Modeſto
& Arintheo Coſſ. anno Domini* 372.) hæc ſubjungit: ,, De eo-
,, dem hac die Beda, Uſuardus, Ado, ac ceteri Latinorum;
,, Græci autem eadem die in Menologio: qui & de eodem ite-
,, rum agunt xv. Kal. Febr. ut conſtat ex Conſtit. Emmanuelis
,, Imp. Puto illa die agi, more majorum, de ejus ordinatione.
Idem ad diem 28. Januarii, quo die a Latinis Cyrillus colitur:
,, De eodem hac die cæteri Latin.; Græci autem in Men. IX.
,, Junii, his verbis: Natalis S. Cyrilli, viri eruditiſſimi, &
,, Catholicæ fidei propugnatoris egregii, quem Summus Pon-
,, tifex Cæleſtinus idoneum judicavit, cui ſui vices in Epheſino
,, Concilio delegaret. Hæc ibi ,,. Sedere cœpit S. Cyrillus
poſt Theophilum (ut ſcribit Socrates lib. 7. cap. 7.) *Honorio IX.
& Theodoſio V. Coſſ. Kalendis Novembris*, ſeditque annos 32.
prout habent Acta SS. Concilii Chalcedonen. Act. 3. in libellis
Athanaſii Presbyteri & Theodori Diaconi: ex quibus patet, eum
ſedere cæpiſſe anno 412. ac obiiſſe anno 444. In Menæis, præ-
ter hanc diem 18. Januarii Athanaſii & Cyrilli commemorationi
dicatam, ſeorſim etiam coluntur; Athanaſius quidem ad 2.
Maji, quæ dies *dormitionis* ejus, ideſt mortis, in Menolog. Ba-
ſiliano vocatur; Cyrillus autem ad IX. Junii: ubi de eodem, præ-
ter officium, hi verſus leguntur.

Κύριλλον ὑμνῶ τοῦ κυρίου μου φίλον,
καὶ κυρίας πρόμαχον ἀειπαρθένου.
*Cyrillum celebro Domini mei amicum,
Et Dominæ ſemper Virginis propugnatorem.*

Re-

Digitized by Google

Refertur ad Cyrilli nomen, quod a κύριος, *Dominus*, derivatur, & ad ejuſdem Cyrilli res geſtas, qui pro Domino & Domina, ejus matre Virgine, adverſus Neſtorium pugnavit, aſſerens Chriſtum Dominum in unitate Perſonæ Deum eſſe & hominem, ejuſque proinde matrem vere Deiparam eſſe appellandam. Utrumque Synaxarium, tam commune, quam Baſilianum, ad hanc diem 18. Januarii de S. Athanaſio affirmat „ quod „ quum quadraginta duorum annorum ſpatio pro Chriſto de- „ certaſſet, tandem obdormivit „. Contra, Socrates lib. 4. cap. 16. ſcribit „ eum quadraginta ſex annis Epiſcopatum ad- „ miniſtraſſe „. Cyrillus quoque in epiſt. 1. ad Solitarios, ὁ τῆς ἀοιδίμου μνήμης πατὴρ ἡμῶν Ἀθανάσιος, τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας κατακοσμήσας τὸν θρόνον ἐφ' ὅλοις ἔτεσιν τεσσαράκοντα καὶ ἓξ τὸν ἀριθμόν, *Venerabilis memoriæ pater noſter Athanaſius, qui Alexandrinorum Eccleſiæ thronum annis omnino quadraginta ſex exornavit*. Sic & cæteri. Hæc quoad nomina ſanctorum, reſque geſtas.

Ad cauſam vero hujus feſti quod ſpectat, quum ex dictis certum ſit, S. Athanaſium quidem die 2. Maji obiiſſe, ſanctum vero Cyrillum die 1. Novembris fuiſſe ordinatum Epiſcopum; quid igitur hac die 18. Jan. peractum eſt? quid recolitur? Baronius, ut ſupra dixi, auctor eſt, hac die 18. Jan. Athanaſium fuiſſe ordinatum Epiſcopum: in eadem ſunt ſententia Bollandiani Patres Tom. 1. Maji ad diem 2. pag. 191. & 246. & Tom. 5. Jun. in diſſert. de Patriarchis Alexandrin. pag. 40. At Auctor vitæ S. Athanaſii Lampridio interprete, tom. 2. oper. ejuſdem Doctoris pag. 60. obitum S. Athanaſii ad hanc diem ponit, inquiens: *quadrageſimo ſexto anno Sacerdotii, decimo octavo menſis Januarii, Gratiano & Probo Coſs. vitam cum morte commutavit*: In Codice vero MS. Eccleſiæ Vaticanæ S. Petri, ad genuinum Bedæ Martyrologium, *die 27. Dec.* legitur, *ordinatio S. Athanaſii Epiſcopi*: haud dubium, quin pro, *ordinatione S. Jacobi Apoſtoli*, quæ in omnibus Hieronymianis Martyrologiis ad eam Decembris diem ponitur, obrepſerit in Codicem Vaticanæ Baſilicæ, nomen *S. Athanaſii*.

Verum, ſi meam licet interponere ſententiam, ego neutrum hac die contigiſſe puto; neque ordinationem ſcilicet Athanaſii, neque ejus obitum: ſed non aliter utrumque Eccleſiæ Alexandrinæ Patriarcham hodie coli, quam tres Orientalis Eccleſiæ

M 2 Docto-

Digitized by Google

Doctores, Gregorius Theologus, Baſilius magnus, & Joannes Chryſoſtomus, ad 30. ejuſdem menſis coluntur: nimirum propter eximiam ipſorum ſanctitatem & doctrinam, & quia præcipua Sanctorum feſta hoc menſe peraguntur apud Græcos. Nam ad Athanaſium quod ſpectat, iidem Græci, qui eum cum Cyrillo ad hanc diem venerantur, mortem ejus ad 2. Maji conſignant. Cyrillus vero quacumque tandem die ad ſuperos migraverit; (quamquam veroſimilius eſt eum deceſſiſſe vel 28. hujus, ut Latini ſentiunt, vel 9. Junii, juxta Græcos;) certum tamen eſt, non 18. Jan. ſed 1. Novembris ordinatum fuiſſe. Igitur Athanaſii ordinatio, etiamſi hac die 18. Jan. facta dicatur, nequit cum Cyrilli ordinatione componi: ac proinde alia quærenda eſt hujus feſti cauſa in omnium ſententia: quam ego tamen ex alterius feſti imitatione, quod hoc ipſo menſe ad 30. diem peragitur, a Græcis inductam; vel potius ex hujus feſti, quod longe antiquius eſt, illud diei 30. Januarii inſtitutum, haud improbabili conjectura exiſtimo. Vetuſtiſſima enim Græca Kalendaria de Athanaſio quidem & Cyrillo ad 18. Jan. agunt; non item ad 30. ejuſdem de SS. Gregorio, Baſilio, & Chryſoſtomo, niſi exeunte ſeculo undecimo. Itaque hæc eſt Feſti cauſa, ſanctitatis, doctrinæ & nominis celebritas, ſic, ut in Emmanuelis Conſtitutione de Feriis, non die 2. Maji, & 9. Junii, ſed 18. Januarii feſtus horum Patriarcharum decernitur, his verbis: *Item ejuſdem Januarii duodevigeſimum*, divinorum Patrum & Doctorum, Athanaſii & Cyrilli, gratia.

Papebrochius ad 2. Maji de S. Athanaſio cap. 33. pag. 246. (quamquam hoc die 18. Jan. ordinatum eum aſſerit) aliam tamen Feſti cauſam aſſignat. „ Magnam, inquit, ſuſpicionem „ tranſlati Conſtantinopolim corporis, & quidem tempore ſan„cti Germani Patriarchæ Conſtantinopolitani: hic enim offi„cium Eccleſiaſticum in honorem ſancti recitandum vel com„poſuit totum, vel partibus aliquot inſignibus auxit: vel etiam „ multo citius tranſlati, inquam, corporis ſuſpicionem inge„runt excuſa Græcorum Menæa ad 2. Maji: quando ſynopſis vi„tæ multo prolixior ſolito, & ex ephemeride metrica Conſtan„tinopolitanæ urbis, ubi legitur hic verſus:

Δευτερίῃ νέκυς Ἀθανασίου εἰσεκομίσθη.

Corpus Athanaſii eſt illatum luce ſecunda.

„ Ephemeris hæc Conſtanſtinopolitanos, ut alibi dictum, faſtos

„ fere

„ fere continet. Et quod ipſa de corporis illatione intra urbem „ Regiam cogitandum præbet, magis adhuc confirmat Diſtichon „ ſecuturo elogio ex more præludens.

Quo veheris iterum, quo veheris, Athanaſi?
Etiam in exilium mortuum te relegant.

„ Accedit quod ad diem 18. Januarii ad finem communis „ utrique elogii adduntur hæc verba: Feſtum eorum agitur in „ Sancta Majori Eccleſia, Sophiæ dicta: non alia, ut licet opi- „ nari, cauſa, quam quia Reliquiis S. Athanaſii in illam Eccle- „ ſiam die ipſius natali jam olim illatis, poſtea conjunctæ fuerint „ Reliquiæ S. Cyrilli, ſimiliter ex Ægypto advectæ: ſiquidem „ veroſimilis non apparet cauſa ejus commemorandi, & quidem „ tam ſolenmiter, eo die, quo nullis Ægyptiorum Faſtis ſan- „ ctus Cyrillus reperitur inſcriptus. Ordinatus enim circa 18. „ Octobris (*a*) uti conſtat ex Socrate lib. 7. cap. 7. mortuus „ putatur menſe Junio, quando Græca omnia monumenta na- „ talem ejus proponunt „. Hæc Papebrochius, qui ſuſpicatur, ad 2. Maji tam diem obitus S. Athanaſii, quam Translationis Reliquiarum ejus recoli. Quid vero, ſi dicamus, eam Athana- ſiani corporis translationem potius contigiſſe ad 18. Jan. quo die una cum Cyrillo, ob ſimilem translationem Athanaſius colitur? neque obſtant ii verſus, qui de translatione S. Athanaſii ad 2. Maji in Menæis leguntur: nam fortaſſe loco non ſuo poſiti ſunt, & ad 18. Jan. potius transferri debent: alioquin cur translato Cyrilli ad eam diem 18. Jan. corpore, Sanctus ſimul Athanaſius eſſet commemorandus?

Pergit Papebrochius ad 2. Maji pag. 246. inquiens: „ Cæ- „ terum, quod hactenus ſuſpicionem dixi; ex certa ſcientia infra „ probabitur, intelligeturque, ut olim in majori Eccleſia fe- „ ſtum ſuum habuerit S. Athanaſius, ejus deinde cultum magis „ auctum eſſe, ædificata ſub ejus nomine Eccleſia propria in Xe- „ rolopho, translatoque in eam Sancti Corpore, veroſimiliter „ poſt tempora Iconomachorum.

Tabulæ Capponianæ & Faſti Papebrochiani exhibent Atha- naſium Pontificali quidem habitu indutum, ſed nudo capite; Cyrillum vero caput tiara auriphrygiata rotunda tegentem. De Tiara enim & Pallio eidem Cyrillo a S. Cæleſtino Papa tunc miſ- ſis, quando ejus vice præfuit Synodo Epheſinæ, meminit Theo- dorus

a Baron. *Kalendis Novemb.*

dorus Balſamon in Nomocan. Photii tit. 8. cap. 34. Græca Bal-
ſamonis verba in meditat. de Chartophylace & Protecdico ver-
ſus finem, edidit Goar in notis ad Epiſcopi ordinationem
pag. 259. edit. Venetæ. Latina accipe: „ Ideoque magnus ac
„ Sanctus Cyrillus Papa Alexandriæ, capiti Tiaram circumde-
„ dit auream, quo tempore Sanctæ & univerſali tertiæ Synodo
„ præfuit: quippe Cæleſtini locum occupabat, ejus qui Roma-
„ nam tunc regebat Eccleſiam, quemadmodum liquet ex Actis
„ ejuſdem Synodi tertiæ. Et qua Cæleſtinus utebatur gloria ſe-
„ cundum ſanctionem Apoſtolis æqualis illius Sancti Magnique
„ Conſtantini, factam ad Sanctum Silveſtrum, quum Imperii
„ ſceptra per Dei providentiam ex veteri Roma transferrentur
„ in hanc urbem omnium principem, qua ſtatuitur aurea mitra,
„ tum ipſius S. Silveſtri, tum ſucceſſorum Romanorum Ponti-
„ ficum caput condecorari debere, eadem & Cyrillus exorna-
„ batur. Quamobrem & ii, qui poſt ipſum Alexandriæ Ponti-
„ ficatum geſſere, propter memoriam æternam ejus quod tunc
„ decretum fuit, eodem modo in hunc uſque diem titulo ſuo
„ (*ideſt Papæ*) cohoneſtantur. Quumque omnes alii capitibus
„ apertis res ſacras peragant, ſolus Alexandrinus Patriarcha
„ rem divinam facit, mitra caput obvolutus „. Ita Græci com-
muniter ſcribunt: præ oculis nimirum habentes commentitiam
illam Conſtantini Imperatoris Conſtitutionem ſive Donationem,
de qua viri docti aliter ſentiunt. De Papæ Alexandrini titulo
vide eruditam Diſſertationem cl. Abrahami Ecchellenſis in Eu-
tychio vindicato. Verum quod erat apud Orientales proprium
ſolius Patriarchæ Alexandrini, ut mitra uteretur, hoc poſtea ad
reliquos Patriarchas & Archiepiſcopos Græcos devenit. Tem-
pus aſſignat apud Goarum Georgius Coreſius Chienſis loc. cit.
qui ſcribit: „ Epiphanem quemdam μέγαν λογοθέτην, de Baſi-
„ lio juniore, qui ab (*a*) anno 977. ad annum 1016. Con-
„ ſtantinopolitanum rexit Imperium, referre; ſimultate inter
„ ipſum & Patriarcham de ipſo obloquentem oborta, quum
„ hinc inde mutuis ſe ferirent conviciis & injuriis, tandem Theo-
„ philum Patriarcham Alexandrinum pacis conciliandæ media-
„ torem advocatum, hoc pacto adverſas ſibi mutuo partes com-
„ poſuiſſe, ac juſſiſſe, ut cereæ Patriarchali ſtatuæ lingua præ-
„ ſcin

a Imo, ab anno 976. ad 1025. Baſilius junior, cognomento Bulgaroctonus, una cum fratre Conſtantino imperavit; Conſtantinus autem ad annum 1029. ſupervixit.

Digitized by Google

„ ſcinderetur, Regiæ vero manus; & ut deinceps mutuis ſeſe
„ litigantes proſequerentur obſequiis. Quod ita præſtitit Im-
„ perator, ut Patriarchæ Diadema regium imponeret; & viciſ-
„ ſim Imperatorem in ſacrum ſuorum officialium & *ἱεροσχακόντων*
„ Collegium adſcriberet Patriarcha, & eum in Eccleſia privile-
„ giis illorum gaudere permitteret „. Hæc ille, ex fabuloſis,
ut videtur, Græciæ promtuariis mutuatus. Eadem legun-
guntur apud Doſitheum lib. 7. de Patriarch. Hieroſolym. cap. 19.
§. 9. ex eodem, ut vocat, Epiphanio magno Logotheta, ubi
Conſtantinopolitanum Patriarcham ait fuiſſe Sergium; Alexan-
drinum autem *Philotheum*, additque fabulas fabulis; nimirum
propter illud Philothei ſapientiſſimum judicatum, conceſſum
illi fuiſſe, ut *Judex orbis* diceretur, *Κριτὴς τῆς οἰκεμενῆς, κρι-
τὴς οἰκεμενικός*, quia Philotheus duarum perſonarum „ œcumeni-
„ carum, univerſalium, Imperatoris ſcilicet, & Byzantini Pa-
„ triarchæ judex allectus fuerat „: *ὅθεν ὁ Ἀλεξανδρεὺς κριτὴς τῆς
οἰκεμένης ἐκλήθη*. Nugæ Græculorum ſequioris ævi. Nam pri-
mo, facti illius, quod Epiphanius magnus Logotheta narrat,
nemo Annalium ſcriptorum ejus temporis meminit, non Scy-
litzes, non Cedrenus, non Zonaras, non Glycas, non alii: ſed
neque Theodorus Balſamon, neque Simeon Theſſalonicenſis,
qui hanc de tiara Patriarchæ Conſtantinopolitano impoſita nar-
rationem non omiſiſſent, ſi vera fuiſſet, neque dixiſſent,
ſolum Alexandrinum Patriarcham mitra uti ſibi a Celeſtino
Papa conceſſa: quinimo Theodorus ipſe qui non diu poſt Ba-
ſilium Imperatorem & Sergium Patriarcham vixit, hæc de
Conſtantinopolitano Præſule in medit. de Patriarcharum Pri-
vilegiis ſcribit: *τὸν Κωνςαντινεπόλεως βλέπω μηδενὶ τῶν προ-
νομίων τῶ Πάπα κατακοσμέμενον. ὅτε γὰρ τῷ τῆς Βασιλείας λώ-
ρῳ, ὅτε κοκκοβαφέσι πεδίλιος θεαξίζεται, Conſtantinopolita-
num Præſulem nullo Papæ privilegio ſemet ornantem video:
quippe nec Regni coronatur faſcia, nec cum coccineis calceis ſe
videndum exhibet*. Hæc non affirmaſſet Theodorus, ſi Byzanti-
nus Præſul ab Imp. Baſilio Regium diadema accepiſſet. Secun-
do, titulus *Papæ*, quo Theodorus Balſamon aſſerit a Cæleſtino
Papa ſanctum Cyrillum fuiſſe ornatum, his verbis: *ὡσαύτως καὶ
ὁ Ἀλεξανδρείας ἐκλήθη Πάπας, διὰ τὸ λαβεῖν τὸν ἅγιον Κύριλ-
λον κατὰ τὴν γ´ σύνοδον τῶ Πάπα Ῥώμης, τῶ Κελεςίνε φημὶ,
τὰ προνόμια; Similiter Alexandrinus propterea vocatus fuit Pa-
pa*,

pa, *quod Sanctus Cyrillus in tertia Synodo privilegia Papæ Romæ Cæleſtini acceperit*: Titulus, inquam, *Papæ*, longe ante Cæleſtini & Cyrilli tempora Latinæ & Alexandrinæ Eccleſiæ Præſulibus communis erat. Legere ſufficiat Hieronymi & Auguſtini epiſtolas, ne plura congeram. Dicam ſolum, ante ſeculi tertii medium, Alexandrinum Antiſtitem Heraclam, qui ſtatim poſt Demetrium ſedit, nomine *Papæ* appellatum fuiſſe: Dionyſius ſiquidem Alexandrinus proximus ipſius Heraclæ ſucceſſor, in epiſt. ad Philemonem Eccleſiæ Romanæ Presbyterum de Baptiſmo, quam Euſebius lib. 7. hiſt. cap. 7. refert, regulam quam in hæreticis recipiendis ſervabat, ſibi traditam aſſerit a *Beatiſſimo Papa noſtro Heracla*, *παρὰ τοῦ μακαριωτάτου* Πάπα *ἡμῶν* Ἡρακλᾶ *παρέλαβον*. Quocirca Arius ſubinde cum impietatis ſuæ ſociis Alexandrum Archiepiſcopum Alexandrinum, ſua quæ apud Epiphanium hæreſ. 69. habetur, epiſtola compellans, hunc quoque *Beatum Papam* vocavit: quod argumento eſt, Alexandrinum Præſulem eo ævo, ſeculo nempe tertio, *Papæ* nuncupatione ornatum fuiſſe. Tertio, titulus *Judicis orbis univerſi*, quo Patriarcha Alexandrinus ſequiori ævo apud Græcos ſeſe appellare non dubitat, a Nicephoro Calliſto, non ea qua *Doſitheus*, & *Coreſius* ex Epiphanio Logotheta volunt occaſione, tributus perhibetur Alexandrino Patriarchæ, ſed temporibus Sancti Cyrilli & Celeſtini Papæ unacum Mitra, & Papæ nuncupatione. Verba Nicephori lib. 4. hiſt. cap. 34. pag. 512. hæc ſunt: *ἐξ οὗ (τῆς ἐφεσίων συνόδου) λόγος, καὶ τὸ τῆς μίτρας ἐπίθεμα εἰληφέναι, καὶ τὴν τοῦ* Πάπα *προσηγορίαν λαβεῖν, καὶ τῆς οἰκουμένης κριτὴν ὀνομάζεται*: *Fama eſt Cyrillum Alexandrinum, tum mitram, tum Papæ nuncupationem, nec non ut Judex univerſi orbis diceretur, a Cæleſtino accepiſſe*. Sic igitur jam ante appellabatur, ſi fides Nicephoro eſt habenda. Sed vanam tituli etiam iſtius originem Græci fingunt: quippe qui a nullo Alexandrinorum Antiſtitum, quinto, ſexto, ſeptimo, octavo, & nono ſeculis aſſumptus legitur. Michaël Wanslebius in Hiſt. Alex. Par. 1. cap. 4. pag. 9. ait Patriarcham Alexandrinum hactenus *Judicem orbis univerſi* appellari, quia ſi quod diſſidium in Eccleſia de die Solemnitati Paſchali aſſignando oriatur, ipſius ſit negotium hoc dirimere. Ita nimirum recentiores Orientales tradunt; occaſione ex eo accepta, quod olim Alexandrini Patriarchæ munus eſſet, Paſchalem diem inveſtigandi: quo quidem de munere hæc ſcribit Sanctus

ctus Leo Papa ad Marcianum Imp. epiſt. 94. „ Paſchale fe-
„ ſtum, quo ſacramentum ſalutis humanæ maxime continetur,
„ quamvis in primo menſe ſemper celebrandum ſit, ita tamen
„ eſt Lunaris curſus conditione mutabilis, ut plerumque ſacra-
„ tiſſimæ diei ambigua occurrat electio, & ex hoc fiat plerum-
„ que quod non licet, ut non ſimul omnis Eccleſia, quod non
„ niſi unum eſſe oportet, obſervet. Studuerunt itaque ſancti
„ Patres occaſionem hujus erroris auferre, omnem hanc cu-
„ ram Alexandrino Epiſcopo delegantes, quoniam apud Ægy-
„ ptios hujus ſupputationis antiquitus tradita eſſe videbatur
„ peritia, per quam qui annis ſingulis dies prædictæ ſolemnita-
„ tis eveniret, Sedi Apoſtolicæ indicaretur, ut hujus ſcriptis ad
„ longinquiores Eccleſias indicium generaliter percurreret „.
Hinc Cyrillus ipſe Alexandrinus in Prologo, quem ſcripſit pro Cyclo xcv. annorum, quos anno Chriſti 437. & Diocletiani 153. inchoabat, ſatis innuit ritum hunc ſive conſuetudinem, ut Alexandrinus Epiſcopus Romano (cæteriſque ſimiliter Patriarchis Orientis) proximum Paſchatis diem ſignificaret, a Patribus Nicænis probatum fuiſſe, quum ait apud Bucherium pagin. 481.
„ Sanctorum totius orbis Synodi conſenſione decretum eſt, ut
„ quoniam apud Alexandriam ſatis reperta eſſet Eccleſia, quæ
„ hac ſcientia clareret, quota Kalendarum vel Iduum, quota
„ Luna Paſcha debeat celebrari, per ſingulos annos Romanæ
„ Eccleſiæ ſcriptis literis intimaret „. Hinc etiam Athanaſii, Theophili, Proterii Paſchales epiſtolæ, quibus hoc ipſum, quod SS. Leo Papa & Cyrillus innuunt, de Paſchate celebrando ſignificabant. Igitur occaſione hujus muneris, quod Alexandrino Patriarchæ delegatum fuerat, accepta, poſteriores, ut puto, ejus Sedis Antiſtites, poſt Cerularianum ſchiſma, ſpecioſo *Judicis orbis univerſi* titulo cæperunt ſeſe exornare, ut ſcilicet caput principemque ſchiſmatis Patriarcham Conſtantinopolitanum imitarentur, qui nonniſi poſt Theodori Balſamonis tempora Tiaram regiam adhibuiſſe legitur. Quarto demum, cauſam fabulæ illius, de Sergio Patriarcha Conſtantinopolitano, Baſilio Imperatore, & Philotheo Alexandrino, texendæ hanc fuiſſe exiſtimo, quod circa annum 1119. patratis bellis, quæ Baſilius junior, Bulgaroctonus dictus, cum barbaris gentibus geſſerat, Sergius Patriarcha eum adortus fuiſſe perhibetur, ut tributum, quod Allelingium dicebatur, ſupprimeret, ſed caſſo inanique

 cona-

conatu. Ex hac Sergii cum Baſilio altercatione, occaſionem accepit Coreſius & Doſitheus, ſuum illud de Regio diademate Patriarchæ Byzantino, deque *Judicis orbis univerſi* titulo Philotheo Alexandrino tunc primum conceſſo, commentum exornandi.

XIX.

Macarius.

Arsenius.

Codex primus Ruſſicus: *Macarius Abbas*. Secundus vacat. Poſſevinus: *S. Patris Macarii*. Faſti Græcomoſchi: *Macarius Romanus*. *Macarius Ægyptius*. Codex noſter Slavicus hodie vacat. De utroque Macario, *Ægyptio* ſcilicet & *Alexandrino*, Menologium Græcorum cum Synaxariis, in quibus tamen quædam narrantur quæ emendatione indigent. Macarii Ægyptii vita auctore Jo. Hagiopolita, ſeu Hieroſolymitano, μικρῦ Μακάριος διέφυγεν ὁ Αἰγύπτιος. Macarii Eremitæ, παρακαλῦμεν οἱ ταπεινοὶ. Cod. Vat. 1190. pag. 1. Agunt de iiſdem Socrates lib. 4. hiſt. cap. 18. Sozomenus lib. 6. cap. 29. Rufinus lib. 2. cap. 4. Hieronymus epiſt. 27. Caſſianus Collat. v. cap. 12. & Collat. xxiv. cap. 13. Palladius cap. 8. & alii. Menologium quoque Baſilianum ad hanc diem exhibet duos Macarios, ſed unum *Romanum*, qui relicta uxore, quam invitus duxerat, fugiens, Angelo duce, ad Paradiſum uſque perductus dicitur, ubi tres illum monachi, Theophilus, Sergius & Hyginus invenerunt: alter *Ægyptius*, ſtatura puſillus, ex Alexandria urbe ortus, qui abdicato ſæculo eremum petens, a quodam ſene monaſticum inſtitutum accepit. Horum unus crucem manu geſtans, alter volumen, depictus eſt: uterque habitu monaſtico; capite nudo cum nimbo. At in Papebrochianis Faſtis, *Macarium Romanum* Pictor nudum hirſuto corpore repræſentat, *Ægyptium* cum cuculla cruce ſignata, habitu monaſtico cum ſtola Presbyterali: Ubi Papebrochius ad 19. hujus: „ Non Epiſcopus (de Ægyptio „ Macario loquitur) ſicut mendoſa inſcriptio habet, ipſa veſte „ errorem arguente. „ Atqui Inſcriptio Ruthenica non Epiſcopum habet, ſed *Ægyptium*. Sic МАКАРІИ ЕГИПЕТСКІ, *Macarii Egipetski*: quam inſcriptionem Pictor deformavit, pro ЕГИП, ſcribens, ЕПИК. Recte autem obſervat Baronius not. ad 2. Jan., In Rom. Martyr. de duobus Macariis agi, de Alexandrino quidem ad 2. Jan. de Ægyptio vero ad 15. ejuſdem menſis: addit-

Digitized by Google

ditque : „ Alius etiam reperitur Macarius Romanus , qui ex vi„ caria præfectura monaſticam vitam amplexus eſt , de quo idem „ Palladius cap. 36. in fine . Romani hujus res geſtæ habentur in „ vit. Patrum , auctore Theophilo quodam, ſed quæ minus pro„ bentur „ . Capponianæ Tabulæ ſolum , ut videtur , *Macarium Ægyptium* exhibent : & pro Macario Alexandrino , adjungunt *Arſenium* , Romanæ ſcil. Eccleſiæ Diaconum , qui Theodoſii tempore, quum filios ejus Arcadium & Honorium literis ac pietate imbuiſſet , in Ægyptum ſecedens , virtutibus omnibus conſummatus apud Scetim ſpiritum Deo reddidit . Arſenii vita , ἐν ταῖς ἡμέραις ἐν αἷς ὁ Θεὸς ἀγαθός . Auctor Incertus . Latine apud Lipom. tom. 6. ad 8. Maji , & Surium ad 19. Julii : *Non ſolum res geſtæ virorum bonorum* . Agunt de illo Græci ad 8. Maji , Latini die 19. Julii : de quo S. Hieron. epiſt. 27. „ Quid , „ inquit , narrem Macarios , Arſenios , Serapiones , & reliqua „ columnarum Chriſti nomina ? De eodem Arſenio Capponianæ Tabulæ ad 8. Maji : ubi habitu monachi cum cuculla ad humeros reducta depingitur . Quamobrem quum hac die Macarius quidem monaſticum habitum geſtet , alter vero Presbyteralem cum ſtola ; veri ſimilius exiſtimo non de *Arſenio* ſermonem eſſe , qui nudus monachus , poſtquam Diaconatum Eccleſiæ Romanæ abdicaſſet , deceſſit : ſed de Macario Ægyptio , qui in Græcorum Menologio *Sacerdos* fuiſſe perhibetur . τούτων οὖν ἕνεκεν πολλῇ παρακλήσει τοῦ τοτε Ἀρχιερέως , τὴν ἱεροσύνην καταδέχεται . *Quamobrem multis precibus ab ejus loci Epiſcopo Sacerdotium accepit* . Emendanda propterea Inſcriptio ſic : *Macarius* , *Macarius* : uti in Menæis Græcorum legitur .

XX.

EUTHYMIUS.

Vaticanus uterque Ruſſicus . *Euthymii Abbatis* . Papebrochiani Faſti . *Euthymius* . Poſſevinus . *S. Patris Euthymii* . Noſter Slavicus *S. P. N. Euthymii* . Græci in Menæis . τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Εὐθυμίου τοῦ μεγάλου . *S. P. N. Euthymii magni* . Menologium Baſilianum. τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Εὐθυμίου πρεσβυτέρου γενομένου , καὶ καθηγητοῦ τῆς Ἐρήμου : *S.P.N. Euthymii Presbyteri , & Magiſtri Eremi* . Hæc dies natalis ejus (inquit Baron. not. ad diem 20. Jan. quo colitur etiam in Mattyrol. Rom.) quum ſanctus agens nonageſimum nonum ætatis annum , ſub Leone magno anno XVI. ejus Imperii , migravit in cœlum . Eſt is annus a Chri-

ſto ; juxta Faſtos Onuphrii, 472. Fallitur. Nam Cyrillus Scythopolitanus, qui vitam ejus ſcripſit, ſic ait: Obitus ejus accidit die vigeſima menſis Januarii, *undecima Indictione*; & paulo poſt. *Quinto Leonis Imp. Conſulatu, ejuſdemque Imperii decimo ſexto anno vivendi finem fecit*; ideoque anno 473. quo Leo Quintum Conſulatum geſsit, & Indictio XI. menſe Januario in curſu fuit. Menol. Baſil. Græce habet; ὑπάρχων δὲ ἐτῶν ἐνενήκοντα ἑπτὰ, *nonageſimo ſeptimo ætatis anno*. Ita & Græc. Menologium in Synaxario. Euthymii vita a Cyrillo Scythopolitano ſcripta, τῷ τιμιωτάτῳ καὶ ἀληθῶς ἐναρέτῳ πατρὶ πνευματικῷ Ἀββᾷ. epiſtola incipit: πίστις προηγεῖσθαι περὶ Εὐθυμίου. Vita ipſa: ὁ μονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος τοῦ Θεοῦ. Græce & Latine in Analectis Græcis per monachos Benedictinos poſt Cotelerii monumenta editis pag. 1. ad 99. e Codice Bibliothecæ Colbertinæ Pariſ. 1692. in 4. Altera vita, καὶ παντὸς μὲν ἄλλου, Latine apud Surium 20. Jan. Græce & Latine in Cotelerii monumentis Eccleſiæ Græcæ Tom. 2. pag. 200. ad 340. Arabice exſtat in Codice pervetuſto membraneo exarato primum a monacho Antonio Davide filio Salomonis Bagdadenſis in Laura S. Sabæ; deinde ex eo exemplari deſcripto ab Iſaaco monacho pro monte Sinai menſe Rabio priore, anno Hegiræ 272. (Chr. 885.) ubi أوفميوس *Euphemius* appellatur: nimirum ex genio Arabici ſermonis, quemadmodum eundem Euthymium Ruſſi vocant *Euſtimius*. Vide me Tom. 2. Bibl. Orient. pag. 511.

XXI.

MAXIMUS.

NEOPHYTUS.

Ambo Vaticani: *Maximi Confeſſoris*. Papebroch. *Maximus monachus*. Poſſevin. *S. Patris Maximi*. Noſter Slavicus: *S. Martyris Neophyti*. Græci in Menæis: τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Μαξίμου τοῦ ὁμολογητοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Νεοφύτου. De Neophyto Martyrol. Rom. die 20. hujus: *Nicææ in Bithynia S. Neophyti Mart*. De S. *Maximo Confeſſore* die 13. Auguſti: *Conſtantinopoli S. Maximi monachi, doctrina & zelo catholicæ veritatis inſignis: qui quum adverſus Monothelitas ſtrenue decertaret, a Conſtante Imp. hæretico præciſis manibus ac lingua in Cherſoneſum relegatus, reddidit ſpiritum. Tunc etiam duo Anaſtaſii ejus diſcipuli, aliique plures diverſa tormenta & dura exilia ſunt experti*. Ita & Græci in Synaxario S. Maximi & ſociorum duo-

duorum Anaſtaſiorum. At in Baſiliano, de ſolo agitur *Neophyto Martyre*, & ad diem quidem 21. Januarii, non autem 20., uti Baronius in notis perperam ſcribit. *Maximi* Homologetæ vita auctore Anaſtaſio Apocriſiario, ejuſdem diſcipulo, καὶ πάντων μὲν τῶν κατὰ Θεὸν πολιτευσαμένων ὁ βίος λυσιτελὴς καὶ ὠφέλιμος: prodiit Græce & Lat. Tom. I. operum S. Maximi ex edit. Combefiſ. Pariſ. 1675. pag. 1. ad 28. Acta & collationes, ſive relatio motionis factæ inter S. Maximum & ſocium ejus atque Principes in Secretario: τῇ ἡμέρᾳ ᾗ προσωρμίσθησαν, Græc. & Lat. ante Tom. I. operum S. Maximi pag. 29. ad 86. Epitome certaminis SS. Maximi & Anaſtaſii ex Menæis, pag. 87. ad 106. *Neophyti* Mart. vita: κατὰ τοὺς καιροὺς τῆς παρανόμου αὐτοκρατορίας τῶν τυραννικῶν Βασιλέων Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ: MS. Lambec. Tom. VIII. pag. 338. In Menologiis dicitur „ quum ſcholam „ adiret cum ſuis condiſcipulis, orabat, eoſque nutriebat: quo„ cumque autem ſe conferret, ſequebatur eum Columba, & „ humana voce cum ipſo colloquebatur: quam quum mater vi„ diſſet cum puero colloquentem, præ timore exanimata conci„ dit. At ſanctus illam precibus ad vitam a morte revocavit „. Placet obſervationem Falconianam huc referre. „ Bollandus il„ lud Columbæ, ἄπιστον hoc cenſet, & Raderus repugnat: „ Cur non magis, quam locutam humano more, aſinam Balaam? „ præſertim quum vera beſtia fuerit: hic Columbæ ſpecie An„ gelus. Ratio, quia illa tradit ſacra ſcriptura; iſta Acta homo „ impoſtor, quibus tantum ex veriſimili eſt credendum huma„ na fide. Præter Martyrium, fabulæ omnia, etiam nomen „ *Neophyti*, quod inſolitum.

XXII.

TIMOTHEUS.

ANASTASIUS.

Vaticani Ruſſici; *Timothei Apoſtoli*, *& Anaſtaſii*. Noſter Slavicus; *S. Apoſtoli Timothei*; ita & Poſſevinus. Papebr. *Timotheus*; & in notis; *Apoſtolus*, *Pauli diſcipulus*, *binis illius ad ſe epiſtolis notiſſimus*, *Epheſi Epiſcopus*, *colitur a Latinis* XXIV. *hujus*. *Anaſtaſius* autem Perſa monachus, in Martyr. Rom. hac die. De utroque Græci quoque in Menologio ad hanc diem, cum Synaxariis. Timothei Apoſtoli vita, Τιμόθεον τὸν μέγαν ἤνεγκε μὲν ἡ Λυκαόνων, Latine apud Surium 22. & Bollandum 24. Januarii. Martyrium Timothei Græce, ἱκανῶς πολλὰς

ἱστορίας

Digitized by Google

ἱϛορίας τε ϗ βίȣς, apud Photium Cod. 254. Latine; *multi multas hiſtorias & vitas*, auctore, ut ajunt, Polycrate. Vide Fabric. Tom. IX. Bibl. Græc. pag. 150. In eundem ſermo Nicetæ Rhetoris & Philoſophi; τί δὲ Τιμόθεος; τȣ̃τον γὰρ μετὰ τȣ̃ς Ἀποϛόλȣς. *Anaſtaſii* Perſæ vita: τῆς μεγάλης πόλεως ὑπὸ τȣ̃ περσῶν Βασιλέως ἑλȣ́σης; Latine apud Surium 22. Jan. Alia *de Anaſtaſii miraculis*; θαυμάτων διήγησιν προβάλλεσθαι σήμερον, in Synodo VII. notante Allatio. De auctore Baronius ad annum Chr. 627. num. I. Encomium in eundem a Georgio Piſide apud Suidam in Γεώργιος; etſi MS. Svidas Pariſ. non habet, εἰς τὸν μάρτυρα Ἀναϛάσιον, ſed, εἰς τὸν μέγαν Ἀθανάσιον. Vide Fabr. tom. IX. pag. 53.

XXIII.

Clemens.

Agathangelus.

Vaticanus primus vacat. Secundus: *Clementis Mart.* Noſter Slavicus: *S. Martyris Clementis Epiſcopi Ancyræ*. Papebrochius, *Clemens*, additque, *Epiſcopus Ancyranus*. Poſſevinus *S. Mart. Clementis*: Græci in utroque Menologio. τȣ̃ ἁγίȣ ἱερομάρτυρος Κλήμεντος Ἐπισκόπȣ Ἀγκύρας, ϗ τȣ̃ ἁγίȣ μάρτυρος Ἀγαθαγγέλȣ: *Sacroſancti Martyris Clementis Epiſcopi Ancyræ, & S. Mart. Agathangeli*. De iiſdem Romanum Martyrologium hac die. *Clementis Ancyrani martyrium*: μετὰ διακοσιοϛὸν ϗ πεντηκοϛὸν ἔτος τȣ̃ κυρίȣ ἡμῶν Ἰησȣ̃ Χριϛȣ̃ ἀναλήψεως, Latine apud Surium, & cum notis apud Bolland. ad 23. Januarii. *Clementis Ancyrani, & Agathangeli*: ȣ̃τος ὁ Μακάριος Κλήμης ἦν ἐκ πόλεως. MS. Bibl. Coislin. pag. 414.

XXIV.

Xenia.

Uterque Vaticanus, & noſter Slavicus hodie vacant. Poſſevinus perperam, *S. Euximiæ*: pro, *Xenes*. Papebrochius: *S. Mart. Paulus*, *Xenia*: & in Lat. Interpret. *Pr. M. Pabelus*; *Xenia*. Ruſſice Пр; ideſt *Prepodobny, M. Mucenik*, *Pabel*, ideſt *S. Martyr Paulus*. Addit Papebrochius hanc adnotationem: *De hac, quæ Poſſevino corrupte Euxemia jam ſupra actum*: Nimirum, in Januario Græcorum metrico ad 24. Januarii pag. IX. Pergit Papebrochius „ Prior eſt Presbyter Martyr Babylas, cu„ jus longum in Menæis extat Encomium, ut Antiocheni Mo„ nachi & Presbyteri, qui in Siciliam cum duobus diſcipulis

„ per-

Digitized by Google

„ perſecutionem fugiendo profectus, ibi martyrium cum iiſdem „ complevit. Confuſum hunc aut fictum ex famoſiſſimo Epi- „ ſcopo Antiocheno Babyla, qui hoc die colitur a Latinis, cen- „ ſet Baronius: Bollandus putavit poſſe diſtingui „. In Me- næis quidem colitur hac die *Martyr Babylas*, Antiochia oriun- dus, in Sicilia paſſus unacum diſcipulis Timotheo & Agapio, uti in Synaxario legitur. Verum a Ruſſis non hunc Babylam, ſed *Paulum* Monachum hodie commemorari, ipſum πάβελ no- men demonſtrat. Exſtat de eo Synaxarium in utroque Meno- logio his verbis: In Menologio Græcorum: *μνήμη τῶν ἁγίων Μαρτύρων Παύλου, Παυσιρίωνος, καὶ Θεοδοτίωνος*: *Memoria Sancto- rum Martyrum Pauli, Pauſirionis, & Theodotionis*. In Baſilia- no: *ἄθλησις τῶν ἁγίων Μαρτύρων Παύλου, Παυσιρίου, καὶ Θεοδο- τίωνος*: „ Certamen SS. Martyrum Pauli, Pauſirii, & Theodo- „ tionis. Iſti, Diocletiano Imp. & Arriano Præfecto, in urbe „ Cleopatride nati, fratres ſecundum carnem fuerunt, & ab- „ dicato ſeculo, monaſticam amplexi ſunt vitam. Cetera „. Culcinius ad 24. hujus pag. 71. „ Hac die S. Xenæ dictæ etiam „ Euſebiæ jungitur Paulus, loco cujus perperam inducit Pape- „ brochius Presbyterum Martyrem Babylam. Nam longe di- „ verſimode ſcribuntur apud nos Pavel & Vavila, ideſt, Pau- „ lus & Babylas. In imagine vero præſentis diei expreſſe po- „ nitur *Pavel*, Paulus, addito *Pr. M.* quod ſignificat: *Prepo-* „ *dobny Muczenik*, ideſt, Sacromartyr. Quis ſit igitur hic Pau- „ lus, docet me Menologium Baſilii Porphyrogeniti, quod re- „ fert Paulum, Pauſirium, & Theudotium. Cetera „. *Xeniam* ſeu potius *Xenem*, colunt Græci in Menæis hac die, ſic: *μνήμη τῆς ἁγίας μητρὸς ἡμῶν Ξένης*, *Commemoratio Sanctæ Matris no- ſtræ Xenæ*, cum Synaxario. In Menologio Baſiliano ad diem 18. hujus: *Commemoratio S. Euſebiæ, cognomento Xenæ*: „ Sancta „ Euſebia, cognomento Xena, ideſt Hoſpita (ſeu Peregrina) „ ex urbe Roma fuit, genere, forma opibuſque inſignis. Quum „ autem parentes vellent eam in matrimonium collocare, om- „ niaque ad celebrandas nuptias parata eſſent, arrepta occulte „ fuga, cum duabus Ancillis navem conſcendit: qua Alexan- „ driam delata, anguſtam domum ſubiit, incerta ob infirmita- „ tem muliebrem, quonam ſe reciperet. Sed miſit ad illam „ Deus Paulum quemdam Monachum, qui ſe ſalutis ducem eis „ præbuit: atque in patriam ſuam Mylaſſam Cariæ proximam

„ addu-

„ adductas, in Eccleſia S. Protomart. Stephani, quam ipſe ex„ ſtruxerat, collocavit. Ibi igitur ſanctiſſimam vitam Euſebia „ traducens, donum etiam miraculorum promeruit. Quumque „ hunc in modum vixiſſet, deceſſit „. Hujus Euſebiæ, qui ſe *Xenem* vocavit, Acta Græce: ὁ Καινὸς καὶ Ξένος τῆς θαυμασίας Ξένης βίος, Latine apud Surium 25. Januarii auctore Cyrillo Mylaſſę Epiſcopo, quæ Bollandus edidit, qui eam ſexto ſæculo figit. Falconius in not. ad 25. Januarii: *Menologium Græcorum de ea agit die* 18. *hujus menſis*. Fallitur. Non Menologium Græcorum, ſed Baſilianum, ut ſupra. Nam *Xene*, de qua agitur in Menologio Græcorum die 18. hujus, *Martyr* fuit: ſic enim legitur: τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, ἡ ἁγία μάρτυς Ξένη, πυρὶ τελειοῦται, *eadem die* (18. *Januarii*) *S. Mart. Xene, igni conſummatur*. Pergit Falconius. „ Romana Sancta: non de Roma veteri Ego „ puto, ſed de nova Roma Conſtantinopoli; quod oſtendit „ etiam ejus fuga. Epheſinæ autem Eccleſiæ hic Paulus Epi„ ſcopus fuit poſtea „. Nulli, ut puto, fundamento innixa utraque conjectura. Nam in Synaxario dicitur, ἐκ τῆς μεγαλοδόξου γέγονε πόλεως Ῥώμης, *ex magna & glorioſa Civitate Roma fuit*: quod de Roma vetere, non de nova intelligitur. Deinde *Paulus* in Actis *Menaebus* vocatur: de Epiſcopatu Epheſino altum ſilentium. Quid vero? Si dicamus, in Ruſſicis Papebrochianis Tabulis, de hoc *Paulo* ſimul & *Xena* agi, non de *Paulo* Martyre?

XXV.

GREGORIUS THEOLOGUS.

Codex primus Vaticanus: *Gregorii Thaumaturgi*. Per errorem: lege *Theologi*. Ita enim Codex ſecundus: *Gregorii Theologi*. Et noſter Slavicus: *S. P. N. Gregorii Theologi, qui fuit Epiſcopus Nazianzenus*. Papebrochius: *Gregorius*; *Propheta Iſaias*. Et mox. „ Addunt Menæa, hujus Sancti Prophetæ Sy„ naxim agi juxta Eccleſiam Sancti Laurentii, ſcilicet Conſtan„ tinopoli „. Poſſevinus: *S. Patris Gregorii*. Græci in utroque Menologio: τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Θεολόγου: *S. P. N. Gregorii, Archiepiſcopi Conſtantinopolitani, Theologi*. Habetur Synaxarium tam de S. Gregorio, quam de Iſaia Propheta, in Menæis. At in Baſiliano, de Gregorio hac die: de Iſaia vero, ad 9. Maji: de quo & in Menæis iterum ad eandem Maji diem: in Romano autem, 6. Julii,

Digitized by Google

6. Julii de Iſaia, & 9. Maji de Gregorio Theologo: cujus Vita auctore Gregorio Presbytero: συγκαλεῖ μὲν ἡμᾶς, ὦ ἄνδρες, Γρηγόριος ὁ πάνυ: præfixa Gregor. Nazianz. editionibus: Latine apud Surium 9. Maji. Oratio in Sanctum Gregorium Theologum auctore Theodoro Metochita generali Logotheta: ὅσα μὲν τῷ παρόντι λόγῳ.

XXVI.

Xenophon:
Maria.

Vaticanus uterque, & noſter Slavicus hodie vacant. Papebrochius: *Maria, Arcadius, Joannes, Xenophon*. Poſſevinus perperam: *S. Patris Sozontis*. Græci in utroque Menologio: μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ξενοφῶντος, καὶ τῆς συμβίου αὐτοῦ Μαρίας, καὶ τῶν τέκνων αὐτοῦ Ἀρκαδίου καὶ Ἰωάννου, *Commemoratio S. P. N. Xenophontis, & conjugis ejus Mariæ, & filiorum ejus Arcadii & Honorii*: cum Synaxario. Vita Græce: Ξενοφῶν ὁ θαυμάσιος ἔφυ μέν. Alia: διηγήσατό τις γέρων μέγας, εἶναι Ξενοφῶν τις συγκλητικὸς ὑπὲρ πᾶσαν εὐπρέπειαν ὑπάρχων. Alia: ἡ περὶ τῶν μακαρίων ἀνδρῶν βίων ἀναγραφή. Arabice in Cod. membran. exarato anno Heg. 272. (Chr. 885.) poſt Homiliam Anaſtaſii Abbatis Montis Sinai in Pſal. VI. & ante Caſſiani Abbatis ad Leontium de Patribus Scetenſibus, *Vita Xenophontis ejuſque Conjugis Mariæ & filiorum Joannis & Arcadii*. Vide me Tomo 2. Bibl. Orient. pag. 511. unde confirmatur conjectura cl. Falconii circa Acta horum Sanctorum: „ Bollandus dat etiam „ Acta ex Græcis, quæ falſo quis tribuerit Metaphraſti: ſunt „ enim ferme ab æquali, non quinti, ſed ſexti ſæculi „. Certe Metaphraſtes, quando hæc Acta in Arabicum è Græco translata fuerant, nondum natus erat.

XXVII.

Translatio Reliquiarum S. Joannis Chryſoſtomi.

Uterque Vaticanus: *Translatio Joannis Chryſoſtomi*. Slavicus noſter: *SS. Martyrum Presbyteri Ananiæ, & Petri clavium Cuſtodis, & aliorum* VII. *militum, & Relatio Reliquiarum Sancti Joannis Chryſoſtomi*. Papebrochius: *Relatio Corporis Sancti Joannis Chryſoſtomi*. Repræſentantur duo Clerici Arcam, in qua Corpus Sancti Joannis pannis involutum jacet, deferentes, Patriarcha Proclo ſubſequente, & Imp. juniore

Digitized by Google

Theodoſio in porta Civitatis ſacrum Corpus excipiente. At in Capponianis Tabulis, adſtante Imperatore, a Patriarcha & Clericis, Corpus ſacrum deponitur. Græci in utroque Menologio agunt de Translatione Reliquiarum Sancti Joannis Chryſoſtomi hac die, cum Synaxario. In Baſiliano, duo Clerici Corpus deferunt præcedentibus aliis cum cereis, occurrente Patriarcha cum thuribulo, & Imp. Theodoſio, juxta Eccleſiam Apoſtolorum, ubi depoſitum dicitur. In Cod. Baſiliano agitur etiam de SS. Martyribus Anania Presbytero, Petro clavium Cuſtode, & aliis ſeptem Martyribus ſub Diocletiano Imp. & Maximo Præfecto: de his tamen in Menæis ad diem 26. antecedentem, cum Synaxario. De Translatione Reliquiarum Sancti Joannis Chryſoſtomi: *ἀλλὰ πῶς ἂν τις ἡμᾶς ἀπαλλάξει αἰτίας καὶ μώμων*. Alia auctore Conſtantino Porphyrogenito. *τί τερπνότερον τοῦ νῦν ὁρωμένου θεάματος*. Alia auctore incerto; *ἧκεν ἡμῖν ἡ λαμπρά*. Alia Coſmæ Veſtitoris: *ἥκουσαι πάντως ἡμῖν, ὦ φιλόχριςος πανήγυρις*. Falconius perperam legit Ruthenice: „ Dreneſenie „ Moſtei Sviatsho JoannaZlatonſtho,pro,PrenecenieMoce Svia„ tago Joanna Zlatovſtago „: *Translatio Reliquiarum S. Joannis Chryſoſtomi*. Poſſevinus ab hac die 27. uſque ad 31. hujus, ordinem Kalendarii Ruſſici pervertit: ſic enim ſcribit: „ 27. Sancti Patris Euchemii (*pro Ephræmi*) 28. S. Mart. Ignatii. „ 29. Trium Sanctorum, ideſt, Baſilii Magni, Gregorii Theologi, & Chryſoſtomi. 30. S. Patris Chryſoſtomi. 31. Sanctorum Cyri & Joannis „. Quum Chryſoſtomum deberet collocare ad 27. Ephræmum ad 28. Ignatium ad 29. Baſilium, Gregorium, & Chryſoſtomum ad 30. & Cyrum atque Joannem ad 31.

XXVIII.

EPHRÆM.

Primus Vaticanus, *Ephræm Syri*. Secundus vacat. Noſter Slavicus: *S. P. N. Ephræm Syri*. Papebrochius: *Ephræm*. Et addit: „ Poſſevinus Euchremium corrupte appellat, & diei „ præcedenti adſcribit, in eo qui ſubſequitur Sancto ſimiliter „ anticipando, die uno aberrans „. Græci in utroque Menologio, *τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἐφραὶμ τοῦ Σύρου*, *S. P. N. Ephræm Syri*. Latini in Martyrologio Romano ad diem 1. Februarii: de quo vide Adnotationem Baronii, quæque nos ad primum, ſecundum, & tertium tomum Operum Græco Latinorum ejuſdem,

Digitized by Google

dem, ex Græcis, Syris, & Latinis de ipſo collegimus. Huc reſpexit cl. Falconius ad hanc diem ſiç ſcribens: *Vitam autem ejus & opera, Syrus modo edidit Aſſemanus*. In Tabulis noſtris Capponianis depictus cernitur habitu monaſtico cum cucullâ in capite. In Papebrochianis Crux cucullæ imponitur, ſtola è collo ſub pallio clauſo pendente, quaſi ſimul Monachus & Presbyter fuerit: nam in Martyrologio Romano *Diaconus Eccleſiæ Edeſſenæ dicitur*. In Menologio Baſiliano repræſentatur jacens in lecto tamquam mortuus, nudo capite, Presbytero Monacho more Syrorum induto thuribulum gerente, atque ad caput Sancti ſuffumigante, duobus aliis ad pedes exequias celebrantibus. Ut vero ſemel dicam de Cruce cucullæ impoſita, placet verba Papebrochii, not. ad 17. Januarii repetere: „ Nota Crucem caputio impreſſam, & recordare S. Pachomii, de quo Palladius: *Fecit autem eis*, Monachis ſcil. Tabenneſiotis, a ſe inſtitutis, *cucullas .... quibus juſſit imponi figuram Crucis purpureæ*: quod hodieque a Moſcis religioſe ſervari, probant eorum Hagioptycha, coloribus expreſſa, ſic ut caputia nigra, Cruces nunc in medio, nunc utroque in latere rubræ ſint. Non ita Sculptor Barbarus, ſed Monachis quandoque alta caputia reliquit (fortaſſis non ſine cauſa nobis (*a*) ignota) ſæpius etiam Cruces neglexit; noſter exemplum ſequi juſſus eſt; neque cauſa uniformitatis, incertum an neceſſariæ quidquam mutare.

XXIX.

IGNATIUS.

Uterque Vaticanus, *Translatio Ignatii*. Noſter Slavicus: *Memoria Relationis Reliquiarum Sacromartyris Deiferi Ignatii*. Papebroch. *Ignatius*: additque, *Antiochenus Epiſcopus*. Menologium Græcorum cum Baſiliano: ἡ ἀνακομιδὴ τῶ λειψάνυ τῶ ἁγίυ ἱερομάρτυρος Ἰγνατίυ τῶ Θεοφόρυ: *al.* Πατριάρχυ Ἀντιοχείας: *Translatio Reliquiarum Sacroſancti Martyris Ignatii deiferi*, al. *Patriarchæ Antiocheni*. In Baſiliano Arca clauſa defertur a duobus Clericis, præcedunt Presbyter cum thuribulo & libro clauſo, & alii Clerici cum cereis, ad Eccleſiam procedentes. Capponianæ & Papebrochianæ tabulæ exhibent Ignatium habitu Pontificio cum Omophorio, & libro clauſo ad pectus, dextra

a Metropolitani in Moſcovia caputia alba geſtant, & loco Crucis, in eorum medio depictus eſt Seraphinus.

benedicentem. De Translatione Synaxarium in utroque Menologio. Acta Græce: Ἄρτι Τραϊανοῦ τὰ τῆς Ῥωμαίων βασιλείας: Latine apud Sur. & cum notis apud Bolland. 1. Febr. Græce & Lat. in Patribus Apoſtolicis Cotelerii. Encomium ejus, auctore Jo: Chryſoſt. οἱ πολυτελεῖς καὶ φιλότιμοι. Tom. 5. Savil. pag. 498. & Tom. 2. edit. novæ Montfauconianæ pag. 592. In Codice MS. membraneo Syriaco, exarato anno Græc. 1012. Chriſti 701. exſtat Severi Epiſcopi Antiocheni (hæretici illius Monophyſitarum anteſignani) homilia 65. *de SS. Baſilio & Gregorio, additis in fine laudibus S. Ignatii Theophori*. Item homil. ejuſdem Severi 84. de Baſilio magno & Gregorio Theologo, habita de more in templo Theophori martyris Ignatii. Et in Cod. Syriaco exarato anno Græc. 874. Chr. 563. Ind. 4. ejuſdem Severi hom. 116. de SS. Baſilio & Greg. Theologo, & Hom. 102. de iiſdem. Vide me Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 571. & 572.

Culcinius in Specim. pag. 1. addit ad hanc diem XXIX. Januarii S. *Laurentium Monachum Pieczarenſem*, de quo ex vitis Patrum Crypteniium hæc narrat. „ Laurentius alumnus Monaſterii Pieczarenſis ſeu Crypteniis ad Kioviam, ac Monachus „ egregius, cupiens perfecte ſervire Deo, voluit ſe includere „ exiguæ cellæ. At non permittentibus id ipſi non nullis mo„ nachis, tranſtulit ſe cum benedictione Hegumeni ad mona„ ſterium S. Demetrii Martyris, ibidemque parvam cellulam „ nactus, in jejuniis ac orationibus multo tempore perſevera„ bat; præditus idcirco dono ſanandi morbos, profuit plurimis „ infirmis. Adductum quadam die virum, quem ſæviſſimus „ dæmon torquebat, juſſit Laurentius duci ad monaſterium „ Crypteaſe; quumque jam traheretur vir ille, dæmon cæpit „ inclamare: Quonam me ire jubes? ad Cryptas? at ego acce„ dere illuc non audeo, tum propter mortuos, qui ibidem „ quieſcunt; tum propter nonnullos viventes, quos ego valde „ timeo. Interrogatus vero, quoſnam timeret? nam centum „ quinquaginta octo monachi tunc erant: reſpondit. Triginta „ ſunt qui me perterrent: cum reliquis vero certamina duco. „ Hæc vociferans, cœpit recenſere nomina eorum, quos per„ timeſcebat, Monachorum, variiſque loqui linguis: Duxerunt „ tamen reluctantem hominem ad Cryptas: quumque intraviſſent Eccleſiam, erupit illico cum magno fremitu Dæmon, „ liberumque hominem reliquit; qui quum rogaretur, a quo

„ fue-

„ fuerit ſanatus? intuens thaumaturgam Deiparæ Imaginem, „ reſpondit, Hæc me Domina, precibus Laurentii, & triginta „ aliorum Patrum, liberavit. Actæ ſunt gratiæ beatæ Virgini „ ab omnibus præſentibus. Porro Laurentius ornatus virtutibus ac veneranda canitie, diem clauſit extremum circa an„ num 1200. „ Fit ejuſdem Laurentii Commemoratio in Anthologio Ruthenico & in Uſtavo, uti idem Culcinius teſtatur.

XXX.
HIPPOLYTUS.
BASILIUS.
JOANNES.
GREGORIUS.

Vaticanus uterque hac die vacat. Slavicus noſter: *Inventio Venerabilium Reliquiarum S. Clementis Papæ Romani*. Papebroch. *Hippolytus*, *Baſilius*, *Gregorius*, *Joannes Chryſoſtomus*. Omnes in habitu Pontificali, cum Omophorio & libro ad pectus plicato, dextra benedicentes. In Menologio Baſiliano agitur de *S. Hippolyto Papa*, ut vocatur, *cum Sociis*, non hac die, ſed 29. antecedenti: hac vero die 30. *de Barſimæo Epiſc. & de Theophilo juniore*. At Menologium Græcorum ad hanc diem 30. de *Hippolyto*, qui *Papa Romæ* dicitur, & Sociis: necnon de *SS. Baſilio*, *Gregorio*, *& Jo: Chryſoſtomo*: quorum feſti cauſa in Synaxario refertur, quemadmodum etiam obſervat ad 30. hujus pag. 71. Culcinius, in hæc verba. „ De feſto (*a*) trium Ec„ cleſiæ Græcæ Doctorum, extat prolixum in meo Anthologio „ (*adde & in Menæis Græcis*) Synaxarium, cujus hic do breve „ compendium. Imperante Cæſare Græcorum Alexio Comne„ no, qui ſucceſſit Nicephoro Botaniatæ (*imperavitque ab anno* 1081. *uſque ad annum Chr.* 1118.) exorta eſt quæſtio Con„ ſtantinopoli inter eruditos, quiſnam ſit dignior in Eccleſia „ Dei ex tribus Doctoribus? utrum Baſilius magnus? an Gre„ gorius Nazianzenus? an Joannes Chryſoſtomus? Creſcente „ altercandi ſtudio, diviſere ſe in tres partes eruditi; & qui„ dem Baſilitæ Baſilium potentem ore ac calamo prædicabant: „ Gregoritæ Gregorium ſublimem Theologum exaltabant: „ Joan-

(a) Mirari ſubit, in Calendario Ruſſico, quod ſingulis annis Petropoli imprimitur, nullam fieri hujuſce feſti trium doctorum mentionem, ſed ad 30. Januarii ſolum Hippolytum coli, ſic: *Ippolita*.

„ Joannitæ aurei oris eloquentiam extollebant. Hæc igitur
„ quæſtio dum magnis ſtudiis ab eruditis diſcutitur, en cito diſ-
„ ſolvitur ab ipſiſmet divis Doctoribus, qui apparentes Joanni
„ Euchaitarum Metropolitæ, non ſomnolento, ſed vigili, di-
„ xere: noveris, nos tres eſſe ac unum coram Deo, nec ullam
„ dari inter nos præeminentiæ aut honoris differentiam. Qua-
„ propter dic partibus de nobis controvertentibus, ut ſileant,
„ pacemque, pro qua nos Deum precamur, colere ſtudeant.
„ Tu vero cura, ut ad firmandam inter fideles concordiam,
„ memoria noſtra uno die celebranda inſtituatur. Hoc enim
„ modo cognoſcent omnes, quod ſimus pares apud Deum.
„ Vale frater, & pax Dei ſit tecum. His dictis evanuerunt ex
„ oculis divi Antiſtites. Joannes vero Epiſcopus divulgans ha-
„ bitam revelationem, & partes controvertentes ad concor-
„ diam reduxit, & ut feſtum trium Doctorum inſtitueretur,
„ omnem conatum adhibuit. Quum vero adhuc quæreretur,
„ quænam dies foret aſſignanda huic feſto, Præſul Euchaitenſis
„ conſiderans menſem Januarium continere memorias omnium
„ trium Doctorum, videlicet, die 1. Baſilii magni, die 25.
„ Gregorii Nazianzeni, die 27. Joannis Chryſoſtomi; dixit
„ ſuam ſententiam, ut in eodem menſe novum Feſtum inſtitue-
„ retur, propoſuitque diem trigeſimam Januarii. Atque hoc
„ modo cum publico plauſu urbis totius ſancita fuit ſynodaliter
„ nova feſtivitas, quam Præſul Euchaitenſis ornavit proprio
„ officio, compoſuitque Veſperas magnas & parvas, duplicem
„ in Matutino Canonem, cæteroſque ſacros Hymnos. Hacte-
„ nus Synaxarium de hodierno feſto, quod colitur in meo An-
„ thologio, ſolemni Officio, quodque inter Feſta de Præce-
„ pto Synodus Zamoſciana (*anno* 1720. *in Polonia celebrata*)
„ inſeruit „. Hæc Culcinius. Additur in Græco Synaxario
deſcriptio habitus & oris trium horum Doctorum: id quod ex Picturis Conſtantinopoli exſtantibus hauſtum fuiſſe videtur. Porro Joannem Euchaitenſem anno 1054. floruiſſe, ſcribit Caveus in hiſt. Liter. ejuſque ſcripta recenſet, in quibus *Orationem Encomiaſticam in tres SS. Patres, Baſilium magnum, Greg. Theologum, & Jo: Chryſoſtomum*, cujus initium; πάλιν Ἰωάννης ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς, Cod. Vindobon. Theol. CXLIV. num. 6. fol. 217. Item vitam *S. Euſebiæ* apud Euchaitas in magna veneratione habitæ, *& vitam S. Theodori junioris in Chiliocomo*.

Nota-

Digitized by Google

Notabilis eſt *Inventio Reliquiarum S. Clementis Papæ Romani*, quæ hac die 30. Jan. recolitur in Codice noſtro Slavonico. Baronius ad 23. Nov. de S. Clemente Papa: „ De translatione ejus corporis (inquit) Romam facta per S. Cyrillum „ Epiſcopum Slavorum [leg. *Apoſtolum Slavorum*; *nam Epiſcopus non fuit*) legitur hiſtoria in Breviario Polonorum. „ Idem teſtatur Petrus in Catal. lib. 10. cap. 98. in fine, & ante hos Leo Oſtien. in Chron. Caſinen. De S. Clementis Translatione firmius teſtimonium illud putamus, quod ex epiſt. „ Anaſtaſii Bibliothecarii ad Carolum Regem accipitur, data „ Kalendis Apr. Indict. VIII.; ubi hæc verba: Vir magnus, & „ Apoſtolicæ vitæ præceptor Conſtantinus Philoſophus Romam ſub venerabilis memoriæ Hadriano juniore Papa venit, „ S. Clementis corpus ſedi ſuæ reſtituit. Hæc Anaſtaſius oculatus teſtis „. Adde teſtimonium hujus Codicis Slavici, ex quo conſtat, apud Slavos Græci Ritus Translationem hanc paulo poſt ejuſdem Conſtantini ſeu Cyrilli, ejuſque fratris Methodii Epiſcopi ætatem cultam fuiſſe: quod nemo hactenus obſervavit.

XXXI.

CYRUS.
JOANNES.

Vaticanus uterque: *Cyri & Joannis*. Slavicus noſter: *SS. Thaumaturgorum Cyri & Joannis*. Papebroch. *Cyrus*. *Eudoxia*. *Athanaſia*. *Theodoſia* (leg. *Theodote*) *Theoctiſte*. *Joannes*. Addit: „Inter ſanctos Cyrum & Joannem, media Athanaſia „ cum tribus filiabus, cum iiſdem ab illis ad mortem pro Chriſto ferendam fuit animata „. Græci in utroque Menologio colunt SS. Thaumaturgos & Anargyros *Cyrum & Joannem*, necnon *Athanaſiam* cum filiabus *Theodota*, *Theoctiſta*, & *Eudoxia*. Latini in Martyr. Rom. ad 31. hujus, agunt de Cyro & Joanne. quorum tamen in Actis, Martyrium ſubiiſſe dicuntur tres Sanctæ Virgines *Theodota* (quam Baron. Theodoram vocat) *Theoctiſte*, *& Eudoxia*, *cum matre Athanaſia*. Porro Acta Cyri & Joannis Anargyrorum & Thaumaturgorum Martyrum, auctore Sophronio Monacho Sophiſta Monaſterii S. Theodoſii in Eremo prope ſanctam Civitatem, poſtea Archiepiſcopo Hieroſolymitano: Græce: *ἄλλος μὲν ἄλλως τοὺς ἁγίους τιμήσωσαν*. Præmittitur *προθεωρία*, cujus initium: *Ὀφθαλμῶν ἀῤῥωστίας*. Hujus, ut notat Allatius, mentio in VII. Synodo Act. IV. Latine:

Cyrus

Digitized by Google

Cyrus ille clara Stella Martyrum: apud Sur. 31. Jan. Vide Baron. in not. ad hanc diem: ubi laudat Acta Tranſlationis eorum ex Alexandrina urbe Romam: & ex Cod. S. Mariæ ad Martyres Acta prædictorum Martyrum, auctore Petro quodam, qui ea ſcripſit, rogante Gregorio Joannis Conſularis filio.

MENSIS FEBRUARIUS.

I.

TRYPHON.

CODEX Vaticanus Ruſſicus primus: *Tryphonis Mart.* Secundus vacat. Slavicus noſter: *Paſſio S. Martyris Tryphonis*. Ita & Poſſevinus. Kalendarium Moſcoviticum: *Muc. Tryphona*, *Mart. Tryphonis*. Papebroch. *Tryphon.* Menol. Baſilianum: *ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος* Τρύφωνος: *certamen S. Martyris Tryphonis*. Menologium Græcum, Προεορτία τῆς ὑπαπαντῆς τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Τρύφωνος: *Dies ante feſtum Occurſus Domini, Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti: & S. Martyris Tryphonis*. De quo habetur Synaxarium in utroque Menologio. A Latinis colitur Tryphon, unacum Reſpicio & Nympha Virg. ad 10. Nov. vide notas Baronii. Tryphonis (non *Campſadenſis*, uti per Typographi errorem vocatur apud Fabric. Biblioth. Græc. Tom. IX. pag. 151. ſed *Lampſacenſis*) Martyris ſub Decio Acta *ὁ βίος τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μάρτυρος*, Lamb. Tom. VIII. p. 72. Alia: *τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος*, Lambec. Tom. VIII. pag. 72. Latine apud Sur. 2. Febr. Alia auctore Theodoro Laſcari Duca: Κρῖνα *ἐξ ἀγρῶν καὶ ῥεύματα ἐκ πηγῆς*. Auctore Leone Imperatore: *μάρτυρος παραγέγονε μνήμη*.

II.

OCCURSUS DOMINI.

Uterque Vaticanus cum noſtro Slavico: *Occurſus Domini*. Ita & tabulæ Papebrochianæ. Kalendarium Moſcoviticum: *Strietenie Goſpodne*, *Occurſus Domini*: Papebrochius Latine: *Delatio Jeſu Chriſti in Templum*, ſenſum nempe, non verba exprimens. Ita & Poſſevinus: *Purificationis B. Mariæ Virginis*, uti a Latinis, non uti a Ruthenis & Græcis vocatur. Menologium utrumque: *ἡ ὑπαπαντὴ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ*, *Occur-*

ſus

Digitized by Google

ſus D. N. Jeſu Chriſti, cum Synaxario. In Tabulis Capponianis, Joſepho & Maria ſtantibus in Templo, Simeon ſenex Puerum Jeſum in ulnas accipit, cum lemmate $\overline{\text{IC}}$ $\overline{\text{XC}}$ CIMEΩN, *Jeſus Chriſtus*, *Simeon*. Papebrochianæ repræſentant ex una parte Annam, & Simeonem Jeſum ſtantem ambabus manibus geſtantem. In Jeſu Chriſti præſentationem in Templo, Hypapantem ſive Occurſum Domini, Fabricius Tom. IX. Bibl. Græc. laudat Græcas orationes, I. Heſychii Presb. Hieroſol. II. Germani Patriar. Conſtantinopolitani, Lambec. VIII. pag. 52. & 387. III. Heſychii, ſive ut alii, Timothei Presb. Hieroſol. 4. Chryſoſtomi, Lambec. IV. pag. CXI. VIII. pag. 73. inter Spuria Chryſoſt. Tom. 2. novæ edit. pag. 812. IV. ejuſdem Chryſoſt. Bibl. Coislin. pag. 181. V. Nyſſeni Græc. Lat. Tom. 2. pag. 876. VI. Methodii Pataren. Epiſcop. VII. Anaſtaſii Antiocheni. VIII. Jo. Zonaræ. IX. Cyrilli Alex. Bibl. Coisl. pag. 388. X. Amphilochii Epiſcop. Icon. Græc. Lat. Tom. 2. apud Combefiſ. pag. 73. XI. ejuſdem Amphilochii: Græc. Lat. ibid. pag. 36. XII. Athanaſii Alex. Græc. Lat. in Auctario novo Combefiſ. Tom. I. pag. 498. ſub nomine Georgii Nicomedien. Bibl. Coisl. pag. 388. XIII. Macarii Chryſocephali Philadelphien. Bibl. Coisl. pag. 181. XIV. Timothei Presbyt. Hieroſol. Lambec. VIII. pag. 74. Græc. Lat. Tom. 2. Auctarii Ducæani Bibl. Patrum pag. 844. XV. Cyrilli Hieroſol. (in aliis, Alexandrini,) Lambec. IV. pag. 134. VIII. pag. 174.) Græc. Latin. in Auctario Ducæano Tom. 2. XVI. Leonis Imperat. Græc. Lat. in Auctario novo Combefiſ. Tom. I. pag. 1639. XVII. Modeſti Hieroſol. in ὑπαπαντὴν, apud Photium Cod. 276. Vide Bibliothecam Concionatoriam Combefiſii Tom. VI. pag. 173. & ſeq.

III.

SIMEON.

ANNA.

Primus Vat. Ruſſicus: *Simeonis & Annæ*. Secundus Vat. *Simeonis juſti*. Slavicus noſter. *S. Simeonis Deum excipientis*. Kalend. Moſcovit. *Sbatago Symeona*, *S. Symeonis*. Papebroch. *Simeon*. Poſſevinus; *S. Simeonis*. Græci in Menologio: τοῦ ἁγίου καὶ δικαίου Συμεὼν τοῦ Θεοδόχου, καὶ Ἄννης τῆς Προφήτιδος, *Sancti & Juſti Simeonis Deum excipientis, & Annæ Propbetiſſæ*. Baſilianum, in quo & Synaxarium, pro Θεοδόχου, habet, τοῦ δεξαμένου τὸν κύριον ἐν ταῖς ἀγκάλαις αὐτοῦ, *qui excepit Dominum*

num in ulnas ſuas. Latini de Anna quidem agunt, 1. Septembr. de Simeone vero, 8. Octobris. De utroque exſtat ſermo Græcus Simeonis, qui ſe ταπεινὸν, ideſt humilem, appellat, quique Abbas fuit S. Mamantis in Xylocirco, ſeu Xerocirco. initium:- τὴν πρὸς τὰς ἀγαθὰς τῶν ὁμοδούλων. Altera Leontii Neapoleos Cypri Epiſcopi: εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοί. Græc. Lat. Tom. 1. Auctarii Combefiſiani pag. 682.

IV.

S. Isidorus.

Uterque Vaticanus cum noſtro Slavico vacant ab hac die uſque ad VIII. hujus. Poſſevinus: *S. Patris Iſidori*. Kalend. Moſcovit. *Prepod. Iſidora*, *S. Iſidori*. Papebroc. *Iſidorus*: *Nicolaus*; uterque habitu monaſtico & Presbyterali. Menologium Græcum: τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἰσιδώρου τοῦ Πηλουσιώτου *S. P. N. Iſidori Peluſiotæ*; & τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Νικολάου τοῦ Ὁμολογητοῦ τοῦ Στουδίτου *S. P. N. Nicolai Confeſſoris*, *Studitæ*. De utroque Synaxarium. At in Menolog. Baſiliano, *de Iſidoro Peluſiota*, tantum: quamquam Pictura num. 370. pag. 159. videtur repræſentare *Nicolaum Studitam*, genu flexo orantem, emiſſo e divina manu in aëre prodeunte ad ipſius caput radio, omiſſo tamen & nomine & Synaxario. Hujus Studitæ Nicolai vita extat, auctore monacho Studita Græc. Latin. Tom. 2. Auctar. novi Combefiſ. pag. 890. initium: οἱ τοὺς Ὀλυμπίους ἀγῶνας „. De Iſidoro Peluſiota agitur in Martyr. Rom. ad hanc diem: De quo Baron. in notis: „ Fuit hic S. Joannis Chryſoſtomi diſcipulus, & celebris inter Eccleſiaſticos ſcriptores Græcos. Extant ejuſdem Iſidori Peluſiotæ tres libri Epiſtolarum, nuper a Billio Latinitate donati, & Pariſiis impreſſi „. Cætera. De ejus ſcriptis conſule Caveum edit. novæ pag. 230. ubi eum longe plura ſcripſiſſe oſtendit.

V.

Agatha.

Kalendarium Moſcoviticum: *Muceniczi Agathiy*, *Martyris Agathæ*: Papebrochius *Agatha*, Virgo nempe & Martyr, de qua Græci & Latini hac die, cum Synaxario: & Baronius in notis. Pro *Agatha*, Poſſevino ab inepto interprete obtruſum eſt nomen *S. Martyris Agapii*. In Ephemeridibus noſtris & Papebrochianis, АГАШІА *Agatia* vocatur, unde ex ſimilitudine literæ ш cum п, factum puto, ut, *Agapia* Poſſevino diceretur.

Digitized by Google

retur. Porro S. Agathæ vita, Βασιλεύοντος ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ Δεκίου, Latine, Gentiano Herveto interprete apud Surium v. Febr. & ex verſione Davidis Hevxtovii cum Godefridi Henſchenii notis, in Actis Sanctorum Tom. I. Februar. Græce habuit Rosweidus. Apud Lambec. Tom. VIII. pag. 81. MSS. incipit: Βασιλεύοντος Δεκίου τοῦ παρανόμου Καίσαρος. In S. Agathæ feſtum ejuſque diſcipulas, auctore Michaële Pſello: οὐ τὰ σπουδαῖα μόνον αἱρεῖται. De aliis Actorum laudumque S. Agathæ Scriptoribus, vide Henſchenium v. Febr. & Hanckium de Scriptoribus Hiſt. Byzant. pag. 453. Necnon Combefiſii Bibliothecam Concionatoriam Tom. VI. pag. 126.

VI.

BUCOLUS.

Kalend. Moſcoviticum: *Sbatago Bukola*, *Sancti Bucoli*. Papebrochius, *Bucolus*. Poſſevinus ad hanc diem, *S. Patris Parthenii*, & ad ſequentem, *S. Patris Ucolii*; utrumque minus recte: Nam *Parthenius* colitur a Ruſſis & Græcis ad VII. Febr. Quem autem Poſſevinus perperam vocat *Ucolum*, is ad diem VI. hujus pertinet, & *Bucolus* dicendus eſt. Græci in utroque Menologio, τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν Βουκόλου, ἐπισκόπου Σμύρνης *S. P. N. Bucoli Epiſcopi Smyrnæ*, & S. Joannis Apoſtoli Diſcipuli: cum Synaxario: de quo Latini nihil habent.

VII.

PARTHENIUS.

S. LUCAS.

Kalend. Moſcovit. *Prep. Parthenia*, *S. Parthenii*. Poſſevinus: *S. Patris Parthenii*, ad diem antecedentem, per errorem. Papebrochius: *Parthenius*, tantum. Menologium utrumque: τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν Παρθενίου ἐπισκόπου Λαμψάκου, *S. P. N. Parthenii Epiſcopi Lampſaci*, cum Synaxario: Græci etiam de Luca his verbis: καὶ τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Λουκᾶ, τοῦ ἐν τῷ Στηρίῳ τῆς Ἑλλάδος. *S. P. N. Lucæ, in Sterio Helladis*, cum Synaxario. Latini de utroque nihil. Parthenii Epiſc. Lampſaceni ſub Conſtantino Magno clari vita: πόθῳ καὶ ἀγάπῃ κινούμενος ἐγὼ ὁ ἁμαρτωλὸς Κρισπῖνος, Auctore Criſpino qui ſe Parthenii diſcipulum profitetur: MS. Lambec. VIII. pag. 82. Latine apud Surium & Bollandum VII. Febr. De Sancto Luca hæc Falconius pag. 67. „ Natus in Hellade (*ideſt*, *Græcia*) ex pa-
„ rentibus Æginetis (in quam inſulam ob Hagarenos fugerant)

„ non ſolum carne, ſed caſeo etiam abſtinuit, panem veſcens „ ordeaceum, & aquam bibens: fit monachus, & ſancte obiit. „ Acta Græca Combefiſius invenit in Regia (*a*) Medicea, & „ communicavit Bollando die 19. Nov. 1651. Ea autem Græ„ colatine dedit Bollandus, & ſunt ſincera, quod ea ſint a di„ ſcipulo & comite itinerum ejus. Menologium Baſilii Lucam „ iſtum non habet, quod ſit anterius ipſo. Tres Sanctos Lucas „ accurate diſcriminat Bollandus: Siculum ad montem Ætnam, „ qui obiit anno 828. die 6. Novembris. Lucam hunc junio„ rem, qui hac die obiit anno 945. & alterum eo juniorem, qui „ Stylita obiit anno 946. die undecima Decembris „. Addere debuit quartum Lucam, de quo in Menæis ad 7. Septembris: *τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τελεῖται ἡ κοίμησις τοῦ ὁσίου Λουκᾶ τοῦ ἐκ τῆς λυκαόνων ἐπαρχίας, τρίτου δὲ ἡγουμένου τῆς μονῆς τοῦ σωτῆρος τοῦ ἐπιλεγομένου βαθέως Ρύακος*, *eadem die recolitur obdormitio Sancti Lucæ, qui ex provincia Lycaonum fuit, tertius autem præpoſitus monaſterio Salvatoris, nuncupati profundi Rivi*. Porro hujus monaſterii, *profundi Rivi* appellati, fundator *Baſilius* primuſque Abbas fuit, ſecundus *Ignatius*. Baſilii commemoratio ad 1. Julii, ſine Synaxario: *Ignatii* vero ad 27. Septembris, cum Synaxario: ubi dicitur ſub Imp. *Nicephoro & Joanne* claruiſſe, ideſt, inter (*b*) annum 963. & 975. Fabricius Biblioth. Græc. Tom. IX. pag. 107. de S. Luca juniore in Hellade: *Hujus vita*: *ὁ καλὸς τὰ πάντα καὶ μέγας Λουκᾶς*, auctore incerto; Græce & Latine Tom. 2. Auctarii novi Combefiſiani pag. 970.

VIII.

MARTYR THEODORUS.

ZACHARIAS.

Codex primus Vaticanus Ruſſicus: *Zachariæ Prophetæ*. Secundus: *Theodori militis*. Noſter Slavicus vacat. Kal. Moſcovit. *Muc. Theodora*: Mart. Theodori. Papebrochius: *Zacharias*: *Theodorus Stratilates*. Poſſevinus: *S. Mart. Theodori*. Menologium Baſilianum: *Sancti & glorioſi Prophetæ Zachariæ, unius* ex

a Aut dicere debuit *in Regia Pariſienſi, & Medicea Florentina*, aut *in Medicea* dumtaxat.

b Nicephorus Phocas imperavit ab anno 963. ad 969. Joannes autem Zimiſces ab exeunte 969. ad 10. Jan. 976. Apud Falconium pag. 11. de Ignatio Abbate monaſterii *Salvatoris*, quod dicebatur *Profundi Rivi*, recte quidem illud ſitum dicitur in ſecunda Cappadocia, ſed per errorem typographi Nicephorus Phocas & Joannes Zimiſces imperaſſe perhibentur *ab anno 963. ad 985.*

Digitized by Google

ex XVI. *Prophetis. Sancti magni Martyris Theodori, militum Ducis, in Euchaitis.* Menologium Grecorum: τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Θεοδώρου τοῦ Στρατηλάτου, καὶ τοῦ ἁγίου Προφήτου Ζαχαρίου. *Sancti magnique Martyris Theodori Stratilatæ: & Sancti Prophetæ Zachariæ.* Synaxarium de utroque. Latini agunt de Theodoro Duce ad VII. Febr.; de propheta vero Zacharia, ad 6. Septembris. Baronius not. ad VII. Febr. de Theodoro ductore militum, qui Licinio imperante paſſus eſt: „ Alius eſt
„ item (inquit) Theodorus, qui ad differentiam hujus, cogno-
„ mento dictus eſt Tyro, de quo pluribus acturi ſumus ad diem
„ 9. Novembris. Ob nominis tamen convenientiam alter pro
„ altero acceptus aliquando reperitur. Hujus res geſtas ab
„ Augaro quodam, qui ſpectaculo præſens fuit, conſcriptas re-
„ citat hac die Metaphraſtes, quas retulit Lipom. in Tom. V. &
„ Surius in Tom. I. „ Idem Baron. de Theodoro altero, Tyrone dicto, qui tempore Maximiani, Amaſeæ in Ponto paſſus dicitur, ad 9. Novemb. hæc obſervat: „ De eodem Beda,
„ Uſuardus, Ado, & alii Latinorum: Græci autem XIII. Kal.
„ Martii in Menol. & in Conſtit. Emmanuelis Imper. Hic ab eis
„ dictus eſt Theodorus Tyro, ad differentiam Theodori Ducis;
„ appellatus eſt & Amaſenus ob locum, ubi paſſus eſt; dictus
„ & Euchaita, a civitate, in quam ejus corpus translatum eſt,
„ quæ ab eodem poſtea nominata eſt Theodoropolis a Joanne
„ Zemiſce Imperatore, qui ob ingentem victoriam ejus preci-
„ bus habitam, eidem ampliſſimam erexit Baſilicam, annuam-
„ que celebritatem auxit, ut ſcribit Zonaras in 3. Part. Annal.
„ in Joan. Imper. & Cedren. in compend. in eodem. *Et mox*,
„ Hujus res geſtas ac præclarum Martyrium deſcripſit Meta-
„ phraſtes die 17. Febr. *Et poſt pauca*. Erat celebris peregrina-
„ tio in Oriente Euchaitam ad S. Theodorum, de qua Pratum
„ Spirituale cap. 180. „ Quibus verbis Emus Baronius in eum errorem incautus incidit, cujus erroris alios inſimulat, inquiens:
„ ob nominis convenientiam alter Theodorus pro altero acce-
„ ptus aliquando reperitur „. Non enim ad Theodorum Tyronem, de quo agitur apud Græcos die 17. Febr. & apud Latinos die 9. Novembris, ſed ad Theodorum Stratilatem ſeu militum ductorem referri debet id, quod „ de Euchaitis ſcribitur,
„ in eam videlicet urbem translatum fuiſſe ejus corpus, quæ
„ urbs ab eodem poſtea nominata eſt Theodoropolis „. Vide

Syna-

Digitized by Google

Synaxarium ad VIII. Febr. de Stratilata, & ad XVII. Febr. de Tyrone. Fabricius quoque unum Theodorum cum altero confundit, dum Tom. IX. Bibl. Græc. pag. 147. de Theodori rebus geſtis ſic ſcribit. „ Theodori Martyris (a) vita: Ἀλλ' οὐ πένθιμος ἡμῖν ὁ καιρός Auctor Joannes Euchaitorum Metropolita. *Theodori* (b) τοῦ πεζοῦ [ejuſdem cum priore] παρ' ἡμῖν δ' οὖν οὐ σπάνια τὰ καλά: Auctor idem. *Theodori* (c) *militum præfecti*, ſive *Theodori Tyronis*, Martyris, Heracleæ ſub Imp. Licinio, primo Sabbato Jejunii; ἡμεῖς ὁ τοῦ Χριστοῦ λαὸς: Gregorii Nyſſeni, tom. 2. pag. 1002. MS. Lambec. IV. p. 26. 113. VIII. pag. 86. Latine ex Zini verſione apud Surium IX. Nov. Heracleæ ſub Imp. Licinio. ὥσπερ (d) φαίνει ὁ ἥλιος τοῖς ὁρῶσιν, οὕτω οἱ περὶ τῶν μακάρων λόγοι τοῖς ἀκούουσι. Latine apud Surium VII. Febr. Auctor profitetur ſe præſentem Martyrio illi adfuiſſe, nomenque adſcribit ὁ ταχυγράφος ὀυάρος (alii Codices Αὔγαρος) νοτάριος καὶ ἀποκοδικέλλων. Vide Allatium de Simeonibus p. 115. MS. Lambec. VIII. p. 81. 376. IV. p. 124. ſeq. Cod. Barocc. 147. Μαξιμιανὸς καὶ Μαξιμῖνος (e) Βασιλεῖς ἐξαπέστειλαν διατάγματα: Auctor illo tempore vixiſſe ſe profitetur. Vide Allat. pag. 99. de Simeonibus. MS. Lambecc. VIII. pag. 86. 384. IV. pag. 64. ſeq. 96. ſeq. Cod. Baroc. 147. Μαξιμιανῷ καὶ Μαξιμίνῳ (f) τοῖς Βασιλεῦσι. Lat. apud Surium IX. Novembris, & Lipom. Μαρτυρικὴ (g) πανήγυρις σήμερον: Joannis Metropolitæ Euchaitenſium. σὺ μὲν, ὦ ἀγαθὲ, τοῦ ὑπεραγάθου δοῦλε Θεοῦ: Auctor (h) Conſtantinus Acropolita. ὡς πολὺ τὸ (i) πλῆθος τῆς χρηστότητός σου κύριε. Inter Chryſoſtomi Homilias prodiit Pariſ. 1554. 8. Sed Au-

„ ctor

a Hæc de Theodoro Stratilata ſunt intelligenda; non de Tyrone.

b Hæc etiam de Stratilata, qui in Euchaitis colebatur, & de quo Euchaitenſis Metropolita.

c Confunditur Stratilates cum Tyrone, & ex duobus unus perperam conflatur. Hæc autem Nyſſeni oratio ad Tyronem, qui Amaſeæ paſſus eſt, referri debet, quique a Græcis, primo ſabbato jejunii colitur. Vide ejus Synaxarium.

d Hæc Theodori vita de Stratilata eſt intelligenda, quam Augarus ſcripſiſſe dicitur, quæque Latine ad VII. Febr. apud Surium prodiit.

e De Tyrone agitur, qui ſub Maximiano paſſus eſt, non de Stratilata, qui ſub Licinio.

f Hæc etiam de Tyrone, non de Stratilatà.

g De Stratilata, non de Tyrone.

h De Tyrone, cujus memoria colitur Sabbato I. Jejunii, & Conſtantinopoli in Sporacii.

i De Tyrone, non de Stratilata.

Digitized by Google

„ ctor Nectarius Archiep. Conſtantinop. Latine apud Lipom. „ tom. I. & Surium IX. Novemb. Græce MS. Lambec. VIII. „ pag. 231. 349. & 86. & IV. pag. 97. 124. ſeq. Bibl. Coisl. „ pag. 401. „ Vides quas ad oram libri appoſui notas, in quibus quæ ad Stratilatam quæque ad Tyronem pertinent, expoſui. Porro de S. Theodoro Stratilata iterum agitur in Tabulis noſtris & in Menæis Grecorum ad VIII. Junii, uti mox patebit.

IX.

Martyr Nicephorus.

Uterque Vaticanus; *Nicephori Martyris*. Poſſevinus: *Martyris Nicephori*. Kal. Moſcovit. *Mucen. Nikiphora, Mart. Nicephori*. Slavicus noſter vacat. Papebroch. *Nicephorus. Marcianus*; primus Martyr, ſecundus Epiſcopus cum Omophorio: de quo idem Papebrochius: „ Marcianus Epiſc. Syracuſanus. „ Colitur a Latinis XIV., a Græcis multis XXXI. Octobris; paſſim tamen etiam hoc die, verum a multis ſub nomine *Marcelli Epiſcopi Siciliæ*. Acta Græca prolixiſſima reperimus in „ Vaticano, eademque ex Sicilia accepimus Latine reddita; „ ſed ejuſdem prorſus farinæ, cujus & alia quædam iſtic licen- „ tius fabricata; quare neque digna judicavimus, quibus Græce „ tranſcribendis ſumptus fieret „. De *Nicephoro* Græci in utroque Menologio hac die cum Synaxario; item Latini in Martyr. Rom. *Antiochiæ S. Nicephori Mart., qui ſub Valeriano Imp. capite cæſus, Martyrii coronam accepit*. Exſtant res ejus geſtæ a Metaphraſte deſcriptæ, quas Lipom. retulit tom. V. & Surius tom. I. Græce incipiunt, *κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἦν τις πρεσβύτερος*, Lambec. VIII. pag. 82. 380. Alia, *ἦν τις πρεσβύτερος ὀνόματι σαπρίκιος*, Græce & Latin. in Actis ſelectis Martyrum Theodorici Ruinarti a pag. 239. ad 245. quidquid dicat Falconius, qui hæc acta putat eſſe parænesim a bono viro propoſitam ad exemplum, ex pœna illata, ſed ficta ab eo, ut inimicis injurias facilius condonemus; concludens, *Induſtriam laudo hominis, ſed non auſum*. Ego tamen clariſſimo Falconio S. Severinæ Archiepiſcopo repono; *neque ejus induſtriam laudo, neque auſum*. De ſancto vero Marciano, hæc in utroque Menologio leguntur; *τῶν ἁγίων* Μαρτύρων Μαρκιανοῦ (*a*) *ἐπισκόπου* Σικελίας, Φιλαγρίου *ἐπισκόπου* Κύπρου *καὶ* Παγκρατίου *ἐπισκ.* Ταυρομενίου; *SS. Mar-*

a In Menol. Communi, Μαρκέλλου.

Martyrum Marciani Epiſcopi Siciliæ, *Philagrii Epiſc. Cypri*, *& Pancratii Epiſc. Tauromenii*; qui dicuntur diſcipuli fuiſſe S. Petri Apoſtoli. Horum Marcianus Syracuſanus Epiſc. a Latinis colitur die 14. Junii, Pancratius Epiſc. Taurom. 3. Apr., de Philagrio nihil. Græci vero iterum de Marciano Syracuſæ Epiſc. agunt 30. Octob. De Pancratio 9. Jul. Marciani autem Epiſcopi Syrac. φέρε τοίνυν ὦ ἠγαπημένε, auctore incerto circa annum Chr. 700. ſcriptum elogium extat Græce cum Sirmondi verſione in Actis ſanctorum ad 14. Junii tom. 2. pag. 788. Pancratii Taurom. Epiſc. ἐγένετο μετὰ τὸ ἀνηληφθῆναι τὸν κύριον, auctor fabuloſus Evagrius Monachus, laudatus Theophani Cerameo homil. 57. qui ſe Pancratii diſcipulum & comitem profitetur. Græce MS. Lambec. VIII. pag. 94. Latine vertit Sirmondus, ſed non prodiit.

X.

Charalampus.

Uterque Vaticanus cum noſtro Slavico vacant. Poſſevinus; *S. Mart. Charlampii*. Kal. Moſcovit. *Muc. Charalampia*, *Mart. Charalampii*. Papebroch. *Charalampus*. *Prochorus*.
„ Primus, *Presbyter Martyr*; Secundus, Monachus in Pieczarenſi ad Kioviam Monaſterio, teſte R. P. Ohilewicz. Vitam „ & ſanctitatis inſignia optamus ut aliquis ſubminiſtret „. Papebrochii votis fecit ſatis cl. Culcinius, qui in Specimine pag. 3. ad x. Februar. de S. Prochoro Monacho Cryptenſi hæc habet.
„ Claruit hic eximius Cœnobita circa annum 1100. In urbe „ Smolenſco nactus natales, quum eſſet jam vir annis maturus, „ abjectis ſæcularibus curis, contulit ſe ad Monaſterium Pieczarenſe prope Kioviam, & ſuſcepto habitu monaſtico, vitam „ auſteriſſimam ducere cœpit. Abſtinebat ab omni (*a*) cibo, „ victuſque erat ipſius panis durus cum aqua; maxime vero in „ deliciis habebat herbam dictam atriplex, ſeu atriplexum. „ Tenente principatum in urbe Kiovienſi Svatopelko, invaluit quodam anno atrox fames, quæ quum nimis premeret miſeram plebem, Prochorus vehementi commiſeratione motus, oravit Deum: impetravitque ab eo multiplicationem „ atriplexi in campis, montibus, ac ſilvis; quam herbam ipſe „ ſingulis diebus colligens, exſiccabat, & in farinam reducens, „ panes ex ea faciebat, quos venientibus mendicis diſtribuebat. „ Qui-

a Ab omni ſcil. lauto cibo.

Digitized by Google

„ Quicumque vero edebant hos panes, & miram in illis dulcedinem ſentiebant, & parva eorum quantitate ſaturabantur.
„ Unus e Fratribus quum aliquoties hos panes clam abſtuliſſet
„ Prochoro, ſemper expertus eſt amaros ac inſipidos; detulit
„ hanc rem Joanni Hegumeno, qui alteri Fratri præcepit, ut
„ panem ſurriperet; ſed quum Hegumenus ſurreptum panem
„ guſtaſſet, ſenſit magnam in eo amaritudinem. Miſit ergo re-
„ quirens palam a Prochoro panem atriplicineum, quem quum
„ ipſe dediſſet, & Hegumenus eundem guſtaſſet, miram repe-
„ rit in eo dulcedinem, totamque bucellam comedit. Redeun-
„ te poſt ſterilitatem frugum abundantia, alia civibus Kiovien-
„ ſibus contigit calamitas. David enim Ihori filius Princeps
„ Halicienſis & Premyslienſis infenſus Svatopelko Duci Kio-
„ vienſi, inhibuit ſuis mercatoribus, ne ſalem Kiovienſibus
„ ſubminiſtrarent. Senſit urbs tota hanc afflictionem, & vel ma-
„ xime pauperes, quibus ſumptus non ſuppetebat pro emendo
„ ſale, quem ſummo pretio nonnulli advenæ vendebant. Indo-
„ luit S. Prochorus, & cupiens juvare miſeram plebem, com-
„ paravit ad ſuam cellam magnum cineris acervum, oravitque
„ cum lacrimis Deum, ut cinis in ſalem converteretur. Exau-
„ divit Deus preces ſui ſervi, deditque cineri virtutem, ac
„ ſaporem ſalis, quem quum diſtribueret Prochorus liberali
„ manu egentibus, advenæ illi ſalis mercatores irati ſervo
„ Dei, adeunt Principem, incuſantque Monachum Procho-
„ rum, quod ſalem in ſua cella teneat, plebique diſtribuat
„ cum damno Ærarii. Princeps illico jubet auferri ſalem, & in
„ publico depoſitorio aſſervari. Factum eſt ita; ſed quum poſt
„ tres dies miniſtri Principis recognoſcerent ſalem, res mira!
„ cinerem purum, & non ſalem inveniunt. Deferunt hoc pro-
„ digium Principi; ipſe prius miratur, dein jubet ejici cinerem
„ extra portam urbis. Innotuit hæc res Prochoro, qui multos
„ accedentes ſe pro impetrando ſale, juſſit ire extra portam,
„ ibidemque ſalem accipere. Cucurrit turba virorum, puero-
„ rumque, & ecce cinis juſſu Principis ejectus rediit ad formam
„ ſalis, quem totum diripuit turba, debitaſque grates ſancto
„ Prochoro reddidit. Nunciatum eſt hoc Svatopelko Principi,
„ qui rediens ad mentem, adivit Monaſterium Pieczarenſe, &
„ venia a Prochoro impetrata, tantam poſtmodum cum eo
„ contraxit familiaritatem per frequentia colloquia, ut ſemel

Digitized by Google

„ dixerit; ſi placet, ſancte Pater, faciamus hoc pactum. Si ego „ prius moriar, tu meum cadaver tumulabis, & pro anima „ mea Deum orabis. Si vero tu mihi præmorieris, ego hiſce „ manibus meis exuvias Cryptis inferam, ac reverenter com„ ponam. Annuit huic pacto Prochorus; & quum poſt hæc Prin„ ceps collecto exercitu contra Tartaros profectus fuiſſet, Pro„ chorus interea morbo correptus, ac de ſuo proximo exitu à „ Deo præmonitus, miſit nuncium ad Principem in caſtris com„ morantem; qui intellecto, in quo verſabatur Prochorus, vitæ „ periculo, paucis ad latus hærentibus aulicis quantocius advo„ lavit. Ut vidit eum Prochorus, extemplo ſublatis in cælum „ oculis dixit; Rem laude dignam feciſti, optime Princeps, „ quia memor pacti, venire ad me moribundum non neglexiſti. „ Pro certo hanc tuam in me benevolentiam Deus tibi condigna „ ſolvet mercede. His & plurimis aliis dictis, quibus hortaba„ tur Principem ad pie vivendum, ac juſte imperandum, po„ ſtremo prędixit ipſi inſignem contra Tartaros victoriam; & „ data eidem extrema benedictione, ſuavi ſopore obdormivit „ in Domino. Svatopelkus dolens tantum amiſiſſe Patrem, „ cum uberrimis lacrimis funus curavit, & proprios ſubdens „ ſacro corpori humeros, Cryptis illud intulit, ac reverenter „ tumulavit. Poſt hæc juſta peracta, rediit ad caſtra, moto„ que contra Tartaros exercitu, fudit eoſdem, & ſpoliis onu„ ſtus, multoſque ducens captivos, domum ovans rediit. Ex „ vitis Patrum Cryptenſium, Anthologio, & Uſtavo „. Hactenus Culcinius: qui in ſerie Chronologica magnorum Ruſſiæ ſeu Moſcoviæ Ducum pag. 113. num. XVII. de Svatopolco II. loquens [quem ait ab anno 1093. ad annum 1113. regnaſſe] *Adeſt* [inquit] *de ejus pietate honorifica mentio in vita S. Prochori Pieczaren. in Specim. pag.* 3. additque num. XVIII. poſt hunc *Svatopolcum*, imperaſſe in Ruſſia *Uladimirum II.* cognomento Monomachum ab anno 1113. ad ann. 1130. „ cui [inquit] „ Alexius I. Comnenus Græcor. Imp. miſit Regiam coronam „ per Metropolitam Epheſinum Neophytum, qui eum Kioviæ „ ſolemni ritu coronavit „. Verum hunc Culcinii anachroniſmum jam notavi Tom. 4. Par. 1. cap. 1. num. 38. pag. 95. ubi oſtendi *Uladimirum* Monomachum, quem Culcinius ab ann. 1113. ad 1130. poſt Svatopolchi obitum regnaſſe perperam ſcribit, anno Chr. 1043. jam Ruſſiæ Monarcham, Conſtantinopolim obſediſſe.

Digitized by Google

ſediſſe: Proinde ad integrum antecedens ſæculum retrahenda eſt tum Prochori Monachi tum Svatopolchi Ducis ætas. Prætereà qui adverſus Svatopolcum arma ſumſiſſe *David* Halicienſis & Premyſlienſis Princeps dicitur, is non *Ibori* ſeu *Igori*, ſed *Svatoslai* filius fuit; demum a Svatopolco non cum *Tartaris*, ſed cum *Polowczis* bellum commiſſum eſt. Vide Tom.cit.4. pag. 96.

Quoad *S. Charalampum*, agunt de eo Græci in utroque Menologio cum Synaxario: *τῦ ἁγίυ μάρτυρος Χαραλάμπυς*, *Sancti Martyris Charalampi*: ubi dicitur, in urbe Magneſia Sacerdos Chriſtianorum fuiſſe, & a Luciano Præfecto martyrium paſſus unacum *Porphyrio* Lectore, & *Bapto*, (qui in Menologio Baſiliano *Dauctus* vocatur) & tribus mulieribus: idque *Severo* imperante. Fabricius tom. IX. Bibl. Græc. pag. 65. „ Charalampii, Antiochiæ in Piſidia Martyris ſub Septimio Severo: *Βασιλέυοντος τῦ κυρίυ ἡμῶν Ἰησῦ Χριςῦ*. Auctor Anonymus. MS. „ Lambec. VIII. pag. 83. Latine apud Bollandum 10. Februarii „ *Jo. Davide Heuxtovio interprete* „. Falconius ad 10. Febr. pag. 68. „ Acta indigna, & penitus fabuloſa, quæ ex Codice „ Regio primus omnium dedit Bollandus, ſcripta ſæculo bar- „ baro „. *Et poſt pauca*. Fruſtra ergo Bollandus Acta iſta il- „ luſtrare conatus eſt „. Hæc magis temere, quam vere dicta accipias, velim: illuſtranda enim ſunt, non proſcribenda Sanctorum Acta.

XI.

BLASIUS.

Kalendarium Moſcoviticum: *Sbatago Blaſia*, *Sancti Blaſii*. Vaticanus uterque vacat. Noſter Slavicus: *S. Hieromartyris Blaſii*. Poſſevinus: *S. Mart. Blaſii*. Agunt de eo Græci in utroque Menologio ad hanc diem cum Synaxario, in quo dicitur Sebaſtæ Epiſcopus, ſub Agricolao Præſide unacum duobus pueris capite truncatus: & ante ipſum paſſæ *ſeptem Mulieres*. Hoc ipſum Latini in Martyrologio Romano ad 3. Februarii. Addit Baronius in not. „ Mentio habetur de eodem S. Blaſio Epi- „ ſcopo in Actis SS. Martyrum Euſtratii, Auxentii, & Socio- „ rum in fine: habes ea ex Metaphraſte apud Sur. tom. 6. „. Et de his quidem SS. Martyribus *Euſtratio*, *Auxentio*, *Eugenio*, *Mardario*, & *Oreſte*, egimus ad 13. Decembris. Hinc in Synaxario Græco de Sancto Blaſio ſcribitur: Λέγεται δὲ ὅτι ἔτος

Digitized by Google

ἣν ὁ τῇ τοῦ μεγαλομάρτυρος Εὐςρατίου διατάξει ἐπιτροπεύσας κατὰ τὸν καιρὸν τῆς αὐτοῦ μαρτυρίας. Καθάπερ καὶ ἐν παλαιῷ ὑφάσματι εὕρηται εἰκονισμένος ὁ ἅγιος Βλάσιος ἱςάμενος μέσον τῶν ἁγίων πέντε μαρτύρων, ἔγγυςα τοῦ ἁγίου Εὐςρατίου, καὶ δεχόμενος ἐκ χειρὸς τούτου, τὸν τόμον τῆς διατάξεως ,, Dicitur autem ipſe (*Bla-*
,, *ſius*) Teſtamentum ſcripſiſſe magni Martyris Euſtratii, tem-
,, pore ejus martyrii: ſicuti in vetuſta tabula invenitur depi-
,, ctus S. Blaſius, ſtans medius inter Sanctos quinque Martyres
,, (*a*) juxta S. Euſtratium, accipiens de ejus manu Tomum
,, Teſtamenti ,,. Additur in eod. Synaxario. Τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ
,, σύναξις ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτοῦ μαρτυρίῳ, τῷ ὄντι πλησίον τοῦ
,, ἁγίου Ἀποςόλου Φιλίππου, ἐν τοῖς Μιλτιάδου, ejus Synaxis per-
,, agitur in ſanctiſſimo ejus martyrio, quod eſt prope Eccleſiam
,, Sancti Philippi Apoſtoli in ædibus (*b*) Miltiadis ,,; de quibus vide Cangium in Conſtantinopoli Chriſtiana pagin. 120. Fabricius tom. IX. Bibl. Græc. pag. 63. *Blaſii Epiſcopi Sebaſteni*: Βλάσιος ὁ μάρτυς ἄξιος τοῦ τοιοῦδε τέλους. Aliud: Βλάσιον τὸν μέγαν ἐν Ἱεράρχαις καὶ Μάρτυσι. Auctor Theodorus Cyzici Metropolita. Ἡνίκα ὁ καιρὸς τῶν εἰδώλων: MS. Lambec. VIII. pag. 83. 180. 229. 230. qui Simeoni Metropolitæ tribuit. Latine apud Sur. 3. Febr. ſub Metaphraſtæ nomine.

Papebrochius: *Blaſius*, *Demetrius*. Et primus quidem, *Epiſcopus Martyr*. Alter vero, *Monachus*. Additque; ,, He-
,, gumenum in Pryluka fuiſſe, idem Ohilewicz nos docuit, &
,, quod paſſim appelletur *Volobodenſis Thaumaturgus*, quo mi-
,, nus de ejus ſanctitate dubitamus, & optamus certius infor-
,, mari de miraculis ejus ac Vitæ Actis ,,. De eodem Demetrio hæc habet Culcinius in Specimine pag. 5. ,, Etſi nihil ego
,, de hoc Sancto in meis libris repererim, adeſt tamen ipſe
,, in Ephemeridibus Moſcorum figuratis, quem etiam noſter
,, Ohilewicz, teſte Papebrochio, docuit fuiſſe Hegumenum
,, in Pryluka, & paſſim appellari *Volobodenſem Thaumaturgum* ,,. Herberſteinius in Chorographia Principatus Moſcoviæ pag. 79.
,, *Wolochda* Provincia, Civitas, & Caſtrum, in qua Epiſcopi
,, Permiæ ſedem quidem ſuam, ſed ſine imperio habent, ab
,, ejuſdem nominis fluvio nomen accepere. Sita eſt inter Orien-
,, tem & Septentrionem, ad quam ex Moſcovia per Jaroslaw
,, itur:

---

a Id eſt, *Euſtratium*, *Auxentium*, *Eugenium*, *Mardarium*, & *Oreſtem*.
b Falcon. *Miltiadis* minus recte.

Digitized by Google

„ itur: abeſt autem a Jaroslaw 50. milliaribus Germanicis, a „ Bielojeſero fere 40.„. Et poſt pauca. „ Wolochda Provin„ cia olim ſub ditione Novogardiæ Magnæ erat.

XII.

Meletius.

Kalendarium Moſcoviticum: *Meletia, i Alexia, Meletii, & Alexii*. Vaticanus uterque cum Slavico noſtro vacant. Poſſevinus: *S. Mart. Melentii*, minus recte. Agitur enim de *Sancto Meletio* Epiſcopo Antiocheno, qui Martyr non fuit. Papebrochius in Ephemeridibus Græco-Moſchis: „ Meletius. Theo„ dora. Eadem die obitus (*a*) Alexii Metropolitæ Kiovien„ ſis, Moſcoviæ Thaumaturgi. Antonius„. Quæ verba in figuratis Ephemeridibus valde corrupta, ita ſunt Slavice ſive Ruthenice legenda ex Culcinio: „ Meletiy, Fteodora, Wtoyze „ den, Preſtavlenie Alexia Metropolity Kievskaho, Moſcovs„ kaho Czudotvorca. Antoniy„. Græci æque ac Latini agunt hac die de *Meletio Antiocheno*, deque *Antonio* Conſtantinopolitano Patriarchis; de quibus extat Synaxarium. At in Baſiliano Menologio, hac quidem die 12. Februarii recolitur *Commemoratio S. P. N. Antonii Archiepiſcopi Conſtantinopolitani*, qui per errorem in Synaxario pro *Caulea*, dicitur *Blacheas*. Die vero 23. Auguſti, *Memoria S. P. N. Meletii Archiepiſcopi Antiochiæ*, utrobique cum Synaxario. *Meletii* Epiſcopi Antiocheni anno Chriſti 381. defuncti 12. Februarii Elogium: *Ηὔξησεν ἡμῖν τὸν ἀριθμὸν τῶν Ἀποςόλων*, licet in quibuſdam Codicibus Baſilio tribuitur, auctor tamen eſt Gregorius Nyſſenus Tom. 2. Operum pag. 1019. Aliud: *Πανηγυρικὸς τῆς τιμίας καὶ ἱερᾶς ταύτης ἀγέλης*, auctore Joanne Chryſoſtomo; Latine apud Sur. 12. Februarii. Græce & Latine Tom. 2. edit. novæ pag. 367. Citatur a Damaſceno 2. de Imagin. & in Synodo II. Nicena Act. 4. Vide notas Baronii ad hanc diem. *Antonii*, cognomento Cauleæ, Patriarchæ Conſtantinopolitani, qui anno 895. juxta Pagium (*b*) obiit, Encomium auctore Nicephoro Gregora: *εἰ δὲ καὶ θνητὴν φύσιν ὁ χρόνος*. Aliud, quod Latine apud Surium, & Bollandum ad 12. Februarii: „ Fieri ergo non pote„ rat„.

a Interpres Belga apud Papebroch. male vertit: *Obitus Alexii Metropolitæ Moſcovitarum Sancti*.

b Baron. in not. ad Martyrol. Rom. Antonii obitum figit ad annum Chriſti 901. Verum initia Pontificatus Nicolai Myſtici, qui Antonio proxime ſucceſſit, manifeſte evincunt, Antonium anno 895. obiiſſe.

Digitized by Google

„ rat „. Grec. MS. Lamb. p. 83. auctore Nicephoro Philoſopho & Rhetore, Gregora antiquiore, & circa an. 900. claro, incipit: οὐκ ἦν ἄρα τῶν προλαβόντων καλῶν. Pagius ad ann. 890. n. 4. „ Colitur S. Antonius Cauleas tam a Latinis, quam a Græcis „ die XII. menſis Februarii, quo in Actis Bollandianis refer- „ tur Oratio Nicephori Philoſophi in hujus Sancti laudem, in „ qua ob egregias ejus virtutes, præſertimque liberalitatem in „ pauperes, valde celebratur. Nolebat, *inquit Nicephorus*, „ una Civitate, etſi ſit tam magna, ſuam circumſcribi commi- „ ſerationem: ſed ad quantum Sol aſpicit, eam contendebat „ extendere: hinc manus ſcatentis miſericordia participes erant „ Scythæ, & Thraces, & cum aliis Myſi quoque, qui ſunt in Aſia.

De *Theodora* Papebrochius: „ Licet deſit qui Epitheta „ adjuncta (*a*) nobis interpretetur, vix tamen dubitamus, „ quin ipſa ſit Imperatrix, Theophili Iconomachi uxor, Ortho- „ doxiæ reſtauratrix, de qua egimus præcedenti die, quando „ paſſim in Menæis commemoratur „. Agunt enim Græci de eadem ad XI. Februarii in utroque Menologio cum Synaxario. In Baſiliano depingitur ſtans in Templo cum Diademate Imperiali in capite, ſiniſtra manu tenens Protomen Jeſu Chriſti.

Acta *Alexii*, cujus in Papebrochianis Ephemeridibus *obitus* recolitur, ſibi nondum comperta fatetur Papebrochius, ſic ſcribens. „ Cultum ejus, & ſanctitatem probavimus: pleniora „ autem vitæ Acta, ſicubi exſtant, optamus: libenter etiam intel- „ ligemus, quis hic ad pedes feretri aſſiſtens Sanctus, quis ad „ caput Princeps admirabundus exprimatur „. Votis Papebrochii fecit ſatis Culcinius, qui in Specim. pag. 9. pictam Alexii in feretro jacentis imaginem exponens: „ In Tabulis figuratis „ apud Papebrochium ſtat ad pedes feretri S. Cyprianus, qui „ Coadjutor fuit Alexii, & poſt obitum ejus ſucceſſit in Archie- „ piſcopatum totius Ruſſiæ, ut infra dicetur „. Quis ad caput feretri, non exponit Culcinius. Mihi vero, picturam ab eodem Papebrochio exhibitam intuenti, non Princeps, uti idem Papebrochius aſſerit, apparet, ſed Epiſcopi duo, alter quidem ad pedes, alter vero ad caput, aſſiſtentibus Monachis, & Diaconis, Alexii faſciis involuti, & in ſepulcro aperto poſiti funus curaturus. Porro de Alexio agunt Bollandiani ad diem præſentem, nec

(*a*) Atqui in figuratis Ephemeridibus, nullum Theodoræ Epitheton adjungitur. Sed quum habitu Imperiali ſit depicta, palam ſit eam eſſe Theodoram Auguſtam.

Digitized by Google

nec non Baſcape in Ephemerid. Sacr. Tom. 2. Acta ipſius ex Anthologio Ruthenico exhibet idem Culcinius in Specim. pag. 6. in hæc verba. „ Prodiit in lucem hic Sanctus è parentibus Or-
„ thodoxis piiſque Chriſtianis: Theodorum patrem, Mariam
„ matrem vocabant. In ſacro Baptiſmate inditum ipſi erat no-
„ men Eleutherii. A teneris unguiculis ſtudio lectionique li-
„ brorum addictus, quum attigiſſet annum duodecimum, ſo-
„ lebat meare in ſilvas, ibidemque puerorum more caſſes ex-
„ tendere ad capiendas aves. Semel itaque longa laſſatus cur-
„ ſitatione, dedit ſe ſomno, quum ecce audit vocem dicen-
„ tem: Alexi, quid perperam laboras? En abhinc eris capiens
„ homines. Excuſſit mox ei hic clamor ſoporem. At ipſe nemi-
„ nem videns, admirabundus diſceſſit, magnaſque ab eo tem-
„ pore volvere cœpit animo cogitationes, ignarus arcani, quod
„ ipſi portendebat vox cælitus lapſa. Jam vero quum haberet
„ quinque ſupra decem annos, ingreditur Monaſterium, fit Mo-
„ nachus, & nomen Alexii olim ipſi deſuper impoſitum conſe-
„ quitur. Magnam vitæ partem duxit in jejuniis, laboribus,
„ vigiliis, nocturnis ſtationibus, ceteriſque piis exercitiis,
„ cum tanto ſpiritus ardore, & indefeſſa alacritate, ut omnes
„ in admirationem raperet. Canebat fama ubique virum ſan-
„ ctum, & glorificante ſervum ſuum Domino, pervenerat jam
„ ad aures magni Principis Joannis Joannidis (*a*), qui explo-
„ rata Alexii ſanctitudine, convocavit Epiſcopos; hi vero cano-
„ nica (*b*) electione inſtituta, iverunt in unam ſententiam, &
„ Alexium Metropolitam Kiovienſem ac totius Ruſſiæ ſaluta-
„ verunt. (*c*) Accinxit ſe novus Paſtor ad nova & clariora
„ facinora, ac ſuperaddens labores laboribus, exhibere ſe om-
„ nibus tamquam lumen illuſtre, prototypon virtutum, Do-
„ ctorem-

a Hic fuit filius Joannis Kalitæ, primi Moſcoviæ Ducis, Danielis filii, qui ſedem Principatus Uladimiria Moſcuam transferens, imperavit Moſcis ab anno 1328. ad 1341. fratrem habuit Simeonem, ejuſdem Joannis Kalitæ filium, qui ab anno 1341. ad 1354. regnavit. Porro Joannes Joannides, fratri ſuccedens, Principatum tenuit ab an. 1354. ad 1362. Demetrium filium ſucceſſorem relinquens. Culcinius in Serie Chronolog. Ducum Moſcoviæ pag. 120. & ſeq. Quæ tamen Chronologia accuratius ex aliis Scriptoribus eſt expendenda.

b Poſt obitum Theognoſti, qui ſediſſe dicitur ab anno 1328. ad annum 1364. Culcin. pag. 117.

c Culcinius pag. 118. ait: „ Alexium genere Ruthenum, patria Volinenſem, „ ſucceſſiſſe in Primatum Ruſſiæ anno 1364. conſecratum a Philotheo Patriarcha, a „ quo quum impetraſſet approbationem cultus laudatorum ſuperius Martyrum (Antonii,

„ ctoremque inſignem, pro virili ſtuduit. Dominabatur ea tem-
„ peſtate impius in Tartaria tyrannus, nomine (*a*) Berbede-
„ cus, qui duodecim ſuis germanis è medio ſublatis, cogita-
„ bat bellum inferre Chriſtianis: erat enim adeo ferox atque
„ immanis, ut omnes vicinos nimio terrore percelleret. Ti-
„ mebat itaque ejus tyrannidem & Princeps Joannes. Idcirco
„ magnis precibus coëgit Alexium, ut iret in Tartariam, fu-
„ roremque Tyranni compeſceret. Abiit ipſe, vicit reluctantem
„ Tartarum cæleſti ſuada; & redux ad propriam ſedem, opta-
„ tam patriæ attulit pacem. Incumbens poſthæc muneri ſuo
„ optimus Paſtor, excitavit Templum Domino Deo Salvatori
„ noſtro in honorem non manufactæ ejus Imaginis dicatum,
„ penes quod conſtruxit Monaſterium, inſtituenſque in eo mul-
„ tos Cœnobitas, contulit regimen Andronico Sancti Sergii
„ Thaumaturgi diſcipulo. Hoc inſigni beneficio quum exor-
„ naſſet Metropolim Ruſſiæ, cæteris quoque urbibus ac oppi-
„ dis, erectis templis atque cœnobiis, præcipuum adjecit de-
„ corem. Ampliores hinc emanabant laudes, quibus Alexius
„ prædicabatur etiam extra fines Ruſſiæ. Enimvero impurus
„ Agarenorum Rex Amurates, qui habebat Reginam toto trien-
„ nio luminibus captam, quum audiſſet præclara de viro ſancto
„ præconia, concepta ſpe obtenturum ipſum a Deo id, quod
„ imploraret, miſit Nuncium ad magnum Principem Deme-
„ trium (*b*) Joannidem cum hac petitione: oro te, ut veniat
„ ad

---

tonii, Joannis, & Euſtachii, quos Olgerdus Lithuaniæ Dux martyrio affecerat) „ re-
„ ſidens in urbe Moſcua, juxta morem a Petro, & Theognoſto acceptum, per Vica-
„ rios Kiovienſem Eccleſiam gubernavit „. Hactenus Culcinius: qui tamen ſibi non
conſtat: nam in Vita Alexii, affirmat ipſum in Metropolitam electum ſub Joanne Joan-
nide: quem Joannem tamen in Serie Chronologica ait Principatum tenuiſſe uſque ad
annum 1362. Si igitur Alexius in Primatum Ruſſiæ ſucceſſit anno 1364., Joannis uti-
que Principis tempore non fuit Metropolita inauguratus. In Vita Sancti Alexii è Cod.
MS. Lithuanico apud Bolland. ad 12. Februarii pag. 640. num. 5. dicitur Alexius na-
tus ſub Principe Ruſſiæ *Joanne Danielis filio*, ideſt, Jo: Kalita, qui fuit pater Joannis
Joannidis. Ita etiam in alia Vita apud eund. Bolland. loco cit.

a *Berdebecus* apud Culcinium. Aliis *Berdeberejus* ſeu *Berdeberus*, *Scytharum* Re-
gulus. Videtur nomen compoſitum ex *Berde*, & *Bec*, hoc eſt, *Berde Princeps*.

b Demetrius Joannis Joannidis filius Donicus ſeu Tanaicus dictus, poſt patrem
regnavit ab anno 1362. ad 1390. teſte Culcinio pag. 121. qui de eodem hæc habet:
„ Pugnavit contra ſucceſſorem Amurathis Mamaum, quem quia fauſto pugnæ eventu
„ debellavit ad fl. Tanain, idcirco cognomentum Tanaici ſeu Donici (Tanais enim
„ Don Ruſſis dicitur) acquiſivit: verum Toktamiſches Mamai ſucceſſor an. 1384.
„ aggreſſus Demetrium, fudit ejus copias, ac in fugam convertit, urbemque Mo-
„ ſcuam cepit, & fere vaſtavit. Ab hoc igitur tempore uſque ad annum 1477. duram
„ Moſchi ſub Tartaris ſervitutem patiebantur, ut teſtantur Annales ipſorum, tum
„ etiam Stricovius Bielſcius & alii.

Digitized by Google

„ ad me homo Dei Alexius, meæque Reginæ, precibus ſuis,
„ viſum obtineat. Si Regina curationem conſecuta fuerit, ego
„ pacem amicitiamque tecum ſacroſanƈte colam. Sin ſecus,
„ ego tuas ditiones invadam, cladibuſque implebo. His acce-
„ ptis Alexius ingemuit, dixitque Demetrio: licet tam arduum
„ opus exiles meas ſuperet vires, divino tamen confiſus auxi-
„ lio illud aggrediar. Sic dicens, adiit illico Templum cum
„ univerſo Clero: quumque ibidem diu oraſſet, en ad Lipſana
„ Sanƈti Petri (a) Metropolitæ cereus divinitus accenſus ar-
„ dere cœpit, videntibus cunƈtis atque ſtupentibus. Bonum
„ omen hac ex re accepit Alexius. Hinc (b) quum benedi-
„ xiſſet aquam, adhibito eodem cereo, arripuit iter, ſtipatus
„ Presbyteris ac Clericis. Apparuit interea per ſomnum Re-
„ ginæ vir ſanƈtus pontificaliter indutus, quem undequaque
„ ſtipabant myſtæ ſacris & ipſi veſtibus ornati: quumque variam
„ ornatus formam tum in Pontifice, tum in ejus aſſeclis con-
„ templata fuiſſet, excuſſo ſomno vocavit extemplo opifices,
„ ſacraſque veſtes juxta formam in mente hærentem conficere
„ juſſit. Pervenit tandem ad aulam divus Alexius, & magno
„ honore a Rege exceptus, intravit Conclave Reginæ, accen-
„ ſoque cereo, qui jam nuper igne cælitus lapſo arſerat, ſolem-
„ nem

a Colitur Sanƈtus Petrus Metropolita a Ruthenis die XXI. Decembr. de quo vide Culcin. in Specimine pag. 62. & in Serie Archiepiſc. Ruſſiæ num. XXIV. pag. 116. ſediſſe dicitur ab anno 1307. ad ann. 1328. primuſque ſedem Kiovia in urbem Moſcuam tranſtuliſſe. Vide adnotata a me ad XXI. Decembris. In priori S. Alexii Vita apud Bolland. XII. Febr. pag. 640. num. 5. deſideratur iſtud miraculum de candela ultro accenſa. Sic enim legitur: „ Ad Amurathem Turcarum Imperatorem ſub Demetrio „ Kioviæ Principe evocatus, filiæ ejus cæcæ viſum reſtituit „. Ubi primo Amurathem cenſet hujus vitæ auƈtor eſſe *Turcarum Imperatorem*, qui Hadrianopoli capta anno Chriſti 1361. ſedem imperii ibi fixit. Secundo aſſerit hujus *filiæ cæcæ* viſum reſtitutum eſſe, quæ in altera apud eund. Bolland. Vita num. 4., & apud Culcinium, *uxor*, ac *Regina* appellatur. Tertio *Amurates* fertur evocaſſe Alexium ad curandam illam cæcam ſive filiam, ſive uxorem; qua curata dicitur in ſecunda Alexii Vita, & apud Culcinium: „ Alexius magnifice exceptus, & cum muneribus dimiſſus a Berdebero „: unde videtur juxta hanc vitam, idem fuiſſe Amurates ac Berdeberus. Demum Culcinius Amuratem facit non Turcarum Imperatorem, ſed Regem Tartarorum poſt Berdeberum, & ante Mamaum. Vide eum in ſuperiore nota.

b Vita è Cod. MS. Lithuanico num. 4. „ Antequam autem itineri ſe accinxiſſet, „ Eccleſiam intravit: ubi eo orante, candela vi ſua accenſa, arſit ad Sepulcrum Sanƈti „ Petri Metropolitæ. Quum autem prope eſſet a civitate, in qua Regina degebat il- „ la ipſa in viſione vidit Sanƈtum Sacerdotalibus indutum. Quare etiam omnem ha- „ bitum Epiſcopo, & Sacerdotibus ejuſmodi, qualem vidit, parare juſſit. Venit „ deinde ad civitatem, magnificeque a Berdebero exceptus, cæcitate liberavit Regi- „ nam. Quæ videns Berdeberus miratus eſt, Sanƈtumque cum muneribus & gratiarum „ aƈtionibus dimiſit.

„ nem inſtituit ſupplicationem : qua peracta aſperſit Reginam „ aqua luſtrali : & ecce, mirum dictu ! abſcedente eodem fere „ momento atra caligine, liberis hauſit lucem oculis gaudens „ & exultans femina : quæ actis ingentibus gratiis Pontifici San- „ cto, præter commemoratas veſtes ſacras, multa alia munera „ eidem obtulit. Aderat Rex quoque præſens ac videns tam „ inſigne miraculum, coluit virum ſanctum ſummopere, orna- „ tumque laudibus atque donariis, domum ire permiſit. Re- „ diens in patriam divus Alexius, excitavit Templum è ſectis „ lapidibus honori Archiſtrategi Michaëlis ſacrum, ubi ad dex- „ terum latus in Sacello Annunciationis Deiparæ propriis ma- „ nibus tumulum ſibi paravit : quumque eandem ſacram ædem „ copioſo inſtruxiſſet ornatu, & plurima quæ prætermittuntur, „ ad incrementum gloriæ divinæ, ſtabilitatemque doctrinæ „ Apoſtolicæ præclare geſſiſſet, editis inſuper inſignibus & fre- „ quentibus miraculis, venerandam nactus ſenectutem, præ- „ monitus fuit a Deo de ſuo proximo tranſitu. Hinc abſoluta „ ſacra Liturgia, confortatus Pane Angelico, benedixit Prin- „ cipi ac Populo, & ad Dominum migravit. Tumulatus in „ Templo, quod ipſe erexerat, & poſitus in Tumulo quem ſibi „ paraverat, præbet innumeras fere curationes omnibus cum fi- „ de accedentibus, & uſque in hodiernum diem magnis claret „ miraculis „. Hæc Culcinius ex Anthologio ad diem XII. Februa- rii, ubi adeſt etiam Officium Proprium de hoc S. Metropolita.

Bollandus in Commentario hiſtorico ad vitam S. Alexii, initia Epiſcopatus ejus ad Oldegerdi Lithuaniæ Ducis tempora conferens, ſcribit, adverſus Alexium a Patriarcha CP. alium Græcum Antiſtitem ſubmiſſum fuiſſe. „ Interea circa ann. 1320. „ ſubſecuta eſt, (inquit) Monarchiæ Ruſſorum immutatio, dum „ Gediminus Lithuaniæ Dux, Jagellonis Avus, homo Ethni- „ cus, Kiovia, atque Volynia univerſa occupata, exactiſque „ Ruſſi nominis Ducibus, ipſe Dux ſupremus Ruſſiæ a victis „ Ruſſis victoribuſque Lithuanis proclamatus eſt : qui tunc Ruſ- „ ſiæ gubernatorem præfecit, religione Chriſtianum, Mindo- „ plum Ducem Holſanum. Gedimino ſucceſſit Olgerdus filius „ circa ann. 1330. ſub quo S. Alexius creatus eſt Metropolita „ Kiovienſis : contra quem eſt a Patriarcha Conſtantinopolitano „ miſſus Dionyſius Græcus Schiſmaticus ; ſed a Volodimiro Ol- „ gerdi filio, qui Principatum Kievienſem adminiſtrabat, in

„ car-

Digitized by Google

„ carcerem conjectus. Cæperat jam tum Ritus Græcus introdu-„ ci in ipſam etiam Lithuaniam ob conjugem Olgerdi Ruſſam „. Hoc tamen, quod Papebrochius de Dionyſio Schiſmatico in Kioviam ſubmiſſo contra Alexium ſcribit, Culcinius refert ad tempora *Cypriani Metropolitæ*, qui Alexio ſucceſſit, ſedemque tenuiſſe dicitur ab anno 1378. ad 1408., in hæc verba pag. 118. „ S. Cyprianus I. patria Ruthenus, a vivente adhuc Alexio in „ coadjutorem aſſumptus, eidem vita functo in Metropolitanam „ Sedem ſucceſſit anno 1378. Habuit in primo ingreſſu duos „ competitores: unum indigenam *Pimenum*, alterum alieni-„ genam, videlicet Græcum, *Dionyſium*: ſed primum Dux „ Moſcoviæ coërcuit, & in ordinem redegit: ſecundum Uladi-„ mirus Olgerdi filius, Kioviæ Dux, carceri mancipavit. Ita „ Kojallovicz in Miſcellan. „. *Pergit porro de Cypriano*. „ Scri-„ pſit Cyprianus vitam S. Petri Metropolitæ: anniſque 30. Se-„ dem tenuit. *Hæc Culcinius* „. Præterea in ſerie filiorum Olgerdi Lithuaniæ Ducis apud Miechovium, Cromerum & alios, *Uladimirus* dicitur *Simonis Languini filius* ſimulque Dux Kiovienſium, proptereaque Olgerdi ex filio Languino nepos: etſi Guagninus in genealogia Ducum Lithuaniæ de Vitoldo magno Duce Lithuaniæ loquens, Volodimirum Ducem Ruſſum vocat, eoque e Kiovienſi Ducatu ejecto, præfectum ab eodem Vitoldo Skirgellonem Olgerdi filium, quo a quodam monacho Ruſſo Humeno, Metropolitæ vicario, per venenum ſublato Kioviæque in Cryptis Pieczarenſibus ſepulto, Ducem quemdam Olgemundi filium ab ipſo Vitoldo Kiovienſibus ſubſtitutum, dum Baſilius Moſchorum Dux eſſet: idque circa ann. 1395. Sed Cromerum audiamus: qui ſic ſcribit lib. 14. de Origine & rebus geſtis Polonorum pag. 632. de Gedimino, ejuſque filiis Olgerdo & aliis Lithuanorum Ducibus: „ Erat apud Vitenen (*a*) Magnum Lithua-„ norum Ducem magiſter ſtabuli Gediminus, vir ambitioſus & „ excelſi

(a) Primus hic Lithuaniæ Princeps: quo cæſo *Gediminus* poſt ann. 1311. Lithuaniam obtinuit. Nam Miechovius lib. 4. cap. 13. pag. 148. *Vitenen* anno 1311. adhuc in vivis fuiſſe ſcribit, his verbis. „ Anno Chr. 1311. Victenen ſupremus Dux Lithuaniæ „ cum omnibus ſuis copiis terras Pruſſiæ ſub carniſprivio ingreſſus, per cædes & flam-„ mas „. &c. Rainaldus ann. 1317. num. 50. vitam Vitenenis productam colligit ex Jo. XXII. PP. epiſt. 103. qua Lithuaniæ Ducem hortatur ut Romanæ Eccleſiæ caſtris ſe conjungeret. Verum hoc potius ad Gediminum referri videtur, de quo idem Pontifex Tom. 4. Epiſt. Secret. pag. 12. ad annum 1323. ſcribit ad Regem Francor. „ Geden-„ nen, qui ſe Regem Lethoviæ & Ruthenorum intitulat, nobis nuper per ſuas literas

„ inti-

Digitized by Google

„ excelſi animi, qui interfecto Domino ſuo, dominatum inter
„ ſuos arripuit, & late propagavit, ſubacta magna parte Ruſ-
„ ſiæ. Huic ſeptem fuere filii: Montividus ſive Monividus:
„ Narimundus; Olgerdus: Jaſnuta: Keiſtutus: Koriatus: &
„ Lubartus: filiæ item aliquot, de quibus unam Caſimirus
„ Secundus Rex Polonorum uxorem duxit, quemadmodum
„ ſuperius expoſuimus. Inter filios vivens adhuc Gediminus
„ dominatum partitus eſt in hunc modum: ut Montivido Ker-
„ novia & Sloninum: Narimundo Pinſcum: Olgerdo Creva:
„ Keiſtuto Trocchi: Koriato Novogrodecum: Jaſnutæ vero
„ Vilna caput gentis obveniret. Nam Lubartus quum Ruſſam
„ uxorem Uladimirienſium Ducis filiam, quemadmodum ſupe-
„ rius memoravimus, duxiſſet, ac ſocero hæres factus eſſet,
„ nullam inter fratres ſortem accepit. Ex his Olgerdus, & Kei-
„ ſtutus conjunctiſſime inter ſe vixere, & vegetiora nacti inge-
„ nia, moleſte tulerunt, penes Jaſnutam nihili hominem Prin-
„ cipatum eſſe. Itaque hi duo poſt mortem patris, Jaſnutæ Vil-
„ na ac de Principatu deturbandi conſilium cepere, diemque
„ patrandi ſceleris inter ſe conſtituere. Obvenerat etiam Olger-
„ do in Ruſſia, Vitepſcenſis dominatus, quum unicam Ducis
„ ejus oræ filiam uxorem accepiſſet. Itaque quum eo profectus
„ eſſet, non venit ad conſtitutam cum Keiſtuto diem. Keiſtu-
„ tus, ut conſtitutum erat, cum non contemnenda manu im-
„ proviſo Vilnam adveniens, arcem utramque occupavit: Jaſ-
„ nuta inter primum tumultum elapſus, in ſilva a Keiſtutanis
„ perquiſitus, captus, & Vilnam reductus, in vincula a fratre
„ conjectus eſt. Advenit paulo poſt Olgerdus. Ibi præclarum
„ inter

„ intimavit, ſe deſiderare intenſe cum ſuis Regnicolis Sacroſ. Romanæ Eccleſiæ ſubja-
„ cere unitati &c. „ Dat. Avin. VII. Id. nov. Anno VIII. Ad ipſum proinde idem Pontifex anno Chr. 1324. (Raiņald. num. 45.) miſit Legatos, quos petierat, Bartholomæum electum Electenſem, & Bernardum Abbatem S. Theofredi Anicien. Diœceſeos. Vide notam Manſii ad hunc annum. Necnon epiſtolam Jo: XXII. Papæ ad eundem Gediminum apud Raynald. num. 48. ubi dicitur, Mendowe Rex quondam Gedimini prædeceſſor cum toto ſuo Regno ad Chriſti fidem converſus, ſed propter atroces Crucigeror. Theutonicor. exceſſus, a fide receſſiſſe, & ad priſtinum errorem relapſus fuiſſe. Addunt Miechovius, Cromerus & alii, anno 1325. Annam filiam Gedimini, in conjugem datam Duci Caſimiro filio Uladislai Regis Poloniæ. Anno ſequenti in oppugnatione cujuſdam caſtri a quodam Crucifero ſagittandi perito Gediminus cæſus fuit. Uxor ei fuit Duciſſa Lithuaniæ, olim conjux Vitenenis, ab ipſo occiſi: ex qua filios VII. ſuſcepit. De Lithuanis vide Guagninum, qui eorum genealogiam perducit uſque ad Alexandrum Jagellonis nepotem, Caſimiri Regis Poloniæ filium, magno Ducatu Lithuaniæ potitum, tum Regem Poloniæ creatum, demum anno 1506. mortuum ac Vilnæ ſepultum.

Digitized by Google

„ inter conjunctiſsimos fratres certamen fuit, de Principatu non „ ambiendo aut uſurpando, ſed recuſando. Keiſtutus Olgerdo „ velut majori natu concedebat: Keiſtutum viciſsim Olgerdus „ ſibi eum habere jubebat, quem ei fortuna virtuſque ſua ob- „ tuliſſet. Tandem ſic inter eos convenit, ut Jaſnutæ portio- „ nem inter ſe partirentur, Principatus tamen cum Vilna penes „ Olgerdum maneret: neuter alterius ditionem invaderet, „ ſed uterque alterius commoda perinde ac ſua curaret. Siquid „ ſeu bello, ſeu quavis alia ratione deinceps utervis quæſi- „ viſſet, ex æquo ut inter ſe partirentur. His conditionibus „ fœdus inter eos ictum, & jurejurando mutuo ſancitum. Jaſ- „ nutæ vero Zaslavienſis tractus in Ruſſia, fraterna miſericor- „ dia, datur. Potitus magno Principatu Olgerdus ... ſuſcepit „ e Maria Ruſſa uxore, Thwerenſium Ducis filia, duodecim „ filios: Jagellonem: Skirgellonem; Svitrigellonem: Boruſ- „ ſum: Coributhum: Viguntum: Corigellonem, Narimundum; „ Languinum: Lubartum: Andream: & Buthavum. Ex his „ omnibus Jagellonem natu maximum dilexit pater, quod eſ- „ ſet præclara indole, ſucceſſoremque ſibi in Principatu, an- „ nuente Keiſtuto, deſignavit. Habebat & Keiſtutus ſex filios „ (*a*) Vitovdum, Patricium, Zotivilum, Sigiſmundum, „ Voidatum, atque Dougotum. Sed Vitovdum & ipſe ſucceſ- „ ſorem ſibi præ cæteris deſignavit, quod is & effigie & virtuti- „ bus & vigore animi expreſsius patrem referebat. Inter hos „ duos, Jagellonem, inquam, & Vitovdum, patrueles, ſum- „ ma erat animorum & voluntatum conjunctio. Mortuo deinde „ Olgerdo anno Chr. 1381., Jagello paterno Principatu, fa- „ vente Keiſtuto, potitus eſt „. Poſthæc Cromerus narrat, quomodo Jagello ſupremus Lithuaniæ Dux, miſsis ad Hedvigem Poloniæ Reginam nunciis, pollicitus id ſe Heduigi ejuſque matrimonio daturum, ut ſe pariter & fratres & gentem ſuam omnem Chriſtianis Myſteriis initiari ſit curaturus, & Lithuaniam Poloniæ adjuncturus, anno 1386. die 14. Febr. a Bozenta Archiepiſcopo Gneſnenſi & Jo: Epiſc. Cracovienſi ſacro fuit fonte ablutus & Chriſtiana Religione initiatus, Uladiſlai nomen accipiens; & mox matrimonium cum Regina ſolenni Ritu contraxit, Lithuaniamque omnem cum Samagitia, & ea parte Ruſsiæ, quæ in

a Miechov. lib. 4. cap. 36. Vithovvdum, Patrikyg, Thotvil, Sigiſdum, Voydath, Deeſt, Dovvgot.

Digitized by Google

in ditione ejus erat, Poloniæ jure ſempiterno adjunxit. Ad hæc Vitovdus cum Michaële Duce Zaslavienſi & Lubarto, pro ipſo his ipſis de rebus Reginæ & Proceribus Polonis fidem ſuam obſtrinxere: quarto autem die poſt unctus ab Archiepiſcopo, diadema regium novum ſuſcepit. Sequenti die in urbem ſolenni pompa deductus, & in foro poſito ſolio collocatus, jusjurandum a Cracovienſibus & aliis oppidanis de more accepit. Lithuani quoque, & Ruſſi Duces atque Proceres, qui tunc aderant, in verba Regis & Reginæ jurarunt. Conſignatiſque diplomatis, in fide & clientela ipſorum & Regni Polonici, ſe cum ditionibus ſuis deinceps ſemper fore promiſerunt. Idem poſtea cæteri quoque fecerunt. Exſtantque (inquit Cromerus) in Archivo Regio ejuſmodi diplomata ſub titulis & ſignis *Demetrii Coributhi* Novogrodenſium Severianorum Ducis, & octo Ducum procerumque ejuſdem ditionis pro Coributho fidem jubentium (*a*) *Skirgellonis*; *Alexandri*, (*b*) *Viguntii* Kernovienſis; *Theodori* (*c*) *Lubarti* Lucenſis & Uladimirienſis: *Baſilii* (*d*) Pinſcenſis: *Volodimiri* Kiovienſis, (*e*) *Simonis Languini* filii; quem Rex Novogrodo præfecit: *Georgii*: (*f*) *Dougoti*: *Georgii* & *Andreæ* (*g*) Michaëlis filiorum, Ducum. Demum addit:

„ Hieme & ſubſequentis anni initio (*ideſt* 1387.) Uladislaus
„ novus Rex ingenti procerum & equitum Polonorum caterva
„ ſtipatus, unacum Regina in Lithuaniam ſe contulit: Archie-
„ piſcopum Gneſnenſem, & multos Sacerdotes ac pios homi-
„ mines ſecum duxit. Zemovitus etiam, & Joannes Maſovio-
„ rum, & Conradus Oleſvicenſium Duces, eum comitati ſunt.
„ Conventu Vilnam indicto ad initium Quadragenarii Jejunii,
„ convenerunt eo Skirgello Trocenſium, Vitovdus (*h*) Grod-
„ nen-

a *Skirgello* frater Jagellonis, Dux Plocenſis, poſtea Lithuanus, tertio cedens patrueli Vitoldo, Dux Kiovienſis, obiit anno 1395.

b *Viguntus*, in baptiſmo *Alexander*.

c *Lubartus*. in baptiſmo Theodorus patruus Jagellonis, Dux Leopolien. & Uladimirien.

d Videtur idem ac *Skirgillus* Dux *Plocen.* in Baptiſm. dictus *Baſilius*. Keiſtuto Jagellonis fratre, Domino Troci capto & in carcere anno 1382. occiſo, Trocenſium Dux factus.

e Languinus Olgerdi filius, in Baptiſmo dictus *Simon*, ejus filius *Volodimirus* Dux Kiovienſis: adeoque Olgerdi ex filio nepos.

f *Dougotus*, Keiſtuti filius, in Baptiſmo *Georgius*: Olgerdi ex fratre nepos.

g *Michael* Zaslaviæ Dux, de quo ſuperius.

h *Vitoldus* filius Keiſtuti, fratris Olgerdi: adeoque Olgerdi ex fratre nepos: magnus Dux Lithuaniæ a Jagellone Olgerdi filio Rege Poloniæ præfectus, *Alexandri* nomine in Baptiſmo accepto.

Digitized by Google

„ nenſium, Volodimirus Kiovienſium, & Coributus (*a*) No„ vogrodenſium Duces, fratres Principis, & infinita equitum „ plebiſque multitudo. Ibi de Religione Chriſtiana populariter „ ſuſcipienda, ac de exterminando cultu falſorum deorum & „ omni ſuperſtitione diligenter actum „. Baptizati (*b*) nobiles ac plebeji: Baſilica Vilnæ condita & a Bozenta Archiepiſcopo conſecrata: inſtitutuſque in ea Epiſcopus Andreas Vaſilo Polonus: ſeptem præterea Parœciæ conſtitutæ dotatæque. Remiſſa deinde Regina in Poloniam, Uladislaus Rex totum annum propagandæ in Lithuania religioni chriſtianæ vacavit, Dobrogoſtium Poſnanienſem Epiſcopum ad Urbanum Papam allegavit: deinde Vitepſcum & Poloſcum profectus, novos motus ſedavit. Inde Vilnam reverſus, Skirgellonem fratrem pro ſe ſummæ rerum apud Lithuanos præfecit: legem condidit, *ne Ruſſis & Catholicis Matrimonium inter ſe contrahere liceret, niſi Ruſſus vel Ruſſa a ſuis ad noſtros deficeret.*

Ex his compertum fit, Gediminum, Olgerdum, & Jagellonem, Lithuaniæ ſupremos Duces, qui magnam Ruſſiæ partem obtinuerant, ac præſertim Kiovienſem Ducatum ſibi ſubjecerant, non modo Ruthenicum Græcorum Ritum ſecutos non fuiſſe, ſed neque Baptiſmum ſuſcepiſſe, excepto Jagellone, qui quum Olgerdo patri anno 1381. mortuo ſucceſſiſſet, quinquennio poſt, ideſt, anno 1386. contractis cum Heduige Poloniæ Regina nuptiis, baptizatus, Latinum Ritum unacum fratribus, & nepotibus accepit. Olgerdi quidem filios, Ruſſa mater, Thwe-

a Coributus Jagellonis frater: de quo Guagninus in Vitoldo ad ann. 1397. de expeditione Tartarica: Cecidere ibi inſignes viri: ex his fuere Jagellonis Regis fratres, Andreas, & Demetrius Coributus, & alii novem Duces, Lithuani, & Ruſſi: pauci vivi capti. Sigiſmundus Vitoldi frater Keiſtuti filius, Olgerdi ex fratre nepos, *Coributi* nomen acceperat. Guagninus in Vitoldo ad ann. 1406. poſtquam narraſſet, Vitoldum in Moſcoviam excurriſſe, ac demum cum Baſilio Moſcoviæ Duce pacem feciſſe; ſubjungit: „ Dum hæc aguntur, Sigiſmundus Coributus Vitoldi frater, nihil de induciis „ cum Crucigeris Pruſſienſibus compertum habens, abſente Vitoldo cum Lithuanis „ in Pruſſiam excurſionem fecit &c. „ Idem Sigiſmundus anno 1432. magnus Lithuaniæ Dux, ejecto Svvidrigellone, factus, anno 1440. a Czartorienſi Ruſſo Duce doloſe fuit interfectus.

b Miechovius lib. 4. cap. 38. Præterea die Jovis, 14. Febr. quæ fuit S. Valentini, Jagello cum fratribus ſuis, in articulis fidei Catholicæ edocti, in Eccleſia Cracovien. per Bondzantham Archiep. Gneznen. baptizati ſunt, & Duci Jagelloni nomen Uladislaus, Viguntho Alexander, Corigelloni Cazimirus, Svvitrigelloni Boleslaus, nomina impoſita ſunt. Cetera vide pag. 135. At enormem ejuſdem Miechovii errorem diſſimulare nequeo, qui lib. 4 cap. 13. ad ann. 1307. Gedimini cædem confert, & ad annum ſequentem, Olgethi (ideſt Olgerdi) Lithuanorum Ducis, Gedimini patris ſui necem, & patriæ vaſtationem ulturi, excurſionem in Pruſſiam.

Digitized by Google

Thwerenſium Ducis filia, ad Græcum Ritum pertrahere conata eſt, ſic ſcribente Miechovio lib. 4. cap. 36. „ Amplius erant „ Olgerdo duodecim filii ex eadem matre Ruthena, Ducis Tuveren. filia ſuſcepti, ſcilicet, Jagello, Skirgello, Switrigello, Borziſzh, Koributh, Vigunth, Korigal, Narimunt, „ Langwin, Lubarth, Andreas, Buthaw, omnes adoleſcentes „ ſpectabiles, quos genitrix eorum ad mores formabat Græcos, „ Ritum Græcum illis inſtillans „. Irrito tamen conatu, uti poſtea patuit. Nam Ethnici fuere uſque ad ann. 1386. quemadmodum dixi. Gediminus Olgerdi pater, & Jagellonis avus, ſpem dederat, fore ut Chriſtiana ſacra amplecteretur, petitis ab Jo: XXII. Papa miſſiſque ad ipſum Legatis anno 1324. Bartholomæo Epiſcopo Electenſi, & Bernardo Abbate. Verum ea quoque Pontificia Legatio nullum ſortita eſt effectum, ſic teſtante Crantzio Vandalic. lib. 8. cap. 9. „ nihil cunctatus Pontifex annuit poſtulatis, mittens Epiſcopum cum Abbate & „ Clero competenti: qui ubi in Livoniam pervenere, perducti „ ſunt, annitente Archiepiſcopo Rigenſi [*Friderico*] memorato, „ in conſpectum Lituaniæ Principis. Expoſito Legationis ſuæ „ mandato, quum barbarus vir jam animum mutaſſet, in hanc „ ſententiam fertur reſpondiſſe: Papam veſtrum nec novi, „ nec noſſe cupio: Fidem ac Religionem, quam paterna tra„ ditione accepi, in ea permanebo, certans pro illa a ſanguine „ uſque ad mortem. Legati ubi audiverunt, dejectis in terram „ frontibus, non læti redierunt, tantum itineris, tantum peri„ culorum per mare per terras emenſi. Sic ſe res habet. Anti„ quus ille hoſtis princeps tenebrarum, Ægypti tyrannus Pha„ rao non dimittit populum Domini, niſi in manu forti „. Utcumque enim directæ ſemel iterumque (*a*) ab eodem Gedimino ad Jo: XXII. Papam epiſtolæ continebant, quod nempe quondam prædeceſſor ſuus in Lithuania Rex (*b*) Mindowe cum toto ſuo Regno fuerat ad Chriſti fidem converſus; ſed propter

a Apud Raynald. in Annalib. ad ann. Chr. 1324. num. 48.

b Miechov. lib. 3. cap. 53. „ Eodem anno 1252. Mendog, qui Mendolphus & „ Mindale, Princeps Lithuanor., a Cruciferis Pruſſiæ inductus, fidem Chriſtianam „ cum nonnullis Lithuanis & Prutenis ſuſcepit, deditque literas Cruciferis Pruſſiæ, „ quibus aſtruit & recognoſcit ſe ab illis multipliciter honoratum, & adjutum: & ideo „ terras ſuæ ditionis, videl. Samogitarum, Jazvvingorum, Curovien. Veyzen. & totam terram Lituaniæ, perpetua & irrevocabili donatione ipſis donaſſe & inſcripſiſſe. „ Conſilioque Fratrum Cruciferorum Pruſſiæ, nuncios ſuos, nunciis Magiſtri & Cru„ cife-

pter atroces & inumerabiles injurias Magiſtri & Fratrum Ordinis S. Mariæ Theutonicorum Jeroſolymitanorum a fide hujuſmodi receſſerant, & in errorem priſtinum fuerant relapſi, ſicut & ſe oporteat propterea uſque ad hodiernum diem, licet invitum, in errore hujuſmodi permanere; ac conſequenter quamplures articulos contra eoſdem Magiſtrum & Fratres in eiſdem literis adnotabat, multorum gravaminum, injuriarum, exceſſuum expreſſivos; ſubnectens, quod ipſe nequaquam Chriſtianos impugnabat, tamquam fidem vellet deſtruere Chriſtianam, ſed defendebat ſe ab inimicis ſuis, ut faciunt Reges & Principes alii Chriſtiani; & quod Prædicatorum & Minorum Ordinum Fratres ſecum habebat, quibus commiſiſſet & licentiam dediſſet liberam, ut baptizarent, prædicarent, & informarent Chriſtianum populum [*ideſt*, *Ruſſos*] & etiam Infideles [*ideſt*, *Lithuanos*] ut ad omnipotentem Deum & Dominum converterentur: utcumque, inquam, hæc & alia pollicitus fuiſſet Gediminus, & Gedimino Pontifex ſummus promiſiſſet, ad conciliandam inter ipſum & Cruciferos pacem ſe operam daturum, poſtquam ipſe cum ſua gente catholicam amplectens doctrinam, Baptiſmi, quo nondum renatus fuerat, ſacramento purificaretur: non tamen ipſe *Gediminus*, aut filius *Olgerdus* baptizati dicuntur, ſed in infidelitate atque idolorum cultu uſque ad obitum permanſere, etſi tam Lithuanis Ethnicis, quam Ruſſis Chriſtianis Duces præeſſent. In cauſa fuiſſe potiſſimum perhibetur continuum cum Cruciferis bellum, quod ab Olgerdo, Keiſtuto, Vitoldo, aliiſque Gedimini filiis aut nepotibus Lithuaniæ ducibus ab anno cir-

„ ciferorum adjunctos ad Innocentium PP. IV. miſit, profitens ſe puritatem Chriſtianam ſuſcepiſſe, & Coronam ſuper Lithuanos regnandi petens. In çujus favorem Innocentius PP. fratrem Heidenricum olim Provincialem Poloniæ, & Epiſcopum Armacanum, tunc vero Culmenſem Epiſcopum, cum aliis Epiſcopis de Riga miſit, qui Mendegonam in Regem inunxerunt. Sed eodem tamen anno cum omnibus baptizatis ad vomitum & idololatriam, ſive pœnitentia & dolore amiſſionis terrarum, ſive alia cauſa motus: rediit „. De eodem Miechovius, lib. 3. cap. 50. „ Mendolſum alias Mendog, Regem Lithuanorum, nepos ejus Stroynath, principatum apud Lithuanos nacturus, quieſcentem obtruncat, & omnes filios ejus præſentes, & principatum rapit anno Dom. 1263. Voyſalk autem filius, & Theophilus conſobrinus Mendog, anno ſequenti, videl. 1264. Stroynath venationes tractantem, exprobrata ei cæde patris, interemerunt: fuit autem Voyſalk Monachus Ruſſiæ tonſus, qui occidens Stroynath, Ducem Lithuanorum ſe gerere cœpit. Anno autem Dom. 1267. propter ſimultates & odia pro terris Ruſſiæ, quas Voyſalk ſibi appropriare nitebatur, in quodam rure circumventus, a Leone Duce Ruſſiæ, filio Danielis olim Regis Ruſſiæ, occiſus eſt.

Digitized by Google

no circiter 1330. uſque ad annum 1386. ſuſceptum narratur a Miechovio & Cromero. Primi ex Lithuanis baptizati Romanamque religionem ſequuti, apud Miechovium lib. 4. cap. 28. *Szurivil*, *& Bathavv*, germani Olgerdi & Keiſtuti Ducum, cum nonnullis Lithuanorum Boyariis & nobilibus, qui Pruſiam venientes, fidem Chriſtianam Baptiſmo apud Konisbergk ſuſcepto, profeſſi ſunt. Jagello denique anno 1386. cum fratribus & nepotibus. Ceterum Ruſſi, qui ſub Polonorum aut Lithuanorum ditione erant, non Romanam, ſed Græcam fidem ſequebantur. Miechovius lib. 4. cap. 18. „ Anno vero Domini 1340. „ Boleslao filio Troideni Ducis Mazoviæ (qui Leopolienſem „ Ducatum & cæteras terras Ruſſiæ, jure propinquitatis ex morte Ducis Leopolien. & Uladimirien. nactus fuerat) IX. Kal. „ Aprilis, alias in die Annunciationis Mariæ, veneno per Ruthenos extincto, quoniam ſectam eorum immutare conabatur, Rex Cazimirus contractis copiis concito curſu poſt octavas Paſchæ, Leopolim obſedit, & per deditionem accepit: „ clenodiaque magni valoris illic reperiens, ſcilicet, duas cruces aureas, notabili portione Ligni Dominici inſignes, duo „ diademata uniones & lapides pretioſos habentia, tunicam & „ ſellam auro & gemmis ſuperba in ſuum redegit ærarium: tandem Uladimiriam tam arcem, quam oppidum in ſuam ditionem redegit: caſtriſque Leopolien. & Uladimirien. ligneis „ exuſtis, ne ad rebellionem ſpectarent, in Cracoviam rediit; „ & theſauro depoſito ac ſpoliis, cum majori potentia & exercitu ex omnibus terris contracto, in Ruſſiam reverſus, terras „ Prezemislien. Lucen. Uladimirien. Sanocen. Lubaczow, „ Trebowla, Cuſtan., aliaque Caſtra & civitates Ruſſiæ, per „ vim aut ultro ſe dedentibus ſub una expeditione unaque æſtate accepit: nec ab illo tempore a Regis & Regni Poloniæ „ obedientia Ruſſia deſcivit. *& cap.* 19. Anno Dom. 1349. comparato numeroſo exercitu Rex Caſimirus terras Ruſſiæ, caſtra „ & civitates, quæ nondum ſuo imperio parebant, expugnavit „ & ſubjugavit Luczko, Brzeſcze, Chelm, & eorum vicinia in „ ſuam ditionem redegit.

Illud igitur argumentum, quo Culcinius in Specim. p. 117. utitur, ad oſtendendum, *Petrum Metropolitam Ruſſorum*, cum S. Romana Eccleſia fuiſſe conjunctum, ex eo quod Legatos a Sede Apoſtolica in Ruſſiam anno 1324. miſſos humaniſſime excepe-

cepe-

Digitized by Google

ceperit, ſtramineum videtur eſſe, quum ii Legati non ad Moſcuæ Principem, cujus in urbe Petrus reſidebat, miſſi fuerint, ſed ad *Gediminum* Ethnicum Lithuaniæ Ducem, qui Vilnæ & Kioviæ dominabatur. Verba Culcinii recito, ne videar docti viri argumenta diſſimulare. „ Ceterum [inquit Culcinius] hunc „ Sanctum Primatem [Petrum ſcil.] vixiſſe in unione cum Ro„ mana Eccleſia, indubium eſt, tum quod cum Latinis Epiſco„ pis ex Ordine Prædicatorum in Lithuania, ac Ruſſia recenter „ inſtitutis optimam pacem coluerit, teſte Okolſcio in Vitis Epi„ ſcoporum Latini Ritus Kiovien., tum quod Legatos a Sede „ Apoſtolica Bartholomæum Epiſcopum Electenſem, & Ber„ nardum Abbatem cum profeſſione fidei orthodoxæ in Ruſſiam „ miſſos, devotiſſime exceperit, ut ſcribit Kujatkievicz in An„ nal. Lithuan. ad annum 1324. „ Atqui nihil horum conſtat a Petro Metropolita Ruſſo erga Sedem Apoſtolicam peractum, neque ii Legati in Ruſſiam, ubi Petrus hominibus Græci ritus præerat, a Joanne XXII. Papa miſſi, ſed ad Gediminum in Lithuaniam, a quo fuerunt indecore excepti: uti ſupra eſt oſtenſum.

Nolim tamen ex his inferas, in eam me deſcendere ſententiam, quam Neoterici nonnulli tuentur, Ruſſos ſcilicet Chriſtianam Religionem a Schiſmaticis accepiſſe, Græcanicumque Schiſma uſque ad Clementis VIII. tempora coluiſſe: eos proinde, quos tamquam *Sanctos* venerantur, Petrum, nempe, Alexium, & Cyprianum Metropolitas, alioſque aut Monachos aut Duces, eo cultu indignos eſſe judicandos ab illis, qui Orthodoxam Romanam fidem profitentur. Abſit, ut ita de accepta a Ruſſis religione, deque iis, quibus Rutheni Orthodoxi venerationem exhibent, Sanctis ſentiam. Et ad Sanctum quidem Alexium quod ſpectat, quum ejus cultus in nationali Ruthenorum Unitorum Concilio Zamoſciano anno 1720. celebrato, & a Sancta Sede Apoſtolica probato confirmatus ſit, extra omnem dubitationem ponendum cenſeo, eundem Alexium, etſi Moſcuæ ſedentem, in Eccleſiæ Catholicæ communione vixiſſe atque deceſſiſſe. Id quod quum a me ſingulari diſſertatione *de Græcis, Ruſſis, aliiſque Græcanici Ritus Cultoribus, eorumque Religione*, alibi ſit demonſtratum, hoc unum in gratiam Lectoris nunc proferre juvat argumentum, quod anno Chriſti 1367. (quo anno Alexius Ruſſorum Metropolitanus ſedebat) Græcorum Impera-

Digitized by Google

perator Joannes Palæologus, unacum Orientis Patriarchis Philotheo Conſtantinopolitano, Niphone Alexandrino, & Lazaro Hieroſolymitano, ſcriptis ad Urbanum V. Papam literis, Catholicam Religionem profeſſus, eamdem etiam profeſſionem anno 1369. Romæ confirmavit. Vide Raynaldum ad annos 1367. & 1369.

Ad Tartarorum Reges in Vita Alexii memoratos quod attinet, eorum ſeriem ex Herberſteinio (*a*) accipe. „ Bathi
„ Tartarorum Rex magna manu a Meridie in Septentrionem
„ egreſſus, Bulgariam, quæ ad Volgam infra Cazan eſt, occu-
„ pavit. Anno dein ſequenti, qui erat 6745. (*Chriſti* 1237.)
„ ſequutus victoriam, in Moſcoviam uſque pervenit, Urbem
„ Regiam aliquandiu obſeſſam, per deditionem tandem acce-
„ pit: ſed fide, quam dederat, non ſervata, omnibus cæſis,
„ ultra progreſſus, vicinas provincias Volodimeriam, Pereaslaw,
„ Roſtow, Suſdali, compluraque caſtra & oppida, cæſis aut in
„ ſervitutem abductis inhabitatoribus, exuſſit: Georgium Ma-
„ gnum Ducem inſtructo exercitu ſibi occurrentem profligavit,
„ & occidit: Baſilium (*b*) item Conſtantini, captivum ſecum
„ abduxit, interemitque. Quæ omnia, ut ſupra dictum eſt,
„ anno Mundi 6745. geſta ſunt. Ab eo tempore omnes fere
„ Ruſſiæ Principes a Tartaris inaugurabantur, illiſque pare-
„ bant, uſque ad Vitoldum magnum Lithuaniæ Ducem, qui
„ provincias ſuas, & quæ in Ruſſia occupaverat, a Tartarorum
„ armis fortiter defendit, viciniſque omnibus terrori fuit.
„ Magni autem Duces Volodimeriæ & Moſcoviæ, uſque ad mo-
„ dernum Baſilium Ducem (*c*), ſemper in præſtita ſemel Tar-
„ tarorum Principum fide & obedientia permanſerunt. Hunc
„ Bathi, Annales referunt, ab Ulaslavo Hungarorum Rege,
„ qui poſt Baptiſmum Uladislaus dictus, inque Divorum nu-
„ merum relatus eſt, occiſum fuiſſe (*d*) in Ungaria. Nam quum
„ Regis

a Rer. Moſcoviticar. Commentar. de Tartaris.

b Miechov. lib. 3. cap. 33. ad an. 1206. commemorat Ruſſiæ Duces „ Georgium „ Uladimirien, Jaroslaum Pereaslavien, Uladimirum Ruriki fil. Kiovien. Conſtanti- „ num, & Mſcislaum Davidis filios, Smolenſes Duces. Hujus igitur Conſtantini filius „ Baſilius anno 1237. juxta Herberſtenium, vel 1239. juxta Miechovium, a Tarta- „ ris cæſus.

c Is eſt Baſilius Joannis filius, Ruſſiæ Dux ab anno 1505. ad 1533. ſub quo Herberſteinius ſcribebat, & ad quem miſſus fuit a Cæſare Legatus.

d Fabula hæc de Ladislao Hungariæ Rege. Nam Ladislaus quidem I. qui Sanctus dicitur, tempora Bathi non attigit: quippe qui ab anno 1076. ad 1095. regnavit. Secundus

„ Regis ſororem, quam in Regni depopulatione forte nactus „ fuerat, ſecum abduxiſſet, Rexque & ſororis pietate, & in„ dignitate rei commotus, hunc inſecutus fuiſſet; impetuque „ in Bathi facto, quum ſoror arreptis armis, adultero contra „ fratrem auxilio eſſet; iratus Rex, ſororem unacum Bathi „ adultero interfecit. Hæc geſta ſunt an. Mundi 6745. Asbeck „ ipſi Bathi in imperio ſucceſſit, moriturque anno Mundi 6834. „ cui filius Zanabeck ſuffectus eſt: qui fratribus ſuis, ut ſolus „ ſine metu regnaret, occiſis, moritur anno 6865. Hunc Bar„ debeck (*a*) ſequutus, qui fratribus XII. pariter occiſis, obiit „ anno 6867. Poſt quem (*b*) Alculpa, a Narus quodam re„ gulo, cum liberis ſtatim ab inito imperio occiſus, non ultra „ menſem imperavit. Ad hunc Regnum jam poſſidentem, om„ nes Principes Ruſſiæ convenerunt, imperandique in ſua quiſ„ que provincia poteſtate impetrata, abierunt. Occiditur an„ no 6868. cui Chidir in Regno ſuccedens, a filio Temerhoſcha „ occiſus eſt: qui Regno per ſcelus parto, vix ſeptem diebus „ potitur. Etenim a Temnich Mamai ejectus, quum ultra Vol„ gam fugiſſet, ab inſequentibus militibus occiſus eſt an. 6869. „ Poſt hos Tachtamiſch imperium adeptus anno Mundi 6869. „ cum exercitu 26. Auguſti egreſſus, Moſcoviam ferro ignique „ vaſtavit. Is a Temirkutlu profligatus, ad Vitoldum magnum „ Li-

cundus Ladislaus anno 1200.; Tertius ab anno 1278. ad 1291. regnum tenuit. Itaque quum Bathi in Hungariam irrupit, Bela, hujus nominis quartus, regnabat, ab anno ſcilicet 1235. ad annum 1275. De Bathi autem incurſionibus & interitu, ex Aytono hæc cl. Manſius in not. ad ann. 1242. num. XI. „ Tartari, qui hoc & anno ſuperiori „ Hungariam vicinaque Regna excurrerunt, Ducem expeditionis ſuæ habebant Bai„ donem Hoccotæ Cham filium alterum, cui pater Tartarorum Imperator ſecundus, „ copiarum partem aſſignaverat. Exercitum hunc duxit ille primo in Cumanos natio„ nem Tartariæ finitimam & Septentrionalem. His ſubactis, pari felicitate Regnum „ Caſſiæ (lege Chazariæ) occupavit: tum penetravit ad Bulgaros; dein in Hunga„ riam, Poloniamque, ac tandem in Germaniam uſque pervaſiſſe teſtatur Haito Ar„ menus in ſua Orientali Hiſtoria, quam ſequenti ſæculo ſcripſit cap. XXI. Demum „ meditans Baido Danubii tranſitum, & Duce Auſtriæ pontem defendente impeditus, „ ipſe ſe flumini commiſit, ſed aquarum impetu victus, demerſus ipſe, eodemque fato „ maxima copiarum pars abſorpta periit. Hæc Haito, qui dein notat, nunquam dein„ ceps Tartaros auſos fuiſſe in Germaniam irrumpere.

a *Berdebeck*: biennio Tartaris imperavit, ideſt ab anno 6865. ad 6867. ſeu ab anno Chriſti 1357. ad 1359. Hæc ſi verum eſſet, non igitur Alexius ſub *Berdebeko* illa geſſiſſet quæ in ejus Vita narrantur; quum Alexius a Culcinio dicatur non ante an. Chriſti 1364 Metropolita inauguratus.

b *Alculpa*, *Narus*, *Chidir* & *Themerhoſcha* Principes ab anno 6867. ad 6809. ideſt ab anno 1359. ad 1361. *Mamajus* ab hoc anno ad 6890. ſeu an. Chr. 1382. Deinde *Tachtamiſch* ab anno 1382. ad 1398. Non igitur *Amuratii* ſucceſſit *Mamajus*, neque Mamajus anno 1384. vaſtavit Moſcoviam, uti ſcribit Culcinius.

Digitized by Google

„ Lithuaniæ Ducem profugit. Temirkutlu (*a*) porro Regno „ Sarai anno Mundi 6906. præfuit, moritur 6909. Cui Schatibeck filius in imperio ſucceſſit. Poſt quem Temiraſſack, „ quum exercitum magnum in Retzan ad depopulandam Moſcoviam duxiſſet, tantum terrorem Principibus Moſcoviæ injecit, ut deſperata victoria, abjectis armis, ad Divorum tantum „ auxilium confugerent. In Volodimeriam ſtatim pro Imagine „ quadam Divæ Mariæ Virginis, quæ multis miraculis editis „ ibi celebris erat, mittunt: quæ quum in Moſcoviam duceretur, Princeps omni cum multitudine honorifice illi obviam „ procedit; eaque primum, ut hoſtem averteret, humillime „ implorata, maxima veneratione ac reverentia in Civitatem „ deducit. Quo cultu ſe impetraſſe dicunt, quod Tartari ultra Retzan non fuerint progreſſi. In cujus rei perpetuam memoriam eo loco, ubi Imago expectabatur, ſuſceptaque fuit, „ Templum exædificatum eſt. Dieſque is, quem Rutheni Stretenne, ideſt, Obviationis diem, vocant, 26. Auguſti quotannis ſolemniter celebratur. Acta ſunt hæc anno 6903. Narrant „ Rutheni, hunc Temiraſſack obſcuro genere natum, ex latrociniis ad tantum dignitatis gradum perveniſſe, furemque in „ adoleſcentia egregium fuiſſe, indeque nomen acquiſiviſſe. „ Et quod aliquando ovem furatus, deprehenſuſque a domino „ ovis, jactu lapidis vehementiore crus illi fractum fuiſſet: idque quum ferro quodam colligaſſet, a ferro & claudicatione „ nomen ſibi inditum fuiſſe. *Temir* enim ferrum, *Aſſach* claudum ſignificat. Is Conſtantinopolitanis a Turcis graviter obſeſſis, filium ſuum cum auxiliaribus copiis miſit, qui profligatis Turcis, ſoluta obſidione, ad patrem victor reverſus eſt „ anno 6909. „. Hactenus Herberſteinius de Tartaris: qui ex Miechovio hauſiſſe videtur quod de *Temircutlu*, & *Temiraſſac* obſervat. Sic enim Miechovius lib. 4. cap. 41. narrata prima ac ſecunda Alexandri Vitoldi Lithuaniæ Ducis in Tartaros expeditione, ſcribit: „ Iſte Tamerlanes in Tartarico *Temir Cutblu* „ voca-

a *Temircutlu* ab anno 6906. ad 6909. ideſt ab anno Chriſti 1398. ad 1401. Deinde *Sciatibech* filius: poſt quem *Temiraſſach*. Dormitat Herberſteinius. Ex uno Timur-Lenk, ſeu Tamerlane, Tartarorum Rege, qui anno Hegiræ 793. Chriſti 1390. Toctamiſcium Regno exuit, quique anno Heg. 807. die 17. menſis Sciobani, ideſt, anno Ch. 1405. deceſſit, relicto Regni hærede *Sciabruch* filio; Herberſteinius duos Reges facit, iiſque *Sciatibecum* interponit, nimirum *Timurcutlu*, & *Timuraſſack*. Vide Herbelot. in Biblioth. Orient. a pag. 837. in V. *Timur*.

Digitized by Google

„ vocatur, quod ſonat *Felix Ferrum*, in cujus conſpectu terra
„ ſiluit. Quamvis hoc Tartari tribuant Principi ab ipſo miſſo,
„ *Akſach Temir*, quem Latini Scriptores Tamerlanem appel-
„ lant: *Akſak*, ideſt, Claudus, vel Claudicans *Temir* „. Sed Miechovius in hoc etiam cum Herberſteinio claudicat: unus enim idemque fuit Tamerlanes, qui Tartarice *Timur*, & *Timur-Lenk*, ideſt, *Timur Claudus*, appellatur. Porro memoratam Vitoldi expeditionem placet his verbis Cromeri exponere. Sic autem (*a*) in Uladislao Jagellone lib. XV. narrat. „ Hoc
„ autem anno [1397.] Vitovdus expeditionem illam in Tarta-
„ ros, cujus paulo ante Lithuanica Hiſtoria mentionem feci-
„ mus, feciſſe memoratur, ac Tribum unam Tartarorum, quam
„ illi Orduam vocant, cum pueris & mulieribus abegiſſe, par-
„ temque captivorum Regi & Proceribus Polonis dono miſiſſe.
„ Reliquos in media Lithuania ſupra Vacam amnem prope Vil-
„ nam, agris attributis collocaviſſe. Qui manent ibi uſque in
„ hodiernum diem, boni ac diligentes patres familias, & vir-
„ tutis priſcæ armorumque non immemores. Ritus autem pa-
„ trios Machometicæ ſuperſtitionis adhuc ſervant. Tametſi ne-
„ gant ii ſe a Vitovdo ſubactos, verum civili bello domo pul-
„ ſos, ſive adeo in auxilium contra Cruciferos a Vitovdo evo-
„ catos, in Lithuaniam ultro veniſſe, & in eo quem incolunt
„ loco a Vitovdo ſibi conceſſo domicilium fixiſſe. Cui rei argu-
„ mento eſt illud, quod ii in hanc uſque diem liberi legibus ſuis
„ vivunt, ex æquo cum Lithuanis magni Ducis imperium agno-
„ ſcentes. Verum ut ut eſt de iis, victorem quidem certe
„ exercitum è Scythia tunc Vitovdus reduxit, aut recepit, ſi
„ quidem per legatum id bellum geſſiſſe fertur. Ineſcatus autem
„ hac victoria & re bene geſta, annum quidem unum quieti,
„ & comparandis majoribus copiis dedit. Inſequenti vero an-
„ no 1399. Vitovdus, nequicquam diſſuadentibus Rege & Re-
„ gina, alteram expeditionem fecit in Tartaros: ad quam per-
„ multi de Polonica & Germanica nobilitate gloriæ cupidi no-
„ mina dedere. Multi Heduigis Reginæ, adverſos ejus expe-
„ ditionis ſucceſſus prædicentis, auctoritate de procinctu re-
„ tracti ſunt. Fuerunt autem in ea expeditione de Polonis ma-
„ xime inſignes Raphael Tarnovius Jaſconis, ſive Joannis Ca-
„ ſtel-

a Eadem apud Miechov. lib. 4. cap. 41. & Guagninum in Vitoldo magno Duce Lithuaniæ.

„ ſtellani Sendomirienſis filius, Sendinovius, Oſtrorogus Dobrogoſtius, Samotulius, Jo: Clovacius Palatinus Maſovienſis, Jo: Dambrovius, Varſius Michovius, Socha Plocenſis Palatinus, Thomas Verincus, & illuſtris in primis Spitco Melſtinius Palatinus Cracovienſis, ac Dominus inferioris Ruſſiæ ſive Podoliæ, quam ei Uladislaus Rex ante duos annos, fruſtra reclamante Regina cum proceribus, donarat, ſive adeo certo pacto obligarat, ea lege, ut accitus a Rege ad quodvis bellum cum auxiliis præſto eſſet. Recenſitis apud Kioviam copiis, Vitovdus bonæ ſpei plenus, Scythiam cum infeſto exercitu ingreditur. Imperabat tunc apud Tartaros Tamerlanes, humili quidem loco natus, verum ſcientia rei militaris & felicitate eo potentiæ provectus, ut duodecies centena millia hominum haberet in exercitu: ac Turcis profligatis, Imperatoreque eorum (a) Bajazete capto, & in ferrea cavea, feræ in modum, ſecum circumvectato, & Iberia, Albania, Armenia, Perſia, Meſopotamia, Aſia & Ægypto, incredibili celeritate vaſtatis, orbem terrarum terrore ſui nominis impleret. Jamque tranſmiſſis Sula & Pſola fluminibus, ad campeſtria Tartariæ & ad Vorſclam amnem Vitovdus nemine repugnante pervenerat; quum Edigam unum inter Duces Tartarorum potentiſſimum, Tamerlanis Legatum, cum innumerabilibus copiis obvium habuit. Ibi conſternatis noſtrorum animis, Reginæ monita in mentem veniebant. Itaque ſuadente maxime Spitcone, de pace cum Barbaris agi placuit: neque illi pacem aſpernabantur. Verum id majorum conſilium quaſi timidum ferociores plerique, quum reprehenderent, re univerſæ dimicationis diſcrimini commiſſa, vicerunt Barbari, non incruenta quidem victoria. Quod ni multitudine abundaſſent, virtute noſtrorum ſuperati fuiſſent. Cecidere de noſtris plurimi, nec inulti tamen. In his fratres Regis, Andreas & Demetrius Coributus, & alii novem Duces Lithuani & Ruſſi: pauci vivi capti. Vitovdus cum Svitrigellone patruele, Oſtrorogo, & Samotulio, quum inclinari aciem ſuorum cerneret, pernici fuga evaſit. Melſtinius

(a) Atqui memorabilis illa Tamerlanem inter & Bajazetem pugna, qua Bajazetes, victus captuſque fuit, non ante menſem Julium anni Chriſti 1402. contigit, uti oſtendit cl. Manſius not. ad Raynald. ann. 1402. num. 5. Adeoque expeditio em hanc Vitoldi Tartaricam anno 1399. ſuſceptam non anteceſſit, ſed poſt triennium ſubſequuta eſt.

Digitized by Google

„ nius quum ſeu fuga, ſeu Ducis hoſtium indulgentia, cui virtutem & prudentiam ſuam inter colloquendum de pace probarat, ſalvus eſſe poſſet, inter confertiſſimos hoſtes honeſtiſſime occumbere maluit; quemadmodum ipſe optarat & prædixerat, Paulo Zucovio ſive Sciucovio timorem illi exprobrante. Sciucovius vero ille dictis quam factis fortior, Therſitæ in morem, primus propemodum fugam iniit. Non diu Tamerlanes ei victoriæ ſuperſtes fuit, eo (*a*) ipſo anno extinctus. Porro Tartari continuantes curſum victoriæ, in Lithuaniam populabundi uſque ad Luſcum excurrerunt. Kiovienſes tamen tribus millibus rublorum oppidum agrumque ſuum redemerunt. Continet autem in ſe rublus apud Lithuanos centum groſſos „. Atque hæc de Ruſſis, Lithuanis, & Tartaris dicta ſufficiant. Ad Ruthenicas Ephemerides redeo.

XIII.

Sanctus Martinianus.

Kalend. Moſcoviticum: *Prepod. Martiniana*, S. Martiniani. Slavicus noſter unacum utroque Vaticano Codice hodie vacat. Papebrochius: *Martinianus. Simeon*. Poſſevinus pro Martiniano perperam: *S. Martiani*. Græci in utroque Menologio de Martiniano agunt hac die cum Synaxario: τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Μαρτινιανοῦ, *S. P. N. Martiniani*: de quo Latini ſilent.

Quis autem hic *Simeon* a Ruſſis cultus? ignorare ſe fatetur Papebrochius, ſic ſcribens: „ Simeon monachus Serbus: Ita R. P. Ohilewicz: plura ſcire cuperemus. Eſt autem Servia regio trans Danubium, Bulgariæ propinqua, forſitan & eadem Slavonica lingua cum Moſcis, alioquin ſatis remotis, utens „. Culcinius in Specim. pag. 9. *De S. Simeone Serborum Epiſcopo*, id interpretatur: ſubjungens: „ De hoc Sancto Serborum Epiſcopo, Doctore ac Thaumaturgo, adeſt in meo Anthologio commemoratio cum tali Tropario „ Divina gratia illuſtratus &c. Subjungo & Contacium „. Angelicam amplexus in terra vitam &c. Plura de hoc Simeone Rege, ſancti Sabæ Archiepiſcopi patre, dixi ſupra ad 14. Januarii. Cur autem a Culcinio dicatur *Serborum Epiſcopus*, nullam cauſam invenio, niſi meram viri alioquin in Ruſſicis rebus periti allucinationem,

a. Hoc falſum. Nam Tamerlanes ſuperſtes fuit uſque ad an. Chr. 1405. uti ſupra ex Turcicis Annalibus aliiſque oſtenſum eſt ex Herbelotio Bibl. Orient.

Digitized by Google

qui patrem ex Rege Monachum cum filio Saba ex Monacho Serborum Archiepiſcopo confuderit. Certe in Papebroch. Ephemeridibus non Pontificio, ſed Monachico habitu indutus exhibetur. Utriuſque, patris ſcilicet & filii, mentio apud Montfauconium in Palæographia Græca, ubi de Monaſteriis Montis Atho pag. 472. his verbis: „ Fundatores hujus Templi [*Chilantarii* „ *nuncupati*] præterea ſunt ſancti Sabbas & Simeon pater ejus ex „ Servia „. Alius proinde hic Simeon a *Simeone Petra*, fundatore Monaſterii ſui nominis apud eund. Montfaucon. p. 485. ubi & *Sanctus* a Græco ſcriptore vocatur. *Martiniani Monachi & Eremitæ in Paleſtina*: ἔγγιστα τῆς πόλεως Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης, MS. Lambec. VIII. pag. 84. Latine apud Sur. & Bolland. 13. Febr. ὃν τρόπον αἱ τῶν προλαβόντων νόσων σωματικαί, auctore Simeone Metaphraſte.

XIV.

Sanctus Cyrillus.

Auxentius.

Kalend. Moſcoviticum: *Prep. Auxentia*: Sancti Auxentii. Codex Slavicus noſter: *S. P. N. Cyrilli Philoſophi*. Vaticanus uterque vacat. Papebrochius: *Auxentius*: *Cyrillus*: *Eulogus*. Poſſevinus perperam pro Auxentio. *S. Patris Evagentii*. Græci in utroque Menologio de Cyrillo quidem nihil: de Auxentio vero ad hanc diem: τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Αὐξεντίου, *S. P. N. Auxentii*: ad diem autem antecedentem: τοῦ ἁγίου Εὐλογίου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, *S. Eulogii Epiſcopi Alexandriæ*: utrobique cum Synaxario: Quare Pictoris errore factum eſt, ut *Eulogius* habitu monaſtico ſit depictus apud Papebrochium. Latini *Auxentium* colunt hac die: *Cyrillum* ad IX. Martii: *Eulogium* ad 13. Septembris.

Auxentii Presbyteri & Abbatis Bithyni: τῶν ἀρχαιοτέρων πατέρων, MS. Lambec. VIII. pag. 84. Latine apud Sur. & Bolland. 14. Febr.

De *Eulogio* hæc obſervat Papebrochius: „ Eulogius Mo„ nachus. Indigenarum aliquis mihi eſſe videtur, & dignus, „ de quo plura ſcire velimus: nam Patriarcha Alexandrinus „ hujus nominis, quem Menæa ad diem præcedentem comme„ morant, ægre huc trahi poteſt, veſtitus forma repugnante, „ niſi aliud argumentum accedat „. Reſpondet Papebrochio Culcinius in Specim. ad 14. Febr. „ Hac die in tabulis figuratis „ Cy-

„ Cyrillo Moraviæ Apoſtolo jungitur Eulogius, quem Papebrochius putat eſſe noſtrum indigenam: ſed ego nullibi reperio Eulogium Monachum Ruthenum, eumque ſanctum. „ Dicendum ergo hunc Eulogium eſſe Patriarch. Alexandrinum. „ Quod pictor ipſum non ornaverit habitu Pontificali, hoc parum refert: nam idem pictor frequenter errat in attribuendis repugnantibus veſtituum formis, ut in caputiis albis, & „ aliis ſimilibus optime obſervat laudatus Collector. Nec obſtat pariter, quod Menæa Eulogium die præcedenti commemorent. Nam ſimiles præpoſitiones, vel poſtpoſitiones Commemorationum non jam in ſolis tabulis figuratis, ſed in omnibus fere Menæis tum Græcis tum Ruthenicis facile contingunt „. Obvia mihi videtur cauſa, cur de Eulogio Epiſcopo Alexandrino ſit hic ſermo. Pictor exhibet tres; duos ſcilicet *Monachos*, *Auxentium & Cyrillum* Philoſophum veſtitu Monaſtico, & *Eulogium* Epiſcopum in medio, indutum habitu Pontificio. Sed in nominum Epigraphe errat, ſupra Eulogii Pontificis caput, nomine *Cyrilli* appoſito, & e contrario. *Cyrillus* enim, uti alibi a me eſt oſtenſum, non fuit *Epiſcopus*, ſed *Monachus & Presbyter deceſſit*; hinc in Codice Slavico omnium Ruthenicorum vetuſtiſſimo, non Epiſcopus vocatur, ſed *S. P. N. Cyrillus Philoſophus*. De quo Cyrillo vide me Tom. 3. tota Part. 1. a pag. 1. ad 171. ubi fuſe tam de hoc, quam de fratre ſancto Methodio diſſerui. Falconius ad xv. Febr. *Cyrilli* commemorationem perperam differt pag. 69. De S. Methodio Cyrilli fratre agunt Ruſſi ad xi. Maji, uti mox patebit.

XV.

Onesimus.

Uterque Vaticanus cum Slavico noſtro vacant. Papebroch. *Oneſimus*, pro quo Poſſevinus perperam de more: *S. Apoſtoli Aniſini*. Kal. Moſcovit. *Apoſtola Oniſima*, Apoſtoli Oneſimi. In utroque Græcorum Menologio: τοῦ ἁγίου Ὀνησίμου, μαθητοῦ τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Παύλου: *Sancti Oneſimi, diſcipuli S. Pauli Apoſtoli*; cum Synaxario, in quo dicitur Philemonis Romani civis Servus, & Pauli diſcipulus, cujus poſt mortem a Tertullo Romæ præfecto comprehenſus, & Puteolos miſſus, ibi virgis cæſus & confractis cruribus, vitam conſummaſſe. In Martyr. Rom. colitur ad diem ſequentem, his verbis: „ Natalis B. Oneſimi, „ de quo S. Paulus Apoſtolus ad Philemonem ſcribit: quem

Digitized by Google

„ etiam poſt S. Timotheum Epheſiorum Epiſcopum ordinavit, „ prædicationiſque verbum illi commiſit. Hic vinctus Romam „ perductus, ac pro fide Chriſti lapidatus, primo ibidem ſe„ pultus fuit; inde ad locum ubi Epiſcopus fuerat ordinatus, „ corpus ejus delatum eſt „. Vide notas Baronii ad XVI. Febr. ubi eundem hunc eſſe Oneſimum affirmat, quem Latini & Græci colunt, ſancti Pauli diſcipulum appellantes. Henſchenius quoque Oneſimum Pauli diſcipulum, Epiſcopum fuiſſe Epheſiorum oſtendit, diverſum tamen ab eo Oneſimo, qui fuit magiſter SS. Alphii, Philadelphi & Cyrini, quique Puteolis paſſus dicitur: confuſâ proinde a Græcis Oneſimi Epiſcopi acta cum rebus geſtis Oneſimi Puteolis paſſi. Hinc ſcrupulus Papebrochio eximitur, qui de Oneſimo ſic ſcribit: „ Oneſimus S. Pauli diſcipu„ lus. Melius hic mihi videtur pingi abſque habitu Pontificali: „ Epiſcopum enim fuiſſe, haud ſatis nobis probant quæ de eo „ habemus „. Atqui depictus eſt habitu Apoſtolico, uti reliqui Apoſtoli ſolent: Epiſcopum autem fuiſſe, Henſchenius ex Latinis oſtendit. Falconius ad 15. Febr. pag. 69. „ confuſi ſunt, „ Oneſimus diſcipulus Pauli, & Oneſimus Epiſcopus Epheſio„ rum poſt Timotheum & epiſtolam Ignatii Martyris anno Chri„ ſti 107. „ Imo non ſunt confuſi, neque duo fuere, Oneſimus Pauli diſcipulus, & Oneſimus Epheſior. Epiſcopus: ſed confuſa Acta hujus Oneſimi, cum altero Oneſimo Puteolis paſſo. Oneſimi Acta: *χαῖρε καὶ γένος ἱκετικοί*. Lambec. VIII. pag. 85. Latine apud Surium 16. Febr.

XVI.

Pamphilus et Socii ejus.

Kalend. Moſcovit. *Muc. Pamphila*, Mart. Pamphili. Slavicus noſter: *SS. Martyrum Pamphili*, *Valentis*, *Pauli*, *Porphili*, [leg. *Porphyrii*] *Seleuci*, *Juliani*, *& aliorum*. Uterque Vaticanus vacat. Martyrol. Rom. ad hanc diem, *S. Juliani Mart.* in Ægypto, cum aliis quinque millibus: In Palæſtina vero, ſanctorum Martyrum Ægyptiorum *Eliæ*, *Hieremiæ*, *Eſaiæ*, *Samuelis*, *& Danielis*: poſt quos *Sanctus Porphyrius*, *Pamphili Martyris* famulus, *& S. Seleucus Cappadox*; de quibus Euſebius lib. 7. cap. 20. & lib. 8. cap. 22. & Baronius in notis. Papebroch. *Pamphilus*; *Flavianus*. Græci in utroque Menol. cum Synaxario; *τῶν ἁγίων μαρτύρων* Παμφίλου, Οὐάλεντος, Παύλου, Σελεύκου, Πορφυρίου, Ἰουλιανοῦ, Θεοδούλου, Ἠλία, Ἰερεμίου, Ἠσαΐου, Σαμουὴλ,

μουὴλ, ϗ Δανιὴλ: *SS. Martyrum Pamphili, (a) Valentis, Pauli, Seleuci (b), Porphyrii, Juliani, Theoduli, Eliæ, Jeremiæ, Iſaiæ, Samuelis, & Danielis*. De Pamphilo & Sociis Martyrologium Romanum ad 1. Junii: „ Cæſareæ in Palæſtina „ B. Pamphili Presbyteri & Mart. &c. Paſſi ſunt etiam tunc va- „ lens Diaconus, & Paulus, aliique novem, quorum memoria „ aliis diebus celebratur „. Horum Acta conſcripſit Euſebius Hiſt. lib. 8. c. 17. Exſtant etiam Græce, Pamphili Cæſarien. Valentis, Pauli, Seleuci, Porphyrii, Theoduli, Juliani & Sociorum: Καιρὸς δὴ καλεῖ πρὸς ἅπασι τὸ μέγα ϗ περιβόητον, auctore Metaphraſte ex Euſebio, MS. Lambec. VIII. pag. 85. & Latine apud Sur. 1. Junii; Græce & Latine Tom. 1. Act. Sanctor. Junii pag. 64. De his vide Fabric. Biblioth. Græc. Tom. 6. pagin. 101. Poſſevinus male; *S. Patris Pamphili*.

De Sancto *Flaviano*, qui in Ruſſicis Ephemeridibus hac die commemoratur, Papebrochius ſic ſcribit. „ Flavianus Ana- „ choreta: tempus ac locum ubi vixerit, non indicant Menæa, „ quæ eum inſigni elogio laudant, adeo ut vitam ſcriptam fuiſ- „ ſe facilius optari poſſit, quam credi. Corpus fortaſſe Conſtan- „ tinopolim advectum celebritatem cultus attulit, ob quam ita „ ſpecialiter hic poni ſit meritus „. At Culcinius in Specim. ad 16. Februarii pag. 73. „ Sanctis Martyribus Pamphilo ac ſociis „ paſſis ſub Diocletiano, addunt hac die mei libri S. Flavianum „ Archiepiſcopum CP., qui claruit ſub Theodoſio juniore. Pi- „ ctor in Tabulis figuratis pinxit hunc Sanctum in habitu ſimpli- „ ci monaſtico, quum debuiſſet eum ornare inſignibus Epiſco- „ palibus „: Deceptus fortaſſe pictor iis verbis, quæ in Menæis leguntur: τῇ αὐτῇ ἡμέρα, μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Φλαβιανοῦ, *Eadem die, Commemoratio S. P. N. Flaviani*. Verum in Menol. Baſil. ad 17. Febr. habetur Synaxarium cum effigie S. Flaviani habitu Patriarchico, & hoc titulo: μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν ϗ Ἀρχιεπισκ. ΚΠ. Φλαβιανοῦ, *Commemoratio S. P. N. Flaviani Archiepiſcopi CP. Ejus nempe, qui ab ann. 446. ad 449. ſedit, de quo Bollandiani in Act. Sanct. 18. Febr.*

XVII.

THEODORUS.

Primus Vaticanus: *Theodori Tyronis*. Alter vacat. Slavicus

a In Menol. Baſil. pro Pamphilo, perperam Παμφίου, *Pamphii*.
b Apud Falcon. perperam, *Silvani*.

Digitized by Google

cus noſter. *S. Martyris Theodori.* Ita & Poſſevinus. Papebroch. *Theodorus Tyro*. Kal. Moſcovit. *Muc. Theodora Tyrona*, *Mart. Theodori Tyronis*. Græci in utroque Menol. cum Synax. τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Θεοδώρου τοῦ Τύρωνος, *S. Magni Martyris Theodori Tyronis*. In Menæis: τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σύναξις ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτοῦ μαρτυρίῳ, τῷ ὄντι ἐν τοῖς Φωρακίου, ἐν τῷ σαββάτῳ τῆς πρώτης τῶν νηστειῶν ἑβδομάδος, *Agitur ejus Synaxis in ſanctiſſimo ipſius Martyrio, quod eſt in ædibus Phoracii* [leg. *Sporacii*] *ſabbato primæ jejuniorum hebdomadæ*. Papebrochius ad 17. Febr. metrici Græcor. „ Amaſeæ in Ponto paſſus ſub Gale„ rio (*a*), colitur a Latinis IX. Novembris. Corpus Brundu„ ſii eſſe creditur, caput Cajetæ. Acta Latine exſtant; habe„ mus & Græce: necnon quædam ejus miracula, tum ſeorſim „ ſtrictius deſcripta, tum fuſius deducta in oratione Chryſippi „ Presbyteri. Extat de eodem ſermo S. Greg. Nyſſeni. Vidi„ mus etiam Laudationem ejuſdem ſcriptam a Niceta Paphla„ gone in Vallicellana Romæ, non tamen curavimus deſcri„ bendam, uti nec alteram Nectarii Archidiaconi Conſtantino„ politani, jam Latine editam a Lipomano & Surio, Græce „ autem inventam Taurini in Bibliotheca Ducis Sabaudiæ, quæ „ aliaque MSS. Græca utinam evaſerint flammas, quibus Gal„ leriæ, ut vocant, pars deflagravit poſt noſtrum inde reditum. Vide adnotata a me ſupra ad VIII. Febr. ubi de S. Theodoro militum Duce. De miraculo circa Theodori Tyronis matrem captivatam a dracone: ὅσοι μὲν εἰς τὸν φιλάνθρωπον Θεόν: MS. Lambec. VIII. pag. 376. Miraculum Martyris Theodori, ἦν τις ἀνὴρ πίστιν πολλὴν ἔχων, MS. Biblioth. Coiſlin. pag. 196.

XVIII.

LEO.

Kalend. Moſcoviticum: *Sbatago Lva Papi Rim. S. Leonis Papæ Romæ*. Slavicus noſter cum utroque Vaticano vacat. Poſſevinus: *S. Leontii*. Papebrochius. *Leontius*. *Maximus*. Et *Leontius* quidem, inquit, eſt *Leo I. Papa*: „ Maximus autem „ Martyr cum ſociis Theodoto, Heſychio, & Aſclepiodota, „ iterum a Græcis memorantur in Septembri, & ad diem XV. „ ejuſdem menſis in hodierno Romano, quando eorum Acta „ Græco-Latina dabimus „. Rutheni Moſcovitæ in Calendario quo-

a Menæa Græcor. ſub Maximiano & Maximino.

quotannis imprimi ſolito: *Sviatago Lva Papi Rim*; *Sancti Leonis Papæ Romæ*. Græci in utroque Menol. cum Synaxario: τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Λέοντος Πάπα Ῥώμης, *S. P. N. Leonis Papæ Romæ*. τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σύναξις ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ, *Peragitur autem ejus Synaxis in ſanctiſſima magna Eccleſia*. Eadem die in Menol. Græcor. agitur commemoratio τῶν ἁγίων μαρτύρων Λέοντος καὶ Παρηγορίου ἀθλησάντων ἐν Πατάροις τῆς Λυκίας, *SS. Martyrum Leonis & Paregorii, qui Pataris in Lycia decertarunt*. Acta in Synaxario, necnon Græce MS. Lamb. VIII. pag. 86. ποικίλαι μὲν τοῦ διαβόλου αἱ μηχαναί, Latine apud Sur. & Bolland. 18. Febr. Latini de S. Leone Papa agunt ad XI. Apr. De *Maximo* autem Martyre Græci in Menol. cum Synaxario ad diem ſequentem: τῶν ἁγίων μαρτύρων Μαξίμου, Θεοδότου, Ἡσυχίου, καὶ Ἀσκληπιοδότης, *SS. Martyrum Maximi, Theodoti, Heſychii, & Aſclepiodotæ*. In Baſiliano quoque ad XIX. hujus: τῶν ἁγίων μαρτύρων Μαξίμου καὶ Θεοδότου, *SS. Martyrum Maximi & Theodoti*, ſuppreſſo ſociorum nomine. In eod. Menol. Baſiliano ad XV. Septembris, τῶν ἁγίων μαρτύρων Μαξίμου, Θεοδότου, καὶ Ἀσκληπιοδότης, *SS. Martyrum Maximi, Theodoti, & Aſclepiodotæ*, ubi Romanum Martyrologium ad eandem diem XV. Septemb. pro Theodoto habet *Theodorum*, & pro *Aſclepiodota* femina, *Aſclepiodotum*.

XIX.

Apostolus Archippus.

Slavicus noſter, & Vaticanus uterque vacant. Poſſevinus: *S. Apoſtoli Archippi*. Kal. Moſcovit. *Apoſtola Archippa*, *Apoſtoli Archippi*. Papebroch. *Archippus*: de quo ad 19. Febr. metrici: „ Colitur a Latinis 20. Martii: a S. Paulo in epiſt. ad Phile„ monem, *Commilitonis* appellatione dignatus, cui Canonem „ S. Joſeph Hymnographus panxit, ſuo more Acroſtichum „. Græci in Menol. ad XX. hujus: τῶν ἁγίων Ἀποστόλων Ἀρχίππου, Φιλήμονος καὶ Ἀπφίας, *SS. Apoſtolorum Archippi, Philemonis, & Apphiæ*, cum Synaxario. In Menol. Baſil. ad 23. Novemb. item cum Synaxario, τῶν ἁγίων μαρτύρων Ἀρχίππου μαθητοῦ Παύλου τοῦ ἀποστόλου, καὶ Φιλήμονος τοῦ στρατιώτου, *SS. Martyrum, Archippi diſcipuli Pauli Apoſtoli, & Philemones militis*. In Synaxario tam *Archippus*, quam *Philemon*, & *Apphias* paſſi dicuntur. Militis autem titulus unde Philemoni tributus ſit, ignoro. *Revelatio Archippi* προσμοναρίου S. Michaëlis in Chonis ſeu Coloſſis

Ioſſis, ἡ ἀρχὴ τῶν ἰαμάτων καὶ δωρεῶν, extat MS. Bibliothec. Coiſlin. pagin. 195. Quia enim Archippus Pauli diſcipulus, Chonis paſſus eſt, ibi Archippi nomen ad fideles derivatum eſt, in quibus is qui miraculum S. Archangeli deſcripſit.

XX.

SANCTUS LEO.

Kalend. Moſcovit. *Sbatago Lva Katanſki*, S. Leonis Catanenſis. Ambo Vaticani unacum noſtro Slavico vacant. Poſſevinus: *S. Patris Leonis Epiſcopi*. Papebroc. *Leo*: & in Febr. Metrico: *S. P. N. Leonis Epiſcopi Catanenſis, cum titulo Thaumaturgi etiam Romano hodierno adſcriptus: cujus vitam a coævo ſcriptam dedimus ex Græco, & hoc ſervamus ad ſupplementum*. In Menol. Baſil. ad xx. hujus: τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Λέοντος ἐπισκόπου Κατάνης τῆς ἐν Σικελίᾳ, *S. P. N. Leonis Epiſcopi Catanæ in Sicilia*: cum Synaxario: quod vide Tom. 2. p. 205. At in Menæis, ſine Synaxario, Feſtum peragitur cum officio, hoc titulo præfixo: τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Λέοντος ἐπισκόπου Κατάνης, *S. P. N. Leonis Epiſcopi Catanæ*.

XXI.

TIMOTHEUS.

S. EUSTATHIUS, & INVENTIO SANCTARUM RELIQUIARUM.

Slavicus cum Vaticanis ſilet. Poſſevinus: *S. Patris Timothei*. Kal. Moſcovit. *Prep. Timothea*, *S. Timothei*. Papebrochius: *Timotheus*: additque; *Anachoreta*. Is eſt videlicet, de quo Græci in Menæis, τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Τιμοθέου, τοῦ ἐν Συμβόλοις *S. P. N. Timothei, qui in Symbolis*: ubi dicitur, a teneris unguiculis ſolitariam in montibus & eremis amplexus vitam uſque ad mortem. Baſilianum de eo ſilet. In tabulis Papebrochii depictus eſt habitu Patriarchali: adeoque videtur Pictor *Timotheum* monachum omiſiſſe, & pro eo depinxiſſe *Euſtathium* Pontificem. *Euſtathius* autem is eſt celeberrimus Antiochiæ Patriarcha, de quo in Menæis ad hanc diem Græci: τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Εὐσταθίου Πατριάρχου Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης *S. P. N. Euſtathii Patriarchæ Antiochiæ magnæ*: cum Synaxario. De eo Menologium Baſilii ad 23. Auguſti, Tom. 3. pag. 214. item cum Synaxario: Latini vero ad 16. Julii: Ubi Baronius in notis: „ Euſtathii Epiſcopi. De quo Beda, Uſuardus, Ado, „ ac cæteri Latinorum: Græci vero in Menol. IX. Kal. Martii, „ ac iterum Nonis Junii agunt de ejus Tranſlatione, quando „ tem-

Digitized by Google

„ temporibus Zenonis Auguſti venerandum corpus ejus transla-
„ tum eſt Antiochiam, de qua Translatione ſcribit etiam Theo-
„ dorus Lector in Collectaneis lib. 1. In Menæis ad 5. Junii: τῦ ἐν ἁγίοις πρὸς ἡμῶν Εὐςαθίυ Ἀρχιεπισκόπυ Ἀντιοχείας *S.P.N. Euſtathii Archiepiſcopi Antiochiæ*. In Synaxario poſt narratam ejus vitam, refertur Translatio corporis in urbem Antiochenam ſub Zenone. Ad hanc Translationem reſpicere videtur Pictor iis verbis: *Inventio Sanctarum Reliquiarum*: qui tamen Pictor duos hic Epiſcopos exhibet & monachum in medio. Et monachus quidem non alius eſt a Timotheo; Epiſcopi autem ſunt unus idemque Euſtathius bis repræſentatus: at in apponenda eorum capitibus epigraphe erravit Pictor, dum Euſtathio Epiſcopo appingit nomen *Timothei*, & *Timotheo* nomen *Euſtathii*. Porro in Euſtathium Antiochenum extat Encomium S. Jo. Chryſoſtomi: Σοφός τις ἀνὴρ ϗ φιλοσοφεῖν εἰδώς, Tom. 2. novæ edit. pag. 603. Tom. 5. Savil. pag. 628.

XXII.

Inventio Sanctorum Martyrum.

Kalend. Moſcoviticum: *Muc. Bo Eugeniy*, *Martyrum in Eugeniis*. Vacant ambo Vaticani, & Slavicus noſter. Papebroch. *Inventio Reliquiarum in Eugeniis*: Sanctorum ſcilicet *Andronici* & *Juniæ*. Pro quo Poſſevinus peſſime: *Inventio Reliquiarum S. Ugneſantii*; Sic enim τό, *in Eugeniis*, corrumpit. Papebrochius loc. cit. *Poſſevini interpres neſcio unde formarit nomen S. Ugniſantii, & Belga noſter, S. Euphemiæ*. In Menæis: ἡ εὕρεσις τῶν λειψάνων τῶν ἁγίων μαρτύρων ἐν τοῖς Εὐγενίυ, *Inventio Reliquiarum Sanctorum Martyrum in Eugeniis*. Sub Thoma nempe Patriarcha Conſtantinopolitano, uti in Synaxario narratur, & temporibus *Arcadii*, quemadmodum in titulo dicitur his verbis: ἅτινα εὑρέθησαν ἐν τοῖς χρόνοις Ἀρκαδίυ, *quæ inventæ ſunt temporibus Arcadii*. Quod tamen manifeſte repugnat: nam *Thomas Patriarcha Conſtantinopolitanus* ab an. 606. ad 610. ſedit *ſub Phoca Imperat*. At *Arcadio* imperante, *Nectarius* Sedem Conſtantinopolitanam rexit ab anno 381. ad 400. Itaque pro Arcadio ponendum *Phocæ* nomen.

Digitized by Google

XXIII.

Sanctus Polycarpus.

Uterque Vaticanus ſilet. Slavicus noſter: *Sancti Sacromartyris Polycarpi Epiſcopi Smyrnæ*. Kalend. Moſcovit. *Muc, Polycarpa*, Mart. Polycarpi. Poſſevinus: *S. Mart. Polycarpi*. Papebroch. *Polycarpus*. Utrumque Menologium: τῦ ἁγίυ ἱερομάρτορος πολυκάρπυ ἐπισκόπυ σμύρνης, *Sancti Sacromartyris Polycarpi Epiſcopi Smyrnæ*, cum Synaxario. Colitur apud Latinos XXVI. Januarii. Acta Græce: ἡ Ἐκκλησία τῦ Θεῦ ἡ παροικῦσα σμύρναν, Lambec. VIII. pag. 88. Epiſtola Eccleſiæ Smyrnenſis apud Euſeb. hiſt. lib. IV. cap. 15. Latine: *Superiore repetam dicendo*, ſub Pionii nomine edita a Bollando 26. Januarii.

XXIV.

Inventio Capitis Præcursoris Secundo.

Uterque Vaticanus; *Inventio Capitis Joannis Baptiſtæ*. Slavicus noſter; *Inventio Capitis S. Joannis Præcurſoris*. Papebrochius. *Memoria Capitis S. Jo. Prodromi*: *Ita noſter Belga*. Male. *Inventio*; non *memoria*. Culcinius; *Inventio Capitis Jo. Prodromi*. Poſſevinus perperam, ut ſolet, *Decollatio S. Joannis*. Marmor Neapol. *Inventio Capitis S. Jo. B.* Kalendar. Moſcoviticum *Obritenie glavi Prediteczy*: *Inventio Capitis Præcurſoris*. Græci in utroque Menol.: ἡ εὕρεσις τῆς τιμίας κεφαλῆς τῦ ἁγίυ Ἰωάννυ Προφήτυ, Προδρόμυ καὶ Βαπτιςῦ: *Inventio pretioſi Capitis S. Jo. Prophetæ, Prodromi, & Baptiſtæ*: cum Synaxario. Sed in Baſiliano dicitur primo inventum a duobus Monachis Hieroſolymam pergentibus in domo Herodis incluſum in vaſe fictili; idque ex iis receptum, a figulo quodam in Emeſenorum (a) civitatem delatum, & ſorori, poſt obitum, relictum, & deinceps per manus multorum traditum, in ea urbe permanſiſſe, quoad temporibus Michaëlis Imp. qui Orthodoxiam reſtituit, & Ignatii Patriarchæ, Conſtantinopolim translatum, ibique depoſitum. At in altero Synaxario, poſtquam narratum eſt, delatum Emeſam caput, a figulo ſorori traditum fuiſſe, additur: „ Tandem in manus cujuſdam monachi venit Euſtathii Presbyteri Ariani, qui moriens, ibi ipſum reliquit, manſitque ita „ uſque ad tempora Marcelli Archimandritæ ſub Valentiniano „ jun. Imperat. & Uranio Epiſcopo Emeſeno, tunc in Hydria „ inven-

a Papebrochio in not. ad 24. Februarii Metrici, pro Emeſa, excidit *Edeſſa*.

„ inventum, & ab Uranio in ſuam Eccleſiam inductum: ubi „ multa operatur miracula „. Agitur ejus Synaxis ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτοῦ Προφητείῳ, τῷ ὄντι ἐν τοῖς Φωρακίου, *in SSma ejuſdem Prophetæ Eccleſia, quæ eſt in ædibus Phoracii*, imo, *Sporacii*. In Capitis Joannis Inventionem (*a*) in urbe Emeſena anno Chr. 433. 24. Febr. *μοναχοὶ δύο ἐκ τῆς ἑώας*. Marcelli Archimandritæ, MS. Lambec. VIII. pag. 89. Latine vertit Dionyſius Exiguus. De tribus inventionibus Capitis S. Joan. Baptiſtæ: πάλιν ἡμῖν ὁ Θεῖος ὑπέστηκε πρόεδρος, Culcinius in Spec. pag. 73. „ Celebratur hodie prima & ſecunda Inventio (Ruthenice Obritenie) venerandi Capitis S. Jo. Baptiſtæ cum officio proprio in „ meo Anthologio & cum Synaxario. Porro Synaxarium aſſerit, „ primam Inventionem contigiſſe Jeroſolymis a duobus monachis, alteram vero in urbe Emeſenorum ab Epiſcopo Uranio & „ Marcello Archimandrita. De tertia Inventione, die 25. Maji „ dicetur „. Latini primam Inventionem recolunt ad 24. Febr. Vide Baron. ad 29. Auguſti: ubi de prima & ſequentibus fuſe differit.

XXV.

TARASIUS.

Ab hac die ad finem Februarii ſilent Vaticani ambo unacum noſtro Slavico. Kalen. Moſcovit. *Sbatago Taraſia Patriar. Sancti Taraſii Patriarchæ*. Papebrochius: *Taraſius*. Poſſevinus perperam: *S. Toraſii*. Utrumque Menolog. τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ταρασίου Ἀρχιεπισκόπου ΚΠ. *S.P.N. Taraſii Archiepiſcopi Conſtantinopolitani*: cum Synaxario. Acta Græce: Μέλλων ἀπείρῳ μεγέθει, auctore Ignatio Diacono, Latine apud Surium, & Bollandum 25. Februarii. Græce MS. Lambec. VIII. pag. 92.

Culcinius in Specimine Par. 1. pag. 10. ad hanc eamdem diem XXV. Februarii ex Vitis Patrum Cryptenſium refert Vitam *Sancti Eraſmi*, in hæc verba. „ XXV. Febr. De S. Eraſmo Mo„ nacho Cryptenſi. Hic a juventute vitam monaſticam in Mo„ naſterio Pieczarenſi amplexus, omnes facultates ſuas, quas „ in ſæculo habebat, convertit in ornatum Templi ſacris Ima„ ginibus. Senex vero factus, quum in extremum incidiſſet „ morbum, convenientibus ipſumque viſitantibus Fratribus di„ xit: Patres & Fratres, parcite mihi, quoniam ego vivens in-

a Vide Sozom. lib. 6. cap. 21.

„ ter vos, tepiditate mea in obſequiis divinis, offenſionem vo-
„ bis potius, quam ædificationem dedi. Veſtris tamen oratio-
„ nibus hanc gratiam ſum conſecutus, quod me viſitaverint
„ Sanctiſſimi Patres Antonius & Theodoſius, & certiorem red-
„ diderint de peculiari eorum pro mea ſalute æterna apud
„ Deum interceſſione. Quod vero me magis gaudio implet,
„ illud eſt, quod vidi quoque noſtram ſummam Dominam
„ Beatiſſimam Deiparam, quæ me hiſce verbis alloqui dignata
„ eſt: Eraſme, quoniam ornaſti Imaginibus domum meam,
„ idcirco ego impetravi tibi apud Filium meum æternam in
„ Cælo habitationem. Sis ergo bono animo: poſt tres enim dies
„ vocaberis ad me. Hæc dixit Eraſmus circumſtantibus Mona-
„ chis: quorum precibus ſe enixe commendans, poſt triduum,
„ ut promiſerat Virgo Sanctiſſima, ex hac vita migravit. Cla-
„ ruit hic Sanctus circa medium ſeculi duodecimi „. Ideſt cir-
ca annum 1150.

XXVI.

PORPHYRIUS.

Papebrochius: *Porphyrius*. Poſſevinus corrupte: *S. Parthenii*. Menologium utrumque Græcorum: τῶ ἁγίου πορφυρίου Ἐπισκ. Γάζης, *S. Porphyrii Epiſcopi Gazæ*; cum Synaxario: de quo & Latini hac die. Marmor Neapolitanum: *N. S. Porphyrii*. Kalendar. Ruſſo Moſcoviticum: *Sbat. Porphyria, Sancti Porphyrii*. Acta Græce: τῶν ἁγίων ἀνδρῶν τοὺς ἄθλους, auctore Marco Diacono ipſius Porphyrii Diſcipulo, MS. Lambec. VIII. pag. 93. Latine apud Surium, & Bolland. 26. Februarii. Vide doctas adnotationes cl. Mazochii ad 26. Februarii a pag. 70. ad 79. ubi Vitam hujus Sancti illuſtrat.

XXVII. XXVIII.

S. PROCOPIUS. S. BASILIUS.

Papebrochius: *Procopius*. Poſſevinus: *S. Procopii*. Kalendarium Moſcoviticum: 27. *Prepod. Procopia, Sancti Procopii*. 28. *Prepod. Baſilia, S. Baſilii*. 29. *Sbatago Kaſſiana, S. Caſſiani*. Menologium Græcorum ad 27. Februarii: τῶ ὁσίου πρὸς ἡμῶν καὶ ὁμολογητοῦ Προκοπίου Δεκαπολίτου, *S. P. N. & Confeſſoris, Procopii Decapolitæ*: cum Synaxario. Ibid. τῶ ὁσίου πρὸς ἡμῶν καὶ ὁμολογητοῦ Βασιλείου, συναθλητοῦ τοῦ ἁγίου Προκοπίου, *S. P. N. & Confeſſoris Baſilii, qui unacum S. Procopio decertavit*. Item cum Synaxario. At in Baſiliano Menologio, in quo

etiam

Digitized by Google

etiam agitur de utroque una eademque die 27. Februarii, ſub uno Synaxario ambo commemorantur ſic: *μνήμη* Προκοπίȣ, *ϰ̀ Βασιλείȣ τῶν ὁμολογητῶν, τῶν συνάθλων, ϰ̀ συμμαθητῶν*: *Commemoratio Procopii & Baſilii Confeſſorum, & Condiſcipulorum, qui una martyrium ſubierunt*. Sub Leone ſcilicet Iconomacho Imperatore.

In Tabulis Papebrochianis, & in Kalend. Moſcovit. necnon in noſtris Capponianis, qui una ſimul martyrium ſubiere, *Procopius* & *Baſilius* in duos dies diſtributi exhibentur: *Procopio* ſcilicet aſſignatur dies XXVII. Februarii, & *Baſilio* dies XXVIII. Quod etiam in Menæis Græcorum ſervatur, in quibus ad 28. Februarii legitur: *τȣ̃ ὁσίȣ πρὸς ἡμῶν* Βασιλείȣ *τȣ̃ ὁμολογητȣ̃, μαθητȣ̃ τȣ̃ ἁγίȣ.* Προκοπίȣ *τȣ̃ δεκαπολίτȣ*, *S. P. N. Baſilii Confeſſoris, Diſcipuli S. Procopii Decapolitæ*; ſed ſine Synaxario, tametſi cum officio: additurque tam in Menæis, quam apud Papebrochium ad eandem diem XXVIII. etiam *Neſtor*, cum Synaxario: *τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, μνήμη τȣ̃ ἁγίȣ* Νέςορος; *Eadem die commemoratio S. Neſtoris*: de quo & Menologium Baſilianum ad XXVIII. hujus: ubi dicitur: „ S. Martyr Neſtor Perge in „ Pamphylia, Chriſtianis parentibus natus, ab iis ſacras „ literas edoctus, Decio Imperatore, & Publio Præfecto, quum „ Græcorum os Sacræ Scripturæ teſtimoniis obſtrueret, com„ plures ad Deum converſos baptizabat. Quare delatus, & ab „ Irenarcho Prætore comprehenſus, Præfecto ſiſtitur: quum„ que coram eo Chriſtum verum Deum, Mundique opificem „ confeſſus eſſet, primum flagris acerbiſſime cæditur, deinde „ excarnificatur: demum quum Chriſtum ejurare nollet, in „ crucem agitur: ibique pendens, & adſtantes viam veritatis, „ vitæque præſentis contemtum docens, obdormivit „. Depictus eſt in crucem nudus actus, fixis in manibus pedibuſque clavis. At in Tabulis Papebrochianis, habitu Pontificali indutus, cum hac nota: „ Neſtor Epiſcopus Martyr, Pergæ in „ Pamphylia, colitur a Latinis XXVI. Februarii, quando Acta „ ejus ex antiquis Latinis MSS. dedimus. Græca & fideliora „ haberi dicit Baronius, ſed ea nobis hactenus invenire non „ contigit „. Baronius ad 26. Februarii. „ Acta exſtant apud „ Sur. Tom. I. Alius (*a*) hic ab eo, de quo Niceph. lib. 7. „ cap. 15.

a Fallitur Falconius, dum ſcribit pag 73. ad 29. Februarii: „ Menolog Baſilii „ die 28. agit de S. Neſtore Mart. ſub Decio Imp. Publio Præſide Pamphyliæ: de quo „ forte

Digitized by Google

„ cap. 15. & Metaphraſtes in Demetrio „. Porro in Romano Martyrologio hoc elogio ornatur. „ Perge in Pamphylia natalis B. Neſtoris Epiſcopi, qui in perſecutione Decii... juſſu
„ Præſidis Pollionis, equuleo crudeliſſime tortus eſt, ac demum quum ſe Chriſto ſemper adhæſurum conſtanter profiteretur, crucis ſuſpendio victor migravit in cælum. Eundem
„ præceſſiſſe martyrio dicuntur SS. Papias, Diodorus, Conon,
„ & Claudianus „. Nimirum propter *Intercalarem diem*; quando Februario tribuuntur dies XXIX. tunc die XXVII. colitur *Sanctus Procopius*, XXVIII. *S. Baſilius*, *&* *S. Neſtor*, die autem XXIX. *S. Caſſianus*, de quo mox ſermo erit.

XXIX.

Sanctus Cassianus.

Papebroc. *Caſſianus Romanus*. Poſſevin. *S. Patris Caſſiani*. Menæa Græcor. τῦ ὁσίυ πρὸς ἡμῶν ϗ ὁμολογητῦ Κασιανῦ *S. P. N.* *&* *Confeſſoris Caſiani*, ſine Synaxario. Papebrochius:
„ Caſſianus auctor Collationum. Solum colitur a Græcis quarto quoque anno, quem Biſſextilem vocamus. Maſſiliæ in
„ Gallia, ubi obiit, quotannis celebratur ejus feſtum 23. Julii.
„ Vitam nemo Antiquorum ſcripſiſſe videtur „. In Menæis *Caſſiani* nomen bis ponitur: ſemel ſcilicet ad 28. Februarii his verbis: τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, ὁ ὅσιος Κασιανὸς, ἐν εἰρήνῃ τελεῦται, *eadem die*, *Sanctus Caſſianus in pace conſummatur*: additis his verſibus: Θείυς μεταςὰς Κασιανὸς πρὸς νόας, θείας νοητῶς κασίας ἀποπνέει. Iterumque cum officio ad 29. ejuſdem, cum hac nota: χρὴ γινώσκειν, ὅτι ὅταν ἔςι ὁ χρόνος βίσεκτος, ψάλλεται ἡ τοιαύτη ἀκολυθία εἰς τὰς κθ'. εἰ δὲ ὐκ ἔςι βίσεκτος, ψάλλεται εἰς τὰς κη'. *Sciendum eſt*, *quod quando annus eſt Biſſextilis*, *canitur hoc Officium die 29.*; *quando vero non eſt Biſſextilis*, *canitur die 28.* Non igitur *quarto quoque anno ſolum colitur*, uti ait Papebrochius, ſed ſingulis annis; in Biſſextili quidem ad 29. Februarii; at quum Biſſextilis non eſt, ad diem 28. ejuſdem. Hoc ipſum dictum intelligas de *SS. Procopio* *&* *Baſilio*, qui conjunctim ad 27. Februarii coluntur, quando non eſt annus Biſſexti-

---

„ forte mentio die 5. Martii infra in Menolog. Græcor. „. Latini quidem ad 4. Martii agunt de SS. Epiſcopis Cherſonæ, Baſilio, Eugenio, Agathodoro, Elpidio, Æthorio, Capitone, Ephræm, Neſtore, & Arcadio: at Græci die 5. Martii de SS. Martyribus Neſtore & Tribimæo: die vero prima Martii de quodam S. Neſtore: die 26. Apr. de S. Neſtore Monacho: die 27. Octob. de S. Neſtore Magno Mart. quorum nullus cum S. Neſtore convenit, qui fuit Perge Epiſcopus, & Martyr, quique die 28. Februarii colitur.

Digitized by Google

ſextilis, & ad diem 28. *Neſtor* cum *Caſſiano* & reliquis, quorum nomina cum Synaxario vel cum duobus verſibus recenſentur ad 28. Februarii, ideſt, *Proterius Archiep. Alexandriæ*, *Neſtor*, *Cyra & Marana*, *Martyres Ægyptii*, *Nymphas*, *& Eubulus Apoſtoli*, *Barſus Epiſc. Damaſci*, *Caſſianus Monachus*, *Abriacus Martyr*, *Photina Samaritana*, *Photo* ejus ſoror, *Photis* altera ſoror, *Paraſceve* alia ſoror, *Cyriaca* alia ſoror, *Joſes* Photinæ filius, *Photinus* alter filius, & *Sebaſtianus* Dux. Quod autem *Caſſianus* in Tabulis Ruthenicis Papebr. *Romanus* appellatur, mirum non eſt. Etſi enim dicitur *genere Scytha*, *ex Taurica Cherſoneſo oriundus*; Photius tamen in Bibl. Cod. 197. eum *patria Romanum* vocat: id quod inde fortaſſe manavit, quia quum is prius Monachum in agro Bethleemitico & in Nitria egiſſet, Conſtantinopolim deinde profectus, atque a Sancto Jo. Chryſoſtomo Diaconus ordinatus, pulſo in exilium eodem Chryſoſtomo, legatus a Clero Conſtantinopolitano ad Innocentium Papam, ut Joannis cauſam ageret, unacum Germano Presbytero miſſus, *Romæ Presbyteri* dignitate ab Innocentio Papa auctus eſt, ibique hæſit, donec expugnata anno 410. a Gothis urbe, Maſſiliam ſe contulit, ubi duo Monaſteria condidit, virorum unum, mulierum alterum. Vide Caveum in Hiſt. Liter. ad ann. 424. In Tabula Quinta Ephemeridum Capponianarum iterum recurrit S. Caſſiani mentio *Dominica* IV. quadrageſimalis jejunii, quemadmodum infra patebit.

EPHE-

EPHEMERIDUM
GRÆCO-MOSCHARUM CAPPONIANARUM
TABULA TERTIA.
MENSIUM MARTII, APRILIS, MAJI.

	Meſaz Martius.		*Menſis Martius.*
1	Sviatiya Evdokia.	1	Sancta Eudocia.
2	Theodot.	2	Theodotus.
3	Muczenich Eutropiy, Cleonik, Vaſiliſk.	3	Martyres Eutropius, Cleonicus, Baſiliſcus.
4	Prepodobny Geraſim.	4	S. Geraſimus.
5	Conon.	5	Conon.
6	Sviatich MB. Muczenich.	6	Sancti XLII. Martyres.
7	Vaſiliy, Ephrem, Capiton.	7	Baſilius, Ephræm, Capiton.
8	Theophilacta.	8	Theophylactus.
9	Sviatich Muczenich M.	9	Sancti Martyres XL.
10	Kodrat.	10	Codratus.
11	Sophroniy.	11	Sophronius.
12	Prepod. Theophan.	12	Sanctus Theophanes.
13	Preneſenie Mociy Nikiphora Patriarcha.	13	Translatio Reliquiarum Nicephori Patriarchæ.
14	Prepod. Benedict. Alexand.	14	S. Benedictus. Alexander.
15	Mucenik Agapiy, i ixe ſnim.	15	Martyr Agapius, & qui cum eo.
16	Mucenik Savin. Papa.	16	Martyr Sabinus. Papas.
17	Sviatii Alexiy.	17	Sanctus Alexius.
18	Kyril.	18	Cyrillus.
19	Chriſant. Daria.	19	Chryſanthus. Daria.
20	Prepodobnich vbiennnich vo obiceli Savl.	20	Sancti occiſi in monaſterio Sabæ.
21	Jacov.	21	Jacobus.
22	Vaſiliy.	22	Baſilius.
23	Prepodobny Nicon i ixe ſnim.	23	S. Nicon, & qui cum eo.
24	Sviatiy Zachariy.	24	S. Zacharias.
25	Ulagoviſcenie Bogorydicy.	25	Annunciatio Deiparæ.
26	Sobor Gabriil.	26	Synaxis Gabrielis.
27	Matrona.	27	Matrona.
28	Stephan.	28	Stephanus.
29	Marco. Kyril.	29	Marcus. Cyrillus.
30	Prep. Joanna.	30	S. Joannes.
31	Ipatiy.	31	Hypatius.

Digitized by Google

TABULÆ TERTIÆ.

Meſaz Aprilius.	*Menſis Aprilis.*
1 MAria.	1 MAria.
2 Sviatiy Tit.	2 S. Titus.
3 Nikita.	3 Nicetas.
4 Joſiph. Georgiy.	4 Joſeph. Georgius.
5 Theodul. Agathopod.	5 Theodulus. Agathopodus.
6 Evtychiy.	6 Eutychius.
7 Georgiy.	7 Georgius.
8 Irodion. Agab.	8 Herodion. Agabus.
9 Eupſychiy.	9 Eupſychius.
10 Terentiya. Pompiya, i ixe ſnimi.	10 Terentius, Pompejus, & qui cum eis.
11 Antipa.	11 Antipas.
12 Baſiliy.	12 Baſilius.
13 Artemon.	13 Artemon.
14 Martin.	14 Martinus.
15 Ariſtarch, Pud, Trofim.	15 Ariſtarchus, Pudens. Trophimus.
16 Agapia, Irina, Chionia.	16 Agape, Irene, Chionia.
17 Simeon. Akakiy.	17 Simeon. Acacius.
18 Prep. Joan.	18 S. Joannes.
19 Joan.	19 Joannes.
20 Theodor.	20 Theodorus.
21 Januariy, i drucyni ego. Theodor.	21 Januarius & ſocii ejus, Theodorus.
22 Prep. Theodor.	22 S. Theodorus.
23 Georgiy.	23 Georgius.
24 Saba. Eliſabet.	24 Sabas. Eliſabeth.
25 Marko.	25 Marcus.
26 Baſiliy.	26 Baſilius.
27 Simeon.	27 Simeon.
28 Jaſon. Soſipatr.	28 Jaſon. Soſipater.
29 Sviatich e Mucenich.	29 SS. novem Martyres.
30 Jacov.	30 Jacobus.
Piſal Andrey Iliy.	*Pinxit Andreas Elia.*

TABULÆ TERTIÆ.

Meſaz Majus.	*Menſis Majus.*
1 JEremia.	1 JEremias.
2 Athanaſiy.	2 Athanaſius.
3 Timothey. Maura.	3 Timotheus. Maura.
4 Pelagia	4 Pelagia.

5 Irina.	5 Irene.
6 Job Mnogoſtradaliago.	6 Job multum patiens.
7 Jablenie Creſta vo Jeroſalime.	7 Apparitio Crucis in Hieruſalem.
8 Joan. Arſeniy.	8 Joannes. Arſenius.
9 Iſaia. Chriſtophor.	9 Iſaias. Chriſtophorus.
10 Simon.	10 Simon.
11 Mokiy.	11 Mocius.
12 Epiphaniy. German.	12 Epiphanius. Germanus.
13 Glykeriy.	13 Glyceria.
14 Iſidor.	14 Iſidorus.
15 Pachomiy.	15 Pachomius.
16 Prep. Theodor.	16 S. Theodorus.
17 Andronik.	17 Andronicus.
18 Petr. Dioniſiy i ixe ſnim. Theodot.	18 Petrus. Dionyſius & ſocii. Theodotus.
19 Patrikiy.	19 Patricius.
20 Thaleley.	20 Thalelæus.
21 Czar Conſtantin i Elena.	21 Rex Conſtantinus & Helena.
22 Baſiliſky.	22 Baſiliſcus.
23 Michail.	23 Michael.
24 Simeon.	24 Simeon.
25 Obritenie glabi Predetecebi.	25 Inventio Capitis Præcurſoris.
26 Carp.	26 Carpus.
27 Therapont.	27 Therapon.
28 Nikita. Elladiy.	28 Nicetas. Helladius.
29 Theodoſiy.	29 Theodoſius.
30 Iſaakiy.	30 Iſaacius.
31 Ermiy. Ermiy.	31 Hermas. Hermas.

EPHE-

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

EPHEMERIDUM RUTHENICARUM.ª

TABULA TERTIA.

MENSIS MARTIUS.

I.

SANCTA EUDOCIA.

CODEX primus Vaticanus Ruthenicus: *Eudociæ Martyris*. Secundus vacat. Ita & noſter Codex Slavicus. Kal. Moſcovit. *Prep. Evdokii*, *S. Eudociæ*. Poſſevinus: *S. Eudociæ*. Papebrochius: *Eudocia*, & ad Martium Græcorum Metricum: „ Inſcripta eſt etiam Romano Martyrologio. Nos Acta Latino- „ Græca ex vetuſtiſſimo (*a*) MS. dedimus; nec tamen mul- „ tum iis nunc fidimus, planeque putamus multis eventibus ad „ miraculum exaggeratis aliiſque circumſtantiis, Trajani Impe- „ ratoris, ſub quo paſſa eſſet, ætati nequaquam convenienti- „ bus aucta; imo veremur, donec certior aliunde confirmatio „ accedat, ne tota hiſtoria ſit conficta „. Martyrologium Romanum ad 1. Martii: *Heliopoli S. Eudociæ Martyris, quæ in perſecutione Trajani a Theodoto Epiſcopo baptizata, & ad certamen munita, Vincentii Præſidis juſſu percuſſa gladio, martyrii coronam accepit*. Baron. in notis. *Græci itidem de ipſa hac die in Menologio, ubi etiam iiſdem fere verbis ejus paſſio habetur expreſſa*. „ Menologium tamen Baſilianum ait „ *e civitate Samaria* eam oriundam, imperante Trajano, primo quidem „ luxurioſam vitam traduxiſſe, ac poſtea quum Germani mo- „ nachi ſermonem audiſſet, corde compunctam, deinde per „ viſionem etiam impulſam, ad Theodotum Epiſcopum acceſ- „ ſiſſe, & ab eodem baptizatam fuiſſe; mox divitiis in paupe- „ res diſtributis, monaſticam vitam ſuſcepiſſe; demum ab ipſis „ ſuis amatoribus accuſatam, ſtetiſſe coram Aureliano Imper. „ cruciatibus ſubjectam fuiſſe, cujus Imperatoris filium defun- „ ctum quum ad vitam revocaſſet, atque ut in Chriſtum cre- „ deret, induxiſſet, tunc quidem abſolutam; poſtea vero a re-

X 2 „ gio-

ª Tom. 1. Mart. a pag. 10. ad 22.

„ gionis præſide comprehenſam, & capite fuiſſe plexam „. Conſentit huic narrationi & Synaxarium in Menæis Græcorum, hoc uno dumtaxat addito, quod eam facit oriundam, ἐξ Ἡλιουπόλεως τῆς ἐπαρχίας Λιβανησίας Φοινίκης, *ex Heliopoli provinciæ Libaneſiæ Phoenicis*: „ & adductam Diogeni præſidi, & „ iterum ob patrata miracula dimiſſam, ſub Vincentio, qui „ Diogeni ſucceſſerat, gladio obtruncatam „. Acta Græca, κατὰ τοὺς χρόνους Τραϊανοῦ τοῦ Βασιλέως γέγονέ τις κόρη: Auctor Incertus. Græce e MS. Vat. prodiere apud Bolland. Tom. I. Mart. pag. 875: & Latine Petro Poſſino interprete pag. 10. Samaritanam tamen eam fuiſſe, tam Acta iſta, quam Menæa Græca tradunt, his verbis: τῆς ἁγίας ὁσιομάρτυρος Εὐδοχίας, τῆς ἀπὸ Σαμαρειτῶν, τῆς ἑταιρίδος, *Sacroſanctæ Martyris Eudociæ, quæ fuit Samaritana & meretrix*. Falconius ad I. Martii: „ Por„ tenta, inquit, & in veris fabulæ. Vera tantum, Eudociam „ converſam ad poenitentiam: fortaſſe baptizatam, ſi erat „ Ethnica, ab Epiſc. Theodoto: ſua dediſſe pauperibus; in„ greſſam in monaſterium quinto vel ſexto ſæculo. Conficta „ alia ſemel & iterum, ut Martyrem eam facerent. Vox ὁσία, „ innuit monialem. Heliopolitam dixit Nicephorus Calliſtus; ſed „ Menologium Baſilii, civem Samariæ eam dicit „. Quienus in Orient. Chriſt. Tom. 2. pag. 843. de Epiſcopis Heliopoleos agens, *Theodotum* ex Actis hiſce Græcis primum ponit. Verum quum Euſebius in hiſt. Eccl. primum illius civitatis ad Chriſtiana ſacra adductæ Epiſcopum ſub Conſtantino Magno fuiſſe conſtitutum ſcribat, conſequens eſt, tam Eudociam, quam Theodotum poſt Conſtantini tempora vixiſſe. Hinc veroſimilius videtur, non martyrio conſummatam fuiſſe Eudociam, ſed in monaſterio poenitentiam egiſſe: quod & ὁσίας, & *Prepodobnajæ* nomen, ei a Græcis & Ruſſis tributum, ſignificat. Martyrium autem & reliqua de Trajano, Aureliano, Diogene & Vincentio, ei afficta puto a Græcis recentioribus, Eudociam hanc Heliopolitanam monialem cum altera Eudocia Romana (*a*) Martyre confundentibus, quæ martyr ſub Perſis paſſa dicitur, ejuſque

---

a Romæa dicitur in Synaxario, ideſt *Græca*; ex urbe *Roma nova* ſeu Conſtantinopoli, ut videtur, oriunda: nam Synaxarium ita incipit: αὕτη ἡ ἁγία μάρτυς Εὐδοκία, Ῥωμαία ἦν ἐξ ἀνατολῶν ὁρμωμένη. *Hæc ſancta Martyr Eudocia, Romæa erat, ex Orientis partibus oriunda*. A Perſis autem in captivitatem abducta quum multas mulieres ad Chriſti fidem in Perſarum regione adduxiſſet, tormentis variis cruciata, demum capite plexa fuit.

que ſacræ Reliquiæ translatæ perhibentur in Synaxario ad diem 4. Auguſti, his verbis: τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἡ ἀνακομιδὴ τῶν λειψάνων τῆς ὁσίας μητρὸς ἡμῶν καὶ μάρτυρος Εὐδοκίας. *Eadem die Translatio Reliquiarum Sanctæ matris noſtræ & Martyris Eudociæ.*

II.

Theodotus.

Uterquè Vaticanus Ruthenicus cum noſtro Slavico vacat hac die. Papebrochius: *Theodotus*. Poſſevinus: S. *Mart. Theodoti*. Kalendarium Ruſſo-Moſcoviticum: *Sviatago Theodota*, *S. Theodoti*. Menologium Græcorum: μνήμη τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Θεοδότου ἐπισκόπου Κυρηνίας, *S. Sacromartyris Theodoti Epiſcopi Cyreniæ*, cum Synaxario: & iterum ac tertio de eodem Theodoto Epiſcopo ad diem 6. & 12. Maji; nec non quarto, ad diem 17. Januarii; ubique cum Synaxario. Menologium Baſilianum: ἄθλησις τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Θεοδότου ἐπισκόπου Κυρινίας, *certamen S. Sacromartyris Theodoti Epiſcopi Cyriniæ*, ſine Synaxario: Ad diem autem 19. Januarii, cum Synaxario. Latini in Martyr. Rom. ad 6. Maji, ſic: „ In Cypro „ S. Theodoti Epiſc. Cyriniæ, qui ſub Licinio Imp. graviſſima „ paſſus, in pace tandem Eccleſiæ ſpiritum Deo reddidit. *Ubi* „ *Baron.* Græci etiam de Theodoto hac die in Menol. ibique „ ejus Acta narrantur, ac iterum ſuperius ad XIV. Kal. Febr. „ in eodem Menologio „. Falconius tot tantaſque unius ejuſdemque Theodoti commemorationes quum non vidiſſet „ de „ Theodoto noſtro (inquit) non aliud habet Baſilii Menologium, præter quam iſta: Certamen ſacroſ. Mart. Theodoti „ Epiſcopi Cyrenenſis „. Atqui de eodem extat Synaxarium in Baſilii Menologio ad diem 19. Januarii.

III.

Martyres Eutropius, Cleonicus, Basiliscus.

Vaticani Ruthenici cum noſtro Slavico Codice uſque ad IX. Martii vacant. Poſſevinus: *S. Mart. Eutropii*: ita & Kalendarium Ruſſo-Moſcoviticum: *Muczenik Eutropia*, *Mart. Eutropii*. Tabulæ Papebrochianæ, & Culcinius: *Eutropius*, *Cleonicus*, *Baſiliſcus*. In Martio Græcor. metrico: *In ligno Eutropium confixum tertia vidit*. „ Cum ſociis (inquit Papebro- „ chius) Cleonico & Baſiliſco in Ponto ſub Maximiano paſſus „ hic eſt, ſimulque omnes referuntur in hodierno Romano.

„ Nos

,, Nos ſolius Baſiliſci (*a*) Acta auctore Euſignio Latina dedi-,, mus, quæ mallemus Græce ſcripta inveniſſe,,. Græci in Menologio utroque: *μνήμη τῶν ἁγίων μαρτύρων* Εὐτροπίου, Κλεονίκου, καὶ Βασιλίσκου, *Commemoratio SS. Martyrum Eutropii, Cleonici & Baſiliſci*, cum Synaxario, ubi eorum Acta ſummatim referuntur.

IV.

S. GERASIMUS.

Kalendarium Ruſſo Moſcoviticum: *Prepodobny Geraſima*, *S. Geraſimi*. Papebroch. & Culcinius: *Geraſimus*. Græci in utroque Menologio, *τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν* Γερασίμου, *S.P.N. Geraſimi*, cum Synaxario. Poſſevinus ad diem 4. Martii: *S. Mart. Cononis*, & ad diem 9. *S.P.N. Eraſmi*, per errorem pro, *Geraſimi*. Marmor Neapolitanum. *V. N. S. Jeraſimi*, ideſt, die v. Martii, natale S. Geraſimi. Latini quoque in Martyr. Rom. de Geraſimo agunt ad v. Martii: ſic: ,, Item in Palæſtina ad ripam ,, Jordanis S. Geràſimi anachoretæ, qui tempore Zenonis Imp. ,, floruit ,,. Ubi Emus Baronius: ,, Græci in Menologio agunt ,, de Geraſimo pridie hujus diei [*ideſt die 4. Mart.*] conſtat ,, tamen ex Cyrillo monacho, qui iiſdem cum Geraſimo vixit ,, temporibus, in Actis S. Euthymii, qui ſcripſit, ipſum deceſ-,, ſiſſe quinta Martii, Ind. xiii. ſub Conſulatu ſecundo Zeno-,, nis Aug. qui annus ex ſupputatione recentiorum ponitur a ,, Chriſto nato 475. Multa ibi de Geraſimo habet idem Auctor, ,, necnon in vita S. Sabæ Abb. apud Lipom. Tom. 5. & Sur. ,, Tom. 6. In actis item S. Quiriaci Anachoretæ agitur de ejus ,, obitu; habentur apud Sur. Tom. 5. De aliis admirandis ejus ,, rebus geſtis habes in Prato ſpirituali cap. 107. Cedren. in ,, Compend. ſub Zenone, & alii. Ex illis aliqua ſcriptor ille ,, vitæ ſancti Hieronymi, de quo (*b*) agemus inferius, & quis ,, fuerit oſtendemus, eidem S. Hieronymo falſo adſcripſit ,,. Papebrochius. ,, Huic anachoretæ [Geraſimo] ad Jordanem ,, miniſtravit Leo, qui errore vicini nominis ad S. Hieronymum ,, [Italis S. Girolamum] tranſiit,,. Verum cl. Mazochius in not. ad Kalendar. Marmoreum Eccl. Neapol. ad v. Mart. pag. 85. relatis

---

a Tom. 1. Mart. ad 3. diem a pag. 237. ad 241. In commentar. prævio §. 3. oſtendit, apparitionem S. Jo: Chryſoſtomo Comanis factam, huic Martyri Baſiliſco eſſe tribuendam, non Epiſcopo Comanorum, qui nullus fuit.

b Vide eund. Baron. ad 30. Sept. ubi de S. Hieronymo agit.

Digitized by Google

láti Papebróchii, verbis: „ Si noſtrum, inquit, hoc Marmor „ [ubi *Jeraſimi* pro *Geraſimi* ſcribitur] inſpexiſſet vir doctus, „ minime ille ad Italorum *Girolamum* recurriſſet, ſed potius ad „ medii ævi *Jeronymum* [cum J conſono: ſicuti & infra is 30. „ Sept. ſine H ſcribitur] in quo prima ſyllaba eadem eſt ac in „ Jeraſimo. Vel ſic tamen ſatis inter utrumque nomen eſt di- „ ſcriminis: ut minime neceſse ſit ex Geraſimo ad Hieronymum „ inſigne Leonis fuiſſe traductum. Nam illud verius eſt, con- „ ſueviſſe antiquos ſylvicolis ſanctis Leonem juxta adnectere „ ad genus vitæ ab iis actum commonſtrandum „. Id quod utcumque verum ſit, ex iis tamen quæ auctor ille a Baronio notatus de S. Hieronymo & Leone ſcripſit, manifeſte apparet, multa eum a Geraſimo ad Hieronymum fabuloſe traduxiſſe.

V.

CONON.

Kalendarium Ruſſo-Moſcoviticum: *Muczenik Conona*, *Mart. Cononis*. Poſſevinus ad diem antecedentem: *S. Mart. Cononis*. Papebrochius hac die 5. *Conon*, additque ad Metricum Græcorum Martium: „ Hujus Bidanæ in Iſauria paſſi Acta, „ neſcio quomodo prætermiſſa, danda erunt in Supplemento „ Latino-Græca „. Incipiunt: ἔτι κρατήσαντος τὸ Βασίλειον Αὐρηλιανοῦ, prodiere Græc. Lat. in Actis Sanctor. Tom. VII. ad 29. Maji pag. 5. Tres porro Conones in Martyrol. Romano coluntur. Primus, *Perge in Pamphylia* ad diem 26. Februarii, unacum ſociis *Papia*, *Diodero*, & *Claudiano*, *Sanctum Neſtorem Epiſcopum* [in perſecutione Decii] martyrio præceſſit. Secundus, die 6. Maji „ In Cypro ſub Decio Imper. pedibus cla- „ vis confixis, ante currum juſſus incedere, in genua procum- „ bens, in oratione reddidit ſpiritum „. Baronius: „ De eo „ etiam Græci in Menol. hac die agunt; quem Nazareth oriun- „ dum, præclaris certaminibus pro fide ſuſceptis nobilitatum „ ferunt, dum brevi compendio martyrium ejus deſcribunt „. Tertius ad 29. Maji „ apud Iconium Iſauriæ civitatem unacum „ filio ſuo annorum duodecim, ſub Aureliano Imp. craticulæ „ prunis ſuppoſitis & oleo ſuper infuſo, ſuſpenſionis in aculeo, „ atque ignis pœnam conſtanter paſſus, malleo ad extremum „ ligneo manibus attritis, ſpiritum emiſit „. Baronius: „ De „ Conone ejuſque filio Beda, Uſuardus, Ado hac die „. Paſſionis Acta paucis refert Petrus in Catalogo lib. 5. cap. 62. Duos

Digitized by Google

Græci commemorant *Conones* cum Synaxario; in Menæis quidem ad diem 5. Martii, in Baſiliano autem ad diem ſequentem, quorum primus dicitur ὁσιομάρτυρ ὁ ἐν Ἰσαυρίᾳ, *Sacromartyr in Iſauria*, ex Vico Bidana, Neſtoris & Nadæ filius, tempore Sanctorum Apoſtolorum, a Michaële Archangelo baptizatus, virginitatem cum conjuge ſervaſſe, parentes ſuos ipſe baptizaſſe, ex quibus Neſtor ipſius pater pro Chriſto martyrium ſubiit, Dæmones ſubegiſſe, & alios quidem agreſtibus locis addixiſſe, alios vero doliis incluſiſſe: poſtremo a Præſide comprehenſus, & quæſtioni ſubjectus, ſed a populo accurrente liberatus, quum biennium ſupervixiſſet, vitam conſummaſſe. Alter Conon Κηπουρὸς *Hortulanus* dictus, Decio imperante ex Nazareth Galilææ oriundus, in regionem Pamphyliæ profectus, Hortulanum ibi agens, ac hoſpites ſuſcipiens, moribus adeo ſimplex fuiſſe perhibetur, ut quum adeſſent qui ipſum comprehenſum ad Præſidem adducerent, ut tormentis ſubjiceretur, eumque cum ludibrio ſalutarent, ipſe ſalutationem rependeret: quumque dicerent, quod Præſes vocaſſet eum, reſponderit: quid enim opus eſt illi opera mea, præſertim quum Chriſtianus ſim? Vinctus autem & ad Præſidem adductus, quum compelleretur ut Idolis ſacrificaret, altum ingemuiſſe, & Præſidi dixiſſe: Utinam, o Præſes, & tu Idola abnegares, & ad Chriſtum accederes. Spondylis itaque perforatis claviſque ferreis confixis, ante currum compulſus currere, mortem obiiſſe. In Actis primi Cononis, uti apparet, multa ſunt emendanda.

VI.

SANCTI XLII. MARTYRES.

Ruſſo Moſcoviticum Kalendarium: XLII. *Mucz. Vo Amoriy*, *Quadraginta duo Martyres in Amorio*. Culcinius: *Sviatych Muczenick, ize vo Amoriy, Sanctorum Martyrum, qui in Amorio*. Papebrochius: *Synaxis MM. in Amorio* XLII. Et ad Metricum Martium: „ Fuerunt hi copiarum duces ſub Imper. „ Theophilo, capti a Saracenis in excidio Amorii. Acta Græco- „ Latine dedimus „. Inſcribuntur etiam hodierno Romano his nempe verbis: „ Paſſio Sanctorum 42. Martyrum, qui in Amo- „ rio comprehenſi, & in Syriam perducti, illic egregio per- „ acto certamine, victores palmam martyrii perceperunt „. Baronius: „ Græci etiam de his hac die in Menol. recenſent- „ que inter ipſos Theodorum, Conſtantinum, Theophilum, „ & Baſ-

Digitized by Google

„ & Baſſum „. Solus Conſtantinus nominatur in Menolog. Baſiliano, in quo dicuntur: „ Imperante Theophilo Iconomacho „ patre Michaëlis filii Theodoræ, quæ reſtitutis Imaginibus or„ thodoxiam celebravit, quo tempore venit ex Syria Ameras „ cum innumero populo in partes Orientales Romani Imperii, „ Duces & Tribuni, viri opulenti & nobiles miſſi fuiſſe ab Im„ peratore ad urbis Amorii propugnationem: videntes autem „ infinitam Saracenorum multitudinem, caſtrum ingreſſi, „ illud fortiter defendiſſe; ſed caſtro vi intercepto, & multi„ tudine civium mactata, ipſi comprehenſi & in Syriam abdu„ cti, quum Chriſtianam fidem ejurare nollent, capite plexi „ fuiſſe, Conſtantino ſocios magnopere animante „. In Menæis hæc eorum nomina ponuntur, *Theodorus*, *Conſtantinus*, *Calliſtus*, *Theophilus*, *Baſoës*, & in Synaxario, τῆς πόλεως τῦ Ἀμωρίȣ πρῶτοι, *Urbis Amorii primarii*, Στρατηγοὶ ϗ Ταξιάρχαι. *Duces & Tribuni*, nobili ac primario inter Romæos genere, Πρώτȣ παρὰ Ῥωμαίοις μετέχοντες γένȣς, capite obtruncati. Bollandiani ad VI. Martii pag. 457. ex his XLII. Martyribus, nomina exprimunt, *Theodori Crateri Protoſpatharii*, *Conſtantini Drungarii*, *Calliſti Turmarchæ*, *Aetii & Meliſſeni Ducum*, *Theophili Patricii*, *& Baſſöis*; captos autem Amorii arbitrantur circa annum 840., & poſtea anno 847. martyrium conſummaſſe, quum ſeptennio integro, carceri incluſi fuiſſent. Porro in XLII. *Martyres Amorienſes* exſtat *Sophronii* (*a*) *Archiepiſcopi Hieroſolymitani* Oratio, cujus initium: ἐπὶ τὰ μαρτυρικὰ Ἔπαθλα. Eorumdem vita auctore Evodio Synchrono Græce apud Bolland. ad VI. Martii pag. 887. φαιδρὰ μὲν τῆς παρȣ́σης ἑορτῆς. Latine apud eoſdem ad VI. Martii a pag. 460. Eorumdem Martyrum Acta ex Leone Grammatico pag. 459. ex Continuatore Theophanis pag. 466. & ex Simeonis Logothetæ Chronico pag. 467. iidem Bollandiani edidere.

(a) Sophronius hujus nominis primus Hieroſolymitanus Patriarcha inauguratus eſt exeunte an. 633. vel ineunte 634. obiit circa an. 644. Quum igitur Amorienſes Martyres Theophilo imperante circa an. Chr. 847. martyrium ſubierint, neceſſe eſt, hanc de iis Sanctis orationem non a primo illo Sophronio, ſed a ſecundo (qui juxta Quienum Orient. Chriſt. Tom. 3. pag. 496. circa ann. 1060. vivebat) ſcriptam fuiſſe. Sunt & alii Sophronii recentiores Hieroſolymorum Antiſtites, de quibus idem Quienus Tom. cit. pag. 507. 513. 517.

Digitized by Google

VII.

Basilius, Ephræm, Capiton.

Kalendarium Ruſſo-Moſcoviticum: *Muczenika Baſilia*, *Martyris Baſilii*. Poſſevinus quoque: *S. Martyris Baſilii*. Metricus Græcor. Martius: *Enſem poſt ſextam ſuſcepit Epiſcopus Ephræm*. Ibi ſolus *Baſilius*, hic ſolus *Ephræm*. Verum ſocii etiam intelliguntur: quorum nomina apud Papebrochium, *Baſilius*, *Ephræm*, *Capiton*, Epiſcopi Martyres; iiſque in Menologio Baſiliano (ad diem tamen VIII. hujus) adduntur *Eugenius*, *Agathodorus*, *Elpidius*, *Ætherius*, in hæc verba: „ Certamen „ Sanctorum in Cherſone Epiſcoporum Baſilei, Eugenii, Aga„ thodori, & reliquorum. Imperante Diocletiano, Hermon „ Hieroſolymorum Epiſcopus allegavit Epiſcopos, Ephræm „ quidem in Turciam, Baſileum vero in Cherſonem; qui quum „ ibi Chriſtum prædicaret, verberibus exceptus eſt atque „ urbe ejectus. Quum vero Principis filium a morte ad vitam „ revocaſſet, rurſus accerſitus, Principem ipſum alioſque plu„ rimos baptizavit. Sed qui in ſua infidelitate manſerant, fu„ nibus alligatum tandiu a pedibus raptarunt, donec vitam fi„ nivit. Poſt ejus mortem venerunt Eugenius, Agathodorus, „ Capeton, & Elpidius, qui quum Chriſtum prædicarent, ab „ inſurgentibus in illos Græcis occiſi ſunt. Poſt hæc miſſus fuit „ Hieroſolymis Ætherius, qui quum feritatem populi cerneret, „ Magnum Conſtantinum adivit, Byzantii tum imperantem, „ eumque rogavit, ut idololatræ ex urbe Cherſone ejiceren„ tur: quod & ex animi ſententia contigit. Quumque Eccleſias „ condidiſſet, iterumque Imperatorem, ut gratias ageret adiiſ„ ſet, in Cherſonem regreſſus, & ſacra ſecum deferens, in re„ ditu in fluvium Danaprim (*a*) projectus, vitam ibi fini„ vit „. Eadem fere in Synaxario in Menæis, ſed pro *Turcia* legitur *Scythia*; Epiſcopi autem ſeptem nominantur ad *Tauroſcythas* miſſi, *Ephræm* in Scythiam, *Baſileus* in Cherſonem, item *Eugenius*, *Agathodorus*, & *Elpidius*, tum *Ætherius*, demum *Capiton*. In Martyrol. Romano ad IV. Martii: „ Apud „ Cherſoneſum paſſio SS. Epiſcoporum Baſilii, Eugenii, Aga„ thodori, Elpidii, Ætherii, Capitonis, Ephræm, Neſtoris, „ & Arcadii „. Baronius: *De his itidem Græci in Menologio hac die*. Allucinatur. In Menæis, ad diem VII. *Martii*, dumtaxat:

a Pro εἰς Δανάπριν legitur in Synaxario εἰς Δανούβιν, *in Danubium*.

Digitized by Google

taxat: *Neſtor* autem & *Arcadius*, næque Cherſonenſes Epiſcopi fuere, neque martyrium paſſi: ſed uterque *Confeſſor* & *Trimithuntis* in *Cypro Antiſtes*. Ita & Baſilianum (*a*) de *Neſtore* & *Arcadio* ad VII. Martii: addit tamen ad eandem diem, *καὶ τῶν ἁγίων μαρτύρων ἑπτὰ ἐν Χερσῶνι*, & *SS. Septem Martyrum in Cherſone*, ſine Synaxario; cum Synaxario autem ad diem VIII. ſequentem. Vide Bollandianos ad VII. Martii pag. 643. ubi de SS. Epiſcopis Neſtore, & Arcadio Trimithunte in Cypro, qui in pace quieviſſe dicuntur. Marmor Neapolitanum ad diem VI. hujus: VI. *P. S. Baſili Cerſon.*, ideſt, *Paſſio S. Baſilii* [ſeu Baſilei] *Cherſone*. Ubi cl. Mazochius poſtquam Bollandianos ad VII. Martii pag. 639. de Baſileo ejuſque ſociis Epiſcopis diſſerentes laudaſſet „ Quærat hic aliquis [inquit] quiſnam ex „ his diebus [IV. nempe & VI. & VII. Martii] Baſileo emor„ tualis ſeu potius triumphalis fuerit. Ajo, tantum in noſtro „ Kalendario eum diem recte conſignari. Nam die VI. Martii „ Baſileus & Ephræm coronam acceperunt, quo eodem die „ poſt annum recurrente etiam Eugenius, Agathodorus, Elpi„ dius martyrium conſummarunt.

VIII.

THEOPHYLACTUS.

Kalendarium Ruſſo-Moſcoviticum: *Prep. Theophilacta*, *S. Theophylacti*. Poſſevin. perperam: *Venerabilis Patris Theophanis*, pro *Theophylacto*. Tabulæ Papebroch. *Theophylactus*. Papebrochius ad Metricum Græcorum. „ Fuit Metropolita „ Nicomedienſis, gloria Confeſſionis clarus, cujus vitam ali„ quam extitiſſe vix dubito, & opto nanciſci „. Colitur a Græcis in utroque Menologio cum Synaxario: ubi dicitur in partibus Orientis natus, Conſtantinopolim veniens, ſub Taraſio Pchã, una cum Michaële [qui poſt Synador. fuit Epiſcopus] Monachus factus, tum Epiſcopus Nicomediæ creatus: Leone Armeno imperante, propter cultum ſacrarum Imaginum, in Strobilum [quod eſt maritimum Cyberrheotarum oppidum] relegatus fuiſſe, ubi vitam conſummavit. Sub Theodora vero Augu-

---

a Item Marmor Neapolitanum ad VII. Martii *N. Arcadi Epiſcopi*: ideſt, *Natale Arcadii Epiſcopi*, ubi Mazochius: colitur a Græcis hac die cum Neſtore, quorum uterque Trimethuntis in Cypro Epiſcopus fuiſſe dicitur. In Menol. Baſil. iterum fit mentio *Arcadii Epiſcopi Cypri* ad VIII. Martii, cum Synaxario, in quo dicuntur ejus Auditores *Eubulus*, & *Julianus* ſub Juliano Apoſtata capite plexi: ipſe autem in pace vitam finiſſe.

Digitized by Google

ſta, & Methodio Pchã, reliquiæ ejus Nicodemiam adductæ, & in Eccleſia ab eo conſtructa reconditæ. In Martyrologio Romano ad hanc diem VII. Martii inſertus eſt ſub nomine *Theophili*, ſic: „ Nicomediæ S. Theophili Epiſcopi, qui ob cultum Sanctarum Imaginum in exilium pulſus, illic defunctus eſt.

IX.

Sancti Martyres Quadraginta.

Codices Vaticani Ruſſici: *Quadraginta Martyrum Sebaſtenorum*. Tabulæ Papebrochianæ: *Sviatich Sorok Mucenik Sevaſtiiskich*, *Sanctorum Quadraginta Martyrum Sebaſtenorum*. Falconius perperam legit: *Sviatich Mucenic Czetiri Deſiat.* Kalendarium Ruſſo-Moſcoviticum: 40. *Mucenik*, *Quadraginta Martyrum*. Menologium utrumque Græcorum cum Synaxario: ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων τῶν ἐν Σεβαςείᾳ, *Certamen Sanctorum Martyrum in Sebaſte*; & τῶν ἁγίων μεγάλων μ΄. Μαρτύρων τῶν ἐν τῇ λίμνῃ Σεβαςείας μαρτυρησάντων, *Sanctorum Magnorum* XL. *Martyrum*, *qui in lacu Sebaſtes martyrium ſubierunt*. Sunt hi XL. Martyres Sebaſteni [inquit Papebroch.] in Armenia, primum nocte tota in gelido lacu cruciati, deficiente uno, in cujus locum cuſtos ſuccedit, quadrageſimam coronam occupaturus. Coluntur etiam apud Latinos, ſed ad diem ſequentem ex mandato Innocentii X. translati, propter Sanctam Franciſcam Romanam. Idem Papebrochius: „ Sculptor Moſchus eo modo hic expreſſerat aquas gelidi lacus, ut „ æſtuantium undique flammarum globos videretur repræſentare voluiſſe; quatuor autem coronas omiſerat ſuo loco notare. Quid porro ſignificet vox ΚΑΙΝΑΝΟΣ ſupra balneum „ in ripa poſitum ſcripta, explicet aliquis linguæ peritus „. Baronius in notis ad IX. Martii, quo Sancti tunc temporis apud Latinos colebantur: „ Tam Latini, quam Græci de iiſdem „ agunt hac die, extat de his egregius ſermo S. Baſilii, duæ in- „ ſuper ornatiſſimæ orationes S. Gregorii Nyſſeni, ſeu potius „ una, duobus diebus vix abſoluta ob frequentiſſimum cœtum, „ quo impediente, eam prima die abſolvere minus licuit. Horum Acta ex vetuſtioribus monumentis accepta edidit Metaphraſtes, eaque habet Lipom. Tom. 7. & Sur. tom. 2. Fuerunt omnes (ut ſcribit S. Baſilius) natione Cappadoces, ex „ diverſis civitatibus oriundi. De inventione Reliquiarum „ ipſorum opera Sanctæ Pulcheriæ Auguſtæ, ſcribit Sozomen.

„ lib. 9.

„ lib. 9. cap. 2. Niceph. lib. 14. cap. 10. & Beda de ſex ætat.
„ Aliæ autem eorumdem Sanctorum Reliquiæ, quæ aſſervabantur Cæſareæ Cappadociæ in Monaſterio Sanctarum Virginum, a nepte Sancti Baſilii, divino monitu, conceſſæ ſunt Sancto Gaudentio Epiſcopo Brixiano, dum in illas regiones Dei nutu peregrinaretur: qui tamquam ingentem adeptus theſaurum, ſummo perfuſus gaudio, illas detulit in Italiam, quas in Baſilica a ſe erecta honorificentiſſime collocavit, & in ejus dedicatione habuit homiliam, qua non ſolum rei geſtæ hiſtoriam retexit; verum etiam occurrens tacitæ de Sanctis Reliquiis objectioni, hæc ait: Licet enim cineres exuſtorum corporum mandato Perſecutoris in fluvium jacerentur, non defuerunt religioſæ manus, quæ partem cineris vel furto eriperent, vel pretio compararent. Hæc Gaudentius. Præter hæc etiam conſtat ex prædictis eorum Actis, ipſas reliquias in profluentem projectas, divina operante virtute, ad fluminis ripam eſſe delatas, & ab Epiſcopo Petro ſumma cum diligentia collectas. De loco martyrii idem Sanctus Gaudentius affirmat, paſſos eſſe Sebaſte civitate Metropolitana minoris Armeniæ. Erexit Baſilicam Conſtantinopoli in honorem prædictorum Martyrum Tiberius Imper. quam Mauricius ejus ſucceſſor abſolvit. Hiſtor. Miſcell. lib. 17. anno v. Mauricii Imperatoris „. Cangius in Conſtantin. Chriſtiana lib. IV. cap. VI. num. LXXXV. hanc *Sanctorum* XL. *Martyrum* ædem a Tiberio extructam, & a Mauricio abſolutam fuſe deſcribit, qua in æde feſtum eorumdem diem celebrari, in Synaxario dicitur: *Τελεῖται δὲ ἡ αὐτῶν Σύναξις ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτῶν Μαρτυρίῳ πλησίον τοῦ χαλκοῦ Τετραπύλου*: *Agitur autem ipſorum Synaxis in ſanctiſſimo eorumdem martyrio juxta æreum Tetrapylum.* Idem Cangius num. LXXXVI. deſcribit alterum Conſtantinopoli ſitum eorumdem *SS.* XL. *Martyrum Templum ad Conſtantianas*, ædificatum ab Anaſtaſio Imperatore, & Ariadne Auguſta; ex Codino pag. 46. edit. Reg. de Originibus Conſtantinop. Fabricius Tom. IX. Bibl. Græc. pag. 121. „ XL. Martyrum Sebaſtenorum Acta, *Εἰκόνα Μαρτυρικὴν διαγράψαι βούλομαι*, Ephræmi Syri. *εἶχε μὲν τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα Λικίνιος*, Latine apud Surium 9. Martii. Joannis Chryſoſtomi ſermonem memorat Photius Cod. 274. *κατὰ τοὺς καιροὺς Λικινίου*, Auctor incertus, MS. Lambec. VIII. pag. 348. IV. pag. 74. & 101. Bibl. Coiſlin.

Digitized by Google

„ lin. pag. 196. (*a*) *Μαρτύρων μνήμης τίς ἂν γένοιτο κέρος*,
„ Baſilii M. inter ejus opera Tom. 1. pag. 526. Græc. Lat. meminit Svidas in *Βάσιλειος*. Latine apud Surium 9. Martii Græce cum Gerhardi Voſſii verſione & notis ad calcem Greg. Thaumaturgi Mogunt. 1604. pag. 75. *οἱ μὲν ὁπλῖται Ῥωμαίων κατὰ νόμον*, Gregorii Nyſſeni Tom. 2. pag. 931. Eorum teſtamentum Græc. MS. Lamb. pag. 97. Latine. v. pag. 410. „. De reliquiis inventis Sozomenus IX. 2. Marmor Neapolitanum ad IX. Martii: *Pa. S. Quadraginta*. „ Merito in hoc Marmore „ [inquit Mazochius] Paſſio Sanctorum Quadraginta hoc die „ conſignatur quia hoc ipſo die IX. Mart. martyrium illi conſummarunt . . diſerte hoc teſtantur Acta apud Bollan. ad X. Martii „ p. 18. ex Armeno ſermone traducta, brevitatis & gravitatis „ ſuę merito ſe plurimum commendantia, in quibus ſcriptum eſt: „ Omnes ſimul animas ſuas ad Deum emiſerunt die nona Martii „. Et mox. „ Præter autem bina modo a me laudata horum Acta, extant & tertia ab Joanne Diacono Neapolitano „ [eodem qui Chronicon Epiſcoporum Neapolitanorum condidit] de Græco translata, quæ ex MS. Capuano ibidem p. 22. „ edidere Bollandiani, ut eorumdem martyrum laudationes „ a SS. Baſilio, Gregorio Nyſſeno, Gaudentio Brixienſi &c. „ pertextas taceam.

Falconius S. Severinæ Archiepiſcopus in notis ad IX. Martii, ex Græco Tropario, omnium XL. Martyrum nomina exſcribit; ſic: „ Heſychius, Meliton, Heraclius, Smaragdus, „ Domnus, Eunoicus, Valens, Bibianus, Claudius, Priſcus, „ Theodulus, Priſcus, Eutychius, Johannes, Xanthias, Helianus, „ Siſinius, Corion, Aggias, (*b*) Ælius, Flavius, (*c*) Acarius, Ecdicius, Lyſimachus, Alexander, Elias, Gorgonius, „ Theophilus, Domitianus, Cajus, alter Gorgonius, Eutyches, Athanaſius, Cyrillus, Sacerdon, Nicolaus, Valerius, (*d*) Nicolaus, Philoctemon, Severianus, & Chudion „. In Martyrol. Rom. pro *Corione* habetur *Cyrion*, & pro *Chudione*, *Candidus*, ſic: *erant autem inter eos nobiliores Cyrion & Candidus*.

Idem

---

a Prodiit Latine apud Bolland. X. Martii Vita prima pag. 17. Altera interprete Jo. Diac. pag. 22. Oratio S. Baſilii pag. 25. Inventio Reliquiarum pag. 29.

b Leg. *Aetius*.

c Leg. *Acacius*.

d Deeſt in Tropario hic ſecundus *Nicolaus*: delendus proinde, alioquin eſſent XLI.

Idem Falconius in eo libro, quo Acta *S. Nicolai Epiſcopi* deſcribit, eumque non *Myrorum* Antiſtitem fuiſſe, neque Conſtantini magni temporibus vixiſſe, ſed *Pinarenſi* in Lycia Eccleſiæ præfuiſſe ſextoque ſeculo claruiſſe contendit, conſequenter ad hunc in alium errorem progreſſus, Eccleſias, *Conſtantinopoli* quidem a Juſtiniano Imp. in honorem *SS. Priſci & Nicolai*, *Myris* autem in Lycia ſub *S. Nicolai* nomine, exſtructas, ad Nicolaum, unum ſcilicet ex XL. Martyribus, referri autumat. Hanc tamen viri docti craſſam allucinationem jam ſupra ad VI. Decembris notavi. Quid? quod pro *Nicolao* antiqua manuſcripta habent *Micallius*, *Michallius*, *Nicalius*, *Nicallianus*: quemadmodum Bollandiani obſervant in comment. prævio ad IX. Mart. §. III. num. 16. pag. 16. Ubi & alia eorumdem Sanctorum nomina varie a variis deſcripta exhibent, ut *Quirion*, *Cyrius*, *Cyrinus*, pro Cyrione. *Dominus* pro Domno: pro Melitone, *Militon*, *Mellitus*, *Melicius*: *Eunomius*, *Evodius*, pro Eunoico. Et cetera. Vide etiam compendium Martyrii translatum ex lingua Armena per Bartholomæum Abagarum Armenum apud eoſdem pag. 18. ubi eorum nomina referuntur.

X.

CODRATUS.

Uterque Vaticanus Ruthenicus cum Slavico noſtro vacant hac die. Kalendarium Ruſſomoſcoviticum: *Muczenik Kodrata*, *Martyris Codrati*. Tabulæ Papebroch. *Codratus*. Latine *Quadratus*. Perperam Poſſevinus: *S. Mart. Conradi*. Menologium Græcorum, μνήμη τοῦ ἁγίου μάρτυρος Κοδράτου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ Κυπριανοῦ, Ἀνέκτου, καὶ Κρίσκεντος, *commemoratio S. Martyris Codrati*, *& ſociorum ejus Cypriani*, *Anecti*, *& Creſcentis*. In Baſiliano exprimuntur nomina *Codrati*, *Cypriani*, *Dionyſii*, *Anecti*, *Pauli*, *& Creſcentis*. Bina etiam Synaxaria leguntur, quorum primo refertur certamen SS. Codrati, Cypriani, & ſociorum: in ſecundo ſolius Dionyſii martyris deſcribitur paſſio. Martyrolog. Rom. ad X. Mart. „ Corinthi „ SS. Martyrum Codrati, Dionyſii, Cypriani, Anecti, Pauli, & Creſcentis, qui in perſecutione Decii & Valeriani, ſub „ Jaſone præſide, gladio cæſi ſunt. *Baron.* Græci item de his „ hac die in Menologio, quorum egregium Martyrium ex veteribus monumentis ſcripſit Metaphraſtes, quod & recitat Lipom. Tom. 7. & Sur. tom. 2. „Franciſco Zino Veronenſi interpre-

prete, Bolland. edidere Tom. 2. Mart. ad diem x. pag. 5. Græce ſcriptum extat in antiquo Cod. MS. Bibliothecæ S. Marci Venet. Init. *Omnes quidem Sanctorum celebritates*. Acta alia auctore Nicephoro Gregora exſtant Græce, ἐμοὶ δὲ τὸν τοῦ μεγάλου μάρτυρος Κοδράτου, Bolland. x. Mart. ex MS. Cod. 212. Bavaricæ Biblioth. pag. 696. Latine apud eoſdem pag. 8. *Enimvero magni Martyris Codrati*.

XI.

SOPHRONIUS.

Poſſevinus: *S. Patris Sophronii*. Papebroch. *Sophronius*. Kalendarium Ruſſo Moſcoviticum: *Sophronia Patriar. Sophronii Patriarchæ*. Vaticani Ruthenici cum noſtro Slavico vacant. Græci in utroque Menologio: τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Σωφρονίου Ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων, *S. P. N. Sophronii Archiep. Hieroſolymorum*, cum Synaxario, ubi dicitur, *Damaſci* natus, patre *Plintha*, Matre *Myro*, ad magni Theodoſii cœnobium ſe contuliſſe, in quo univerſam evolvit ſcripturam. Poſt hæc Alexandriam profectus eſt, amplioris eruditionis comparandæ ſtadio. Propter doctrinam itaque & eximiam ipſius virtutem, Epiſcopus Hieroſolymorum factus eſt. Sancta deinde civitate a Perſis capta, rurſus Alexandriam ad S. Joannem Eleemoſynarium abiit, eoque vita functo, iterum Hieroſolyma regreſſus eſt. Quumque plures libros compoſuiſſet, atque in his vitam S. Mariæ Ægyptiacæ, in pace deceſſit. Agunt de eo Bollandiani in commentario prævio ad hanc diem XI. a pag. 65. ubi ejus communia cum Jo. Moſcho ſtudia Alexandriæ deſcribunt, unde *Prati ſpiritualis* auctor dictus ſit: SS. Cyri, & Joannis miracula eum ſcripſiſſe, Jo: Eleemosynario Alexandrino Patriarchæ familiarem fuiſſe, Romam abiiſſe, in Palæſtinam anno 620. rediiſſe: Patriarcham Hieroſolymitanum poſt Modeſti obitum fuiſſe creatum anno 634., deceſſiſſe anno 638. Fuſius Sophronii geſta perſequitur Quienus in Oriente Chriſtiano Tom. 3. a pag. 264. ad 280. ſeque in eo propendere ait, ut dicat, eum deceſſiſſe anno Chr. 644. Marmor Neapolitanum ad I. Mart. ſic habet. *N. S. Sofronii*. *Mon*. Ideſt, *Natale S. Sophronii Monachi*. Cl. Mazocchius ibi oſtendit, agi de S. Sophronio Patriarcha Hieroſolymitano, qui idcirco *monachus* potius, quam *Epiſcopus* heic vocatus ſit, quia in Epigraphe vitæ S. Mariæ Ægyptiacæ, non aliud Sophronio agnomentum, quam *Monachi* tribue-

buebatur, quia adhuc monachus eam ſcripſerat edideratque. Sed & *Limonarium*, ſive *Pratum Spirituale* aliquando ſub Sophronii Monachi nomine ambulaſſe, certum eſt. Placet doctiſſimi viri conjectura: eo præſertim quod apud Neapolitanos undecima dies Martii Pionio martyri longe clariori fuerat aſſignata. Id quippe familiare Martyrologiis & Kalendariis fuit, ut quoties Sancto alicui ſedes quærenda eſſet, in eum diem conferretur, in quem & homonymus alter incideret. Hoc autem ipſo die, ideſt Kalendis Martii in Menæis *Silveſter & Sophronius* martyres junguntur. Quid? ſi Sophronii Hieroſolymitani dies Emortualis in Kalendas Martii inciderit? nam Marmor Neapolitanum rectius aliquando, quam Faſti Græci, Sanctorum Emortuales dies conſignare ſolet, uti ad diem VI. Martii (quam alii ad IV. & VII. ejuſdem menſis) ſeptem Epiſcoporum Cherſonenſium commemorationem, ut ſupra vidimus, apponit. Sed neque mirum eſt, nomen *Monachi* in Kalendario ei tribui, qui & *Epiſcopus* fuerit; quum Pictores etiam habitu *Monaſtico*, non *Epiſcopali*, indutos *Epiſcopos monachos* repræſentare non ſemel in Kalendariis effigiatis deprehendantur, quemadmodum de *Coſma Majumæ*, Epiſcopo ad diem 14. Octobris adnotavi.

XII.

SANCTUS THEOPHANES.

Ruthenici Vaticani cum noſtro Slavico vacant. Kalendarium Ruſſo-Moſcoviticum: *Prepod. Theophana*, *Sancti Theophanis*. Poſſevinus: *S. Patris Theophanis*. Tabulæ Papebroch. *Theophan. Grigoriy*: *Theophanes. Gregorius*. Græci in utroque Menol. cum duobus Synaxariis: τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν Θεοφάνους τοῦ ὁμολογητοῦ, τοῦ τῆς Σιγγριανῆς τοῦ ἐν τῷ μεγάλῳ Ἀγρῷ κειμένου: *S. P. N. Theophanis Confeſſoris, in Sigriana in magno Agro*. τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου Πάπα Ῥώμης: *Eadem die S. P. N. Gregorii Papæ Romæ*. De utroque Latini hac die: & de Gregorio quidem Papa, hæc in Mart. Rom. „ Romæ S. Gregorii Papæ, & Eccleſiæ Doctoris eximii, qui „ ob res præclare geſtas atque Anglos ad Chriſti fidem converſos, Magnus eſt dictus, & Anglorum Apoſtolus appellatus „. De Theophane autem: „ Conſtantinopoli S. Theophanis, qui „ ex ditiſſimo pauper monachus effectus, ab impio Leone Armeno pro cultu ſacrarum imaginum biennio detentus in carcere: inde in Samothraciam deportatus, ibidem ærumnis

Digitized by Google

„ confectus reddidit ſpiritum, multiſque miraculis claruit. Baronius. „ Cujus Acta deſcribit Metaphraſtes, quæ habet Lipom. „ Tom. 7. & Surius Tom. 2. Cedrenus de ipſo agit in compendio in Leone Armeno. Alius ab illo Theophanes, qui eadem „ ex cauſâ multa ac gravia paſſus eſt ſub Theophilo Imp. ut idem „ auctor teſtatur in Theophilo, & Zonar. in 3. Par. Annal. in „ Leone & Theophilo „. Res geſtas S. Gregorii habent & Græci, ſed perpaucas ex multis, quas Metaphraſtes deſcripſit: eas recitat Lipom. Tom. 7. Latinorum autem ſcripſit ejus Acta Jo. Diaconus temporibus Joan. VIII. Papæ & Caroli Calvi Imp. Habet ea Lipom. Tom. 4. & Sur. Tom. 2. Sed (Baronio docente) in nonnullis corrigendus, uti idem Baronius in Annal. Eccleſ. patefecit. Gregorii Dialogi vita refertur a Photio Cod. 252. Sic enim a Græcis S. Gregorius Magnus Papa appellatur, ob librum Dialogorum ab ipſo compoſitum, & a S. Zacharia Papa in Græcam linguam converſum. *Theophanis* qui circa annum 818. diem ſupremum Confeſſor obiit, Acta Græce, ὥσπερ λειμὼν ἐυανθὴς: Græc. Lat. cum notis in Actis Sanctorum ad 12. Mart. Tom. 2. pag. 700. auctore, ut videtur, Simeone Metaphraſte. Latine, *Quemadmodum vernans pratum*, pag. 224. *Iſaacius* dictus eſt, *Iſaacii* Ægeopelagitarum præfecti & *Theodotæ* filius; *Sigriani* autem agnomentum ſortitus, eo quod in regione *Sigriana*, prædium, quod *Ager* vocabatur, quum comparaſſet, conſtructo ibi monaſterio, ipſe Abbatis vicem geſſit. Hinc idem ipſe eſt, cujus ſub *Theophanis qui & Iſaacius eſt*, nomine exſtat vita Latine apud Sur. 12. Mart. Init. *Quæ mercatoribus mundi pelagus & longinqua maria*. Ejuſdem *Chronographia* Græc. Lat. prodiit cum Jac. Goarii, & Combefiſii notis Pariſ. 1655. quam Latine verſam in ſuam hiſtoriam tranſtulit Anaſtaſius Bibliothecarius. Extat etiam ejuſdem *Canon Epinicius in Dominicam primam Quadrageſimæ*, *odis* IX. *conſtans*, in Græcor. Triodio, & apud Baron. Græc. Latin. in Annal. Eccleſ. ad ann. 842.

XIII.

Translatio Reliquiarum Nicephori Patriarchæ.

Kalendarium Ruſſo Moſcoviticum: *Nikiphora Patriar. Nicephori Patriarchæ*. Tabulæ Papebrochianæ. *Preneſenie Moſcey Sviatago Otca Nikiphora*: *Translatio Reliquiarum Sancti Patris Nicephori*. Poſſevinus: *S. Patris Nicephori*. Ruthenici Vaticani cum Slavico noſtro vacant. In Menolog. Baſiliano de hac

Digitized by Google

hac Translatione nihil. Menologium Græcorum: ἡ ἀνακομιδὴ τῶ λειψάνω τῶ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Νικηφόρω Πατριάρχω Κωνςαντινωπόλεως, *Translatio Reliquiarum S. P. N. Nicephori Patriarchæ Conſtantinopolitani*, cum Synaxario, in quo narratur, hanc Translationem factam poſt mortem Theophili Imp. ſub ejus filio Michaële Balbo, & Conſtantinopolitano Patriarcha S. Methodio, qui ambo in Tabula Papebrochiana exprimuntur una cum Diacono thurificante, & turba monachorum ſubſequente, Clericis feretrum deferentibus in magnam Eccleſiam; Sanctorum ſcil. Apoſtolorum, ubi corpus ejus repoſitum fuit in ſepulchro recens exſtructo. Latini in Martyrol. Rom. ad hanc diem: „ Conſtantinopoli S. Nicephori Epiſcopi, qui paternarum traditionum propugnator acerrimus, Leoni Armeno Imratori Iconoclaſtæ pro cultu Sanctarum Imaginum ſe conſtanter oppoſuit, a quo mulctatus exilio, ibidem quatuordecim annis longum ducens Martyrium, migravit ad Dominum „. Baronius: *Agunt de eo hac die Græci in Menologio*. Nimirum, de Translatione Reliquiarum ejus, non de primaria ſolemnitate, quæ ab iis peragitur die 2. Junii, uti mox videbimus. Pergit Baronius de eodem. *Metaphraſtes habet ejus Acta, quæ retulit Lipom. in Tom. 7. & Sur. Tom. 2.* & poſt pauca. „ Scripſit hic, de quo agimus, Nicephorus nonnulla, & inter „ alia Chronographiam, quam citare conſuevimus: Synodicam „ inſuper ad Leonem Papam Tertium, ad quem provocavit, „ quum injuſte accuſaretur. Legi ejuſdem aliam inſignem Epi„ ſtolam MS. ad eundem Leonem Pontificem in Bibliotheca „ S. Mariæ ſuper Minervam, quam poſtea reperi typis excu„ ſam, ac poſt Acta Concilii Epheſini editionis Contianæ poſi„ tam „. Acta ejus duplicia edidere Bollandiani ad 13. Mart. Priora, pag. 294. *auctore Ignatio Diacono ejus diſcipulo*, Init. *Niſi, auditores, lacrymarum tempus ad contritionem cordis vocaret*: Græce pag. 704. εἰ μὲν, ὦ ἄνδρες, μὴ δακρύων πρὸς συντριμμὸν καρδίας ἐκάλει καιρὸς. Poſteriora pag. 318. *Oratio de exilio S. Nicephori, & translatione Reliquiarum, auctore Theophane Presbytero & Præpoſito*. Init. „ Plurima profecto di„ verſis occaſionibus atque temporibus, in gentibus & civitati„ bus præclara facinora „. Latine etiam apud Surium 13. Mart. „ Natus eſt (inquiunt Bollandiani) S. Nicephorus poſt conci„ liabulum Copronymi circa ann. 758., ordinatus Patriarcha

„ XII. Apr.

Digitized by Google

„ XII. Apr. ipſo die Paſchatis, anno 806. Præfuit Eccleſiæ ſuæ „ annos 9. demto unico menſe: in exilium ablegatus anno 815. „ die 13. Martii: in exilio vixit annis 13., decimo quarto exilii, „ ſancte mortuus die 2. Junii anni 828. Cujus corpus relatum „ eſt anno 846.

XIV.

S. Benedictus.

Alexander.

Kalendarium Ruſſo-moſcoviticum: *Prepod. Benedicta*, *S. Benedicti*. Papebroch. *Benedictus*. Poſſevin. *S. Patris Benedicti*. Ephemerides metricæ Græcor. *Quartus Alexandro & decimus caput abſtulit enſe*. Additur in Typico, τῷ ἐν πύδνῃ [perperam in Menæis πίδῃ] quæ eſt urbs Macedoniæ. Idem Papeb. de Benedicto: „ Benedictus pater monachorum, Occidenta„ lium videlicet, propter Regulam ab eo ſcriptam, quam de„ nique omnia fere antiqua apud nos monaſteria ſuſceperunt „ cum habitu nigro; ſicuti S. Baſilii Regulam omnes Orientales „ atque etiam Moſci nunc profitentur: unde fit, ut Benedictinos „ (*a*) a Baſilianis multi non diſtinguant, ac nominatim ii, qui de „ Moſcovia ſcripſerunt: in Italia vero eadem nunc omnino eſt „ utriſque habitus forma. Latini Sanctum ipſum colimus XXI. hu„ jus, ubi verum annum mortis conati ſumus definire, non item „ terminare controverſiam de poſſeſſione ſacri Corporis agita„ tam inter Italos & Francos „. Menologium Baſilianum agit de *S.P.N. Benedicto Archimandrita Romæ* ad diem XXI. Martii, ubi dicitur „ *ex Romanorum urbe prodiiſſe*; & domum parenteſque „ deſerens in ſolitudinem cum nutrice, affecta jam ætate femi„ na, ſeceſſiſſe, quietam vitam amplexus, & gratia curationum „ a Deo accepta. Primum enim monachis ſponte invitantibus „ Abbas creatus, mox eiſdem ob exactam abſtinentiam exoſus „ factus, inſidiis eſt appetitus: ſed oblata venefica potione, „ quum acceptum poculum ſignaſſet, vitrum, ſalis adinſtar, „ ſolutum fuit. Quum autem eſſet ad Dominum migraturus, „ duo religioſi monachi viſi ſunt ſibi in ſomnis, viam ad cælum „ a terra tendentem pretioſis ſubſtratam palliis, & accenſis „ utrinque lampadibus cernere; ſciſcitantibus autem, cujuſnam „ eſſet ea via, viſus eſt vir candido amictu ornatus reſpondiſſe:

„ Hæc

---

a *A Baſilianis in Italia commorantibus*. Nam Baſiliani Orientales & Moſci a Benedictinis habitu diſtinguuntur.

„ Hæc eſt via Benedicti. Atque per hunc modum vita functus, „ abiit in cælum „. Quæ ſunt ex libro Dialogorum S. Gregorii Papæ deſumta, præterquam illud, quod de eo dicitur, *Archimandrita Romæ*, *& ex Romanorum urbe prodiiſſe*; nam [S. Gregorio ſcribente] *liberiori genere ex provincia Nurſiæ exortus, Romæ liberalibus ſtudiis traditus fuerat*: quidquid ſit, an genus ex Romanis Patriciis traxerit. Hoc ipſum habet Synaxarium in Menæis Græcorum ad hanc diem XIV. Martii: ἦν δὲ ἐκ τῆς Ῥωμάνων γῆς, ἐκ χώρας λεγομένης Νουρσίας, *erat autem ex terra Romanorum, ex provincia Nurſia appellata*. Ex calculo Bollandianorum Tom. 3. Martii pag. 276. natus S. Benedictus circa annum 480. Caſinum venit anno 543, obiit die 21. Martii anno Chriſti 543. Qui tamen aut falluntur, aut in depravatum alterum Codicem inciderunt, dum ajunt in Comment. prævio §. 1. num. 3. „ In Menologio juſſu Baſilii junioris Imperatoris ſcripto „ & in monaſterio Cryptæ Ferratæ prope Romam tranſcripto „ ad uſum Chori, ſolemnitas hæc notatur ad XX. diem Martii, „ ac primo loco proponitur, etiam ante S. Thomam Patriarcham Conſtantinopolitanum & Photinam Samaritanam „. Nam in Baſiliano diſertim ponitur feſtum S. Benedicti ad XXI. Martii Tom. 3. pag. 23. ante S. Jacobum juniorem Epiſcopum, & Beryllum Catanæ Epiſcopum. Quare iidem recte ſubjungunt: „ Sed veremur, ne incuria tranſcribentis ordo ſit mutatus, & „ quod ibi legitur elogium aliquanto longius, fere ex Actis de„ cerptum, poni debeat die XXI. nam ſimiles errores aliquot „ ibidem commiſſos, notæ indicant marginales „. Cur autem in Menæis, diei XIV. Martii Benedictus affigatur, non alia fuiſſe Græcis cauſa videtur, niſi quia dies XIV. apud ipſos æque vacabat ac in Marmore Neapolitano apud Mazochium pag. 93.; die autem XXI. *officium de S. Jacobo Epiſcopo*, unacum commemoratione *SS. Philemonis & Domnini* martyrum, *Cyrilli* Catanæ Epiſcopi, *Serapionis* Sidonienſis, & *mulieris Peccatricis* celebrari conſueverat.

De *Alexandro* martyre, agitur in Menolog. Baſiliano ad diem XIII. hujus, ubi idem legitur de eo Synaxarium, ac in Menæis ad diem ſequentem, hoc eſt, XIV. Martii, quod Synaxarium Latine recitant Bollandiani ad ipſam hanc diem Tom. 3. Martii pag. 344. adduntque Acta deſcripta ex Codice MS. Bodecenſi prope Paderbornam Canonicorum Regularium, & ex anti-

Digitized by Google

antiquo Paſſionali MS. celeberrimi prope Trevirim monaſterii S. Maximini, in quibus traditur *pridie Idus Martii agonem certaſſe in medio Macedoniæ & Theſſaliæ*. At Græci eum in Pydna martyrio functum ſcribunt: eſt autem *Pydna* urbs antiqua Macedoniæ in provincia Pieria Theſſaliæ contigua, ad Thermiacum ſinum, fuga Perſei ultimi Macedonum Regis nota, quam Livius lib. 44. aliique antiqui deſcribunt. In eodem Baſiliano Menol. ad diem XIV. hujus, iterum fit Alexandri memoria, ſed ſine Synaxario, his verbis. καὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ ἐν Πύδνῃ, *& Alexandri in Pydna*.

XV.

AGAPII MARTYRIS, ET SOCIORUM.

Vaticani Ruthenici cum Slavico noſtro vacant. Kalendarium Ruſſo-moſcoviticum: *M. Agapia, i 6. Muc. Martyris Agapii & ſex Martyrum*. Poſſevinus male: *S. Mart. Agapiti*, pro, *Agapii*. Marmor Neapolitanum ad XXIV. Mart. *N. S. Octo. Natale Sanctorum Octo*: de quibus vide Mazochium pagin. 111. Papebrochius: *Agapius, Berylus*; additque: „ Eodem nobili „ ac militari habitu indutus, an pro ſocio Agapii Publio, nomi„ ne perperam ſcripto, hic ponitur? Ita videtur „. Idem in Ephemerid. Græcor. metricis: „ *Eſt decimaquinta Agapius diſ-* „ *ſectus, amici*. Cæſareæ in Palæſtina cum Publio, & aliis ſociis „ paſſus: colitur a Latinis XXIV. hujus, notitia ex Euſebio de„ ſumta: nec enim propria Acta videntur extitiſſe „. Culcinius: *Abapii, Vukol. Agapius, Bucolus*. Menologium Baſilianum ad XV. hujus. „ Certamen SS. Martyrum Timolai, Agapii, & So„ ciorum. Sancti iſti multorumque certaminum martyres Chri„ ſti, Diocletiano imperante, vixerunt. Agapius quidem ex „ urbe Gaza; Timolaus vero ex Ponto Euxino. Dionyſius & „ alter Dionyſius ex urbe Tripoli Phoeniciæ: Romulus Dioſ„ politanorum Eccleſiæ Subdiaconus. His acceſſere duo Ale„ xandri ex Ægypto. Cætera. Sunt igitur univerſim ſeptem, ideſt *Agapius cum* VI. *Sociis*, uti habent Moſcovitæ. At Synaxarium in Menæis addit *Publium*, ſic: ὁ μὲν Ἀγάπιος, ἀπὸ τῆς πόλεως Γάζης. Τιμόλαος δὲ ἐκ τοῦ πόντου. οἱ δὲ δύο Διονύσιοι, ἐκ Τριπόλεως τῆς ἐν φοινίκῃ. ὁ δὲ Ῥώμυλος, ὑποδιάκονος ἦν τῆς ἐν Διοσπόλει ἐκκλησίας. ὁ δὲ πούπλιος, καὶ οἱ δύο Ἀλέξανδροι, ἐξ Αἰγύπτου ἐτύγχανον. In Acroſtichide tamen canitur ἑπτὰ Μάρτυσι, *Septem Martyribus*. *Romulus* autem nominatur in

Ode

Digitized by Google

Ode VI. Trop. 3. cum *ſex* aliis: Item *duo Alexandri*, *duo Dionyſii*, *Agapius*, *Timolaus*, *&* *Romulus*. Sed *Publius* ubique ſiletur. In Martyrol. Rom. ad 24. Martii: „ Cæſareæ in Palæ„ ſtina natalis SS. Martyrum Timolai, Dionyſii, Pauſidis, Ro„ muli, Alexandri, alterius Alexandri, Agapii, & alterius „ Dionyſii, qui in Perſecutione Diocletiani ſub Urbano præſi„ de ſecuri percuſſi, vitæ coronas meruerunt. *Baronius*: de „ his Euſebius hiſt. lib. 8. cap. 15. ubi hos omnes hac die mar„ tyrium conſummaſſe anno 2. perſecutionis Diocletiani affir„ mat „. Pauſides igitur pro Publio reponendus. Certe Euſebius eos numero *octo* fuiſſe diſertim teſtatur: *οἱ πάντες ὀκτὼ γενόμενοι τὸν ἀριθμὸν, ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ τὰς κεφαλὰς αὖθις ἐπ' αὐτῆς* Καισαρείας ἀποτέμνονται: *omnium numero octo exiſtentium uno die copita poſthac in ipſa Cæſarea abſcinduntur*. Et Græci ipſi ad diem 24. Martii eoſdem Sanctos [non expreſſis tamen nominibus,] iterum colentes, octo illos fuiſſe aſſerunt hoc diſticho, *τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ οἱ ἅγιοι* Μάρτυρες *οἱ ἐκ* Καισαρείας *τῆς* Παλαιστίνης *ξίφει τελειοῦνται*.

> *Στρατὸς ὁ ὀκτάριθμος ἐτμήθη ξίφει,*
> Τοῦ *πρὶν περιτμηθέντος ὀκταημέρου.*

„ Eadem die SS. martyres, qui e Cæſarea Palæſtinæ, gladio „ conſummantur.

> *Octo decertantium exercitus gladio percuſſus eſt*
> *Ante eum, qui octava die circumciſus fuit.*

Tametſi in Menol. Baſiliano, loco iſtorum octo martyrum, coluntur *martyres* XXXV. *Cæſareæ*, qui in Synaxario paſſi dicuntur ſub Juliano Apoſtata. Quidquid tamen ſit de die a Græcis cultui eorum aſſignata, Euſebius certe fuiſſe *octo* numero, affirmat; nam relato martyrio *SS. Timothei*, *Agapii*, & *Theclæ* (qui coluntur XX. Auguſti) ita pergit: „ Ea vero, quæ poſtea „ ſubſequuta ſunt, quis tandem non admiratus eſt, quum vide„ ret, aut ſtupore non perculſus eſt, quum auditu perciperet? „ nam quum gentiles publicam ſolemnitatem & conſueta ſpe„ ctacula celebrarent, ingens omnium rumor erat, præter cæ„ teros, quos illi maximo favore proſequebantur, etiam Chri„ ſtianos illos, qui nuper damnati fuerunt, cum beſtiis pugna„ turos. Quumque hujus rei fama paſſim apud omnes increbre„ ſceret, adoleſcentes numero ſex, quorum unus natione Pon„ ticus Timolaus vocabatur; alter Tripoli Phœnices urbe erat

„ oriun-

Digitized by Google

„ oriundus, Dionyſius nomine; tertius Dioſpolitanæ Eccleſiæ
„ Subdiaconus Romulus dicebatur: poſt hos Ægyptii duo, Pau-
„ ſis (a) & Alexander; poſtremo alter priori illi cognominis
„ Alexander Gaza oriundus: hi, inquam, omnes colligatis
„ prius manibus &c. Paucis autem poſt diebus, quum alii duo
„ ipſis accenſiti eſſent, quorum alter Agapius nomine jamdu-
„ dum ante illos varia tormenta perpeſſus, multis confeſſioni-
„ bus inclaruerat; alter nomine Dionyſius res ipſis ad corporis
„ uſum neceſſarias ſubminiſtrabat: octo omnes uno eodemque
„ die in urbe Cæſarea præciſis capitibus interierunt die 24.
„ menſis Dyſtri, hoc eſt, ante diem nonum Kalendas Apriles „.
Fuerunt igitur *Agapius*, *Timolaus*, *Romulus*, *Pauſes*, *Alexandri duo*, *& duo Dionyſii*: quorum nomina in Martyrologiis mirum quam ſint corrupta, uti videre eſt apud Bollandianos ad 24. Mart. pag. 479. Adeoque pro *Publio* & *Bucolo*, reponendum, *Paeſes*, ſeu *Pauſes*, aut, ſi mavis, *Paiſius*; uti apud Euſebium legitur; & pro *Agapius cum* VI. *Sociis*, legendum, *Agapius cum* VII. *Sociis*.

XVI.

Martyr Sabinus.

Papas.

Vacant hac die Ruthenici Vaticani, & Slavicus noſter. Kalendar. Ruſſo Moſcovit. *Mucenika Sabina*, *Martyris Sabini*; pro quo Poſſevinus perperam: *S. Mart. Lanibini*. Papebroch. & Culcinius; *Sabinus*. De quo idem Papebroch. „ Nequaquam,
„ ut putamus, diſtinguendus ab eo, quem etiam XIII. hujus
„ colunt Græci, atque poſt eos ex hodierno Romano Latini.
„ Abibum vocant alii. Acta, an ſeorſim ſcripta ſint, & ubi re-
„ quirenda, hactenus ignoramus „. In Menol. Baſiliano ad XIII. Martii, *Certamen S. Sabini Martyris*; adjungitur Synaxarium, in quo dicitur, ex Ægypti regione fuiſſe, & ſæculo derelicto abdidiſſe ſe in quadam domuncula, ubi ab infidelibus, monſtrante quodam mendico cui is victum dabat, inventus & ad præſidem adductus, poſt tormenta, quum diis contemtis, Deum confiteri non ceſſaſſet, in flumen projectus, vitam finiiſſe. Hoc ipſum de eodem Sabino martyre legitur in Menæis ad XVI. hujus, niſi quod exprimitur, *genere illuſtri ex Hermopoli Ægypti* exti-

a Græce Παήσις *Paeſes*, unde familiare apud eos *Paiſii* nomen.

Digitized by Google

extitiſſe, & ſub Diocletiano ad Arrianum præfectum ex latebris, ubi cum aliis piis extra urbem manebat, perductus, equuleum & lampades paſſus, tandem ſaxo ad collum alligato in fluvium Scamandrum projectus, martyrium conſummaſſe. Ejuſdem Sabini recurrit commemoratio in eiſdem Menæis ad 13. hujus cum hoc Diſticho.

Ῥεῖθρον Σκαμάνδρου τῆς ἐλέγξεως ὕδωρ,
Εὐανδρίας ἔλεγχος ἦν τῆς Σαβίνου.
Flumen Scamandri, correptionis latex,
Animum Sabini comprobavit virilem.

Ubi Bollandiani ad 13. Mart. pag. 259. recte notant, pro *Scamandro*, qui Phrygiæ fluvius eſt, legendum, *Nilus* Ægypti fluvius, ubi & Hermopolis urbs, & Arrianus præſes erat. In Rom. Martyr. ad 13. Mart. de eodem Sabino: „ Hermopoli in Ægy„pto S. Sabini Mart. qui multa paſſus, tandem projectus in flu„men, Martyrium conſummavit „. Baronius: De eo item hac die Græci in Menolog. Hujus res geſtas ex antiquis monumentis recitat Metaphraſtes, quas & deſcripſit Lipom. Tom. 7. & Surius Tom. 2. Sed quum in Menæis Græcis poſt Sabinum & poſt Africanum, Publium & Terentium martyres, quorum in Paulopetrio fit Synaxis, ad diem 13. Mart. ponatur etiam *Abibus Martyr* ipſe quoque „ ex Hermopoli Ægypti, ſaxo alligato, in flumen projectus, cum hoc diſticho:

Βληθεὶς Ἄβιβος εἰς ποταμὸν σὺν λίθῳ,
Ἐκπλεῖ ποταμὸν συρφετώδη τοῦ βίου.
Abjectus Abibus cum lapide in flumen,
Lutulentum hujus vitæ fluvium enavigavit.

unus idemque eſſe *Abibus* cum *Sabino* dicitur ab iiſdem Bollandianis: id quod non eſt facile admittendum. Græci enim (*a*) diſtinguunt.

De ſancto Papa hæc tantum in Baſiliano ad XVI. Mart. καὶ ἄθλησις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Πάπα: *Et certamen S. Mart. Papæ*: & nihil aliud. At in Menæis præmittuntur hi verſus.

a Mazochius tamen non diſtinguit. Nam not. ad XXVI. Mart. Tom. 2. pag. 113. quo die Marmor Neapolitanum ſic habet: *Nt. S. Sabini*, hoc eſt, *natale S. Sabini*; Abibum & Sabinum unum eundemque eſſe, ex Sirleti Menologio, & ex genere utrique communi colligit. Quæ vero nos ex Bollandianor. verſione attulimus, ipſe elegantius Latine interpretatur, doctamque de *Scamandro* fluvio conjecturam affert. Quem vide.

Δεσμῇ πέδαις εἰς δένδρον ὡς ἀρνὸς, Πάπα.
Ζακχαῖος οἷα χριστὸν ἐμπνεύσας βλέπεις.
Pedicis ligaris arbori, ovis inſtar, Papa,
Chriſtumque anhelus, veluti Zachæus, vides.
Δένδρῳ ἐπικλονίοισι δέθης δεκάτῃ Πάπα ἕκτῃ.
Septimus a decimo te vinxit in arbore, Papa.

Subjungitur Synaxarium, Latine editum a Bollandianis ad XVI. Martii pag. 424. ubi eum Larandæ in Lycaonia martyrem vocant; & in Actis idem perhibetur Laranda in civitatem Diocæſaream, & ex hac in Seleuciam veniſſe, inter verbera coactus ante equos currere; demum ſterili arboris trunco alligatus, ſpiritum Deo reddidiſſe. Martyrol. Rom. ad hanc diem. „ In Ly„ caonia S. Papæ martyris, qui ob Chriſti fidem verberibus cæ„ ſus, ungulis ferreis laceratus, clavatis calceis incedere juſſus „ eſt: deinde arbori alligatus, migrans ad Dominum, eandem „ arborem ex ſterili reddidit fructuoſam „. Proferunt Bollandiani novem Odas de ipſo ex Menæis MSS.

Sabini Martyrium: *Imperante Diocletiano, edictum*; Latine apud Surium 13. Martii. De Papa, præter Synaxarium, Bollandiani tom. 2. Mart. pag. 740. novem Odas edidere Græce, cum notis.

XVII.

S. ALEXIUS.

Ruſſi Moſcovitæ; *Prepod. Alecſia, Sancti Alexii.* Poſſevinus. *S. Alexii, hominis Dei.* Ruthenicus Vaticanus Secundus cum noſtro Slavico vacat: Primus ad hanc diem; *S. Alexii viri Dei.* Papebroch. *Alexiy, Alexius.* Ephemerides Græcor. metricæ.

Ἑβδομάτῃ δεκάτῃ, Ἀλέξιε, πότμον ἀέτλης.
Septimus a decimo tumulum tibi pandit, Alexi.

Falconius in not. ad 17. Mart. de S. Alexio loquens: *Menologium Baſilii* [inquit pag. 78.] *ipſum ſilet.* Hoc falſum. Nam Menologium Baſilii ad 17. Martii Tom. 3. pag. 18. hæc habet Græce, & Latine. „ Commemoratio ſancti Alexii viri Dei. „ Fuit hic ex urbe Roma, Euphemiani Patricii filius, a quo „ uxorem ducere compulſus, quum celebratis nuptiis conver„ ſari eum cum ſponſa oporteret, tradito eidem nuptiali anu„ lo, domo diſceſſit; & Edeſſam urbem profectus, per decem „ & octo annos apud Eccleſiam manſit. Ex ipſius autem virtute

„ agni-

Digitized by Google

„ agnitus, ſe ſubduxit; Romamque repetens, proprias ædes
„ intravit, ubi ignotus, apud januam ſe continuit, patrem ma-
„ tremque ſpectans, & a famulis ſuis ludibrio habitus; parenti-
„ bus inſuper, & caſta ipſius uxore dolentibus, perpetuoque
„ illius cauſa plorantibus. Inſtante autem obitu, chartam
„ depoſcens, univerſa quæ ipſum ſpectabant, conſcripſit,
„ illam poſt obitum manu tenens: quam quum Honorius Impe-
„ rator accepiſſet, cunctis audientibus legit. Tum vero ejus
„ acta patuerunt. Illius itaque Sanctæ Reliquiæ in templo S. Pe-
„ tri Apoſtoli conditæ fuerunt „. In eod. Menolog. Baſiliano Tom. 2. pag. 109. ad diem xv. Januarii, *commemoratio S. P. N. Joannis Calybitæ, qui aureum Evangelium habebat*: ubi dicitur, *Conſtantinopoli Eutropio Patricio, ac Theodora* natus, relicta doctrinarum ſchola, cum quodam monacho Monaſterium Acœmetarum adiiſſe, ibique vitam monaſticam ſuſcepiſſe; & inviſiſſe quidem domum & parentes, re prius cum cœnobii præfecto communicata, ſed extra januam ſibi tugurium conſtruxiſſe, ibique, ut mendicus, manſiſſe uſque ad obitum: tum vero ex aureo, quod ſibi dum puer eſſet a parentibus comparatum, geſtabat, Evangeliorum libro cognitus fuiſſe. Ceſſat ergo potiſſima Falconii ratio, qua contendit non alium fuiſſe Alexium Romanum, quam Joannem Calybitam, Roma nova, non vetere oriundum. Duos enim Græci diſertim faciunt, eoſque diverſos; *Alexium* patre *Euphemiano* & matre *Aglaide* in Vetere Roma natum, mortuum Honorii temporibus: & *Joannem Calybitam* patre *Eutropio* & matre *Theodora* Conſtantinopoli natum, ibique denatum. Ephemerides metricæ Græcorum, quæ ut ſupra ad xvii. Martii Alexium laudant, eædem de Joanne Calybita ad xv. Jan. ſic habent.

Πέμπτῃ κὴ δεκάτῃ καλύβῃ μετέπηξ' Ἰωάννης
Tugurio ſeſe Joannes clauſit eadem:

ideſt die xv. qua & Paulus Thebæus obiit. In Menæis quoque tamquam de duobus diverſis fit officium, & legitur Synaxarium; de Joanne quidem Calybita unacum Paulo Thebæo ad xv. Jan.; de Alexio vero ad xvii. Mart. cum officio proprio, canone, & luculento Synaxario. Non inficior, id quod dicitur de S. Alexii corpore in Templo S. Petri ſepulto, a veri ſimilitudine abhorrere, quum vero propius ſit, eum in templo S. Bonifacii, non in S. Petri ſepultum, idque tempore Honorii Imperatoris

& Honorio fortaſſe ad famam tanti viri accurrente chartamque legente. Verum tam Falconius, quam Papebrochius in id ſe proniores dicunt, ut exiſtiment, unum eundemque fuiſſe Calybitam ac Alexium, eaque, quæ Romæ referuntur, Conſtantinopoli geſta fuiſſe. In eandem ſententiam Legendarius Gallicus Tom. 2. col. 269. & Tillemontius Tom. 10. Monumentor. pag. 834. ſcribunt: „ Præſumi poſſe eundem eſſe Alexium cum „ Joanne Calybita Conſtantinopolitano, de quo eadem fere „ hiſtoria narratur: & qui potuit unum & aliud nomen habere; „ aut aſſumſiſſe nomen Joannis, quando ſe abſcondebat „. Verum [ut verbis utar Bollandianor. ad 17. Jul. Tom. 4. p. 240.] præſumptio iſta falſa eſt, quia falſo nixa ſuppoſito: nam tantum abeſt, ut pleraque hiſtoriæ Sancti utriuſque puncta fere ſint eadem, ut nonnulla toto potius videantur cælo diverſa: nam Conſtantinopolim illuſtravit Joannes; alio die colitur apud Græcos & Latinos; aliud nomen habet; duplex autem habuiſſe nomen, eadem facilitate negatur, qua id aſſeritur. Magis urget, quod S. Joannes fuerit monachus Acœmetus in Bithynia; quod duos habuerit fratres; quod e monaſterio egreſſus, commutatis cum paupere veſtibus, domumque regreſſus, tribus annis apud parentes habitarit incognitus; atque exhibito, quem ante diſceſſum ab ipſis acceperat, Evangeliorum libro, ante mortem agnitus, & inter eorum manus mortuus fuerit; quod mater eum jam vita functum veſte pretioſa induens, paralyſi percuſsa, ſed antiqua ipſi reddita lacerna, ſanata fuerit: ut nihil dicam de Templo ipſi extructo a parentibus. Atque ex his ſatis fundamenti nobis præberi exiſtimamus, ut cum (a) Papebrochio Par. 1. Reſponſionum pag. 249. utrumque hunc ſanctum

a Norunt eruditi, Papebrochium in prætenſa exhibitione errorum, ab accuſatore ſuo perperam ipſi imputatorum, inſimulatum fuiſſe, quod opinaretur, S. Alexium non Romæ, ſed Conſtantinopoli vitam clauſiſſe. Purgat ſe Par. 1. Reſponſionum a pagin. 248. aſſerens, ſe in Ephemeridibus Græcomoſchis, quoniam per tempus non liceret iſtam controverſiam funditus examinare, nihil præpropere judicaſſe, aut opinatum fuiſſe; at ſuſpendiſſe judicium, profeſſumque eſſe, quod iſtic obiter dicta eruditis viris voluerit conſideranda proponere, priuſquam aliquid de iis ſtatueret, plenam rei deciſionem remittens ad hunc diem (17. Julii) Itaque nihil tunc, quando Ephemerides ſcripſit, abſolute ſe opinatum declarat, neque tunc quidem, quando ad objectas accuſationes reſpondebat, opinari ſe quidquam contra Romanorum traditionem. Cauſas dubitandi, quas ex ſitu novæ Romæ ac Veteris, nominibus parentum Euphemiani & Aglaidis, & ipſius met Alexii, quæ mere Græca ſunt, habuit; quibus adjungi poteſt, quod cultus Sancti prius videretur inſtitutus Conſtantinopoli, quam Romæ, proponit ibidem

Digitized by Google

ctum diſtinguamus. Et vero næ ille ineptus ſit, qui duos mox ſanctos in unum confundat, quia vitæ inſtituto ſimiles. Sic perperam aliquis confundat S. Simeonem Salum, de quo die prima hujus [Julii] cum S. Theodoro Salo xxv. Febr. pag. 508. ac S. Thoma Salo xxiv. Maji pag. 433. qui eodem ſeculo vi. vixit, quo laudatus Simeon; ut pluribus exemplis ſuperſedeam. Hactenus eruditi Bollandiani; qui S. Alexii cultum [ut de Latinis taceam] apud Græcos ex Typico S. Sabæ, ex Menologio Baſiliano, ex Menæis typis editis, ex Horologio Græco demonſtrant. Canonem inſuper in S. Alexii honorem, a S. Joſepho Hymnographo, ſæculo nono conditum, e Græco verſum p. 247. exhibent, ex quo Canone Acta ejuſdem S. Alexii ſic eliciunt pag. 249. *Natus fuit ex ſterili matre*, uti colligitur ex ode prima. ,, Sprevit thalamos nuptiales ac ſponſam deſeruit: exul ,, e patria profugus, ac pauperiem anguſtam tulit. *Ode* 3. Re- ,, ſedit in æde Deiparæ ſacra. *Ode* 4. Quæ ipſum latere volen- ,, tem manifeſtavit. *Ode* 6. Deinde ad patriam rediit. *Ode* 6. ,, Latuit in domo parentum incognitus, & a famulis miſere ve- ,, xatus. *Ode* 7. Parentibus ſe manifeſtavit. *Ode* 8. Ubi & res ,, geſta Romæ adſcribitur. De ſancti Miraculis agitur *Ode* ix. ,, Sicut etiam de Imperatore ac Pontifice, non expreſſis eorum ,, nominibus ,,. Acta Syriaca S. Alexii laudavi Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 401. deſcripta a Thoma Diacono Edeſſeno in Monaſterio Gubæ Barajæ die 29. Julii anno Græcorum 895. [Chriſti 584.] auctore anonymo Eccleſiæ Edeſſenæ Paramonario ſive Æditof, qui tamen vel patriæ amore, vel quia de tranſitu ejuſdem Sancti nullam habuit notitiam, eum Edeſſæ obiiſſe ſcribit. E Syriaco in Arabicum eadem Acta converſa, & ex Vat. Arab. Cod.

ibidem a pag. 249., præbente dubitandi occaſionem vita, ſerius, ideoque obſcurius, nec ſine defectibus ſcripta. Prædictus Accuſator anſam præbuit Papebrochio controverſiam iſtam tum temporis diligentius examinandi, quamquam etiamnum tunc præmature: qui ſubacto poſt longam annorum fere quadraginta in rebus ad res Sanctorum pertinentibus judicio, dubia tandem ſibi antiqua ſolvit pag. 250. ſequentibus verbis e Canone S. Joſephi depromptis. ,, Conſidero (inquit) ipſum illum Canonem iterum ac dili- ,, gentius relegens non ſolum ſimpliciter iſtic nominari Romam (quam ſi novam intel- ,, lexiſſet auctor, veroſimiliter alicubi nominaſſet, ut ſolent, τὴν Βασιλίδα, civita- ,, tem Regiam) ſed etiam noto Odes ix. Strophe v. ſic cani... Convenerunt ad ſepul- ,, turam tuam Patriarcharum ὁ Πρόκριτος, & Chriſti amantiſſimus Imperator, Pro- ,, ceresque, juvenes, ac ſeniores cum choris monachorum. Ubi Πατριαρχῶν ὁ Πρό- ,, κριτος, Patriarcharum præcipuus, ſive eximius inter Patriarchas, nemo aptius in- ,, telligi poteſt, quam Patriarcha, ſeu Pontifex Romanus ,,. Cetera. Vide Tom. 4. Jul. pag. 239. §. 1. num. 4. Utinam Palconius, & alii Papebrochium imitentur.

Cod. 55. Latine reddita, edidere Bollandiani cum notis a pagin. 262. ad 270. Acta Græce laudantur a Fabric. Bibl. Græc. tom. 9. pag. 52. ἔδει μὲν, ὦ ἱερωτάτη καὶ θεοσύλλεκτος ἄθροισις, auctore incerto. Alia, ἐγένετο ἀνὴρ ἐν τῇ πόλει ὀνόματι Εὐφημιανὸς, Μαρκιανοῦ (a) καὶ Ἀρκαδίου, MS. Lambec. VI. pag. 305. VIII, pag. 354. 380. 395. & Cod. Barrocciano 146. 147. Latine apud Surium 17. Julii. His adde e Cod. Vat. Græc. ſignato num. 1190. fol. 45. ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐγένετο ἀνὴρ εὐσεβής. Et Cod. Græc. Palatino Vat. 364. pag. 103. ἐγένετο ἀνήρ τις ἐν Ῥώμῃ. Et Cod. Vat. Græc. 1630. fol. 15. ἐγένετο ἀνὴρ εὐσεβὴς ἐν τῇ Ῥώμῃ. Acta Latine, *Fuit Romæ vir magnus & nobilis, Euphemianus nomine*, auctore anonymo, Tom. 4. Jul. ad diem 17. pag. 251. *Præſtans magnatis, ſummæ vir nobilitatis*, vita metrica, auctore, ut creditur, Marbodo Epiſc. Rhedonenſi in Armorica, Ibid. pag. 254. *Hujus rei & in nobis, fratres cariſſimi*, Homilia S. Adalberti Epiſc. Pragen. ac martyris, qui in monaſterio SS. Bonifacii & Alexii Romæ monaſticam aliquandiu vitam egit, Ibid. pag. 257. *Muliercula quædam Ceræ veteris habitatrix*; Miracula ab anonymo ſæculi XI. conſcripta, Ibid. pag. 258. Amiciſſimus, idemque pereruditus *D. Felix Nerinius*, Abbas Hieronymianus, in præclaro Opere, cui titulus, *De Templo & Cœnobio SS. Bonifacii & Alexii Hiſtorica Monumenta*, typis edito Romæ 1752. cap. 3. a pag. 19. tum ex Actis, quæ ſunt a nobis laudata, tum ex antiquis Latinis Martyrologis oſtendit, Sanctum Alexium & Romanum fuiſſe, & Romæ deceſſiſſe: quemadmodum etiam de eodem legitur in Martyrologio Romano nuperrime a SSmo Domino Noſtro Benedicto XIV. caſtigato ad XVII. Julii: „ Romæ S. Alexii „ Confeſſoris, filii Euphemiani Senatoris, qui poſt obitum, „ & voce per urbis Eccleſias audita, & ſcripto ſuo, agnitus, „ Innocentio Primo Pontifice Maximo, ad Eccleſiam S. Boni„ facii ſummo honore delatus eſt, ubi multis miraculis cla„ ruit „. Et cap. XII. pag. 205. profert vetuſtam membranam, in qua narratur, *Corpora SS. Bonifacii & Alexii, Honorio III. Pontifice, ſub majori Altari Eccleſiæ Sancti Bonifacii Mart. inventa fuiſſe anno 1217. Indict. V. anno primo Pontificatus Honorii III.* cum hac inſcriptione in tabula argentea, & marmorea.

„ Ego

---

a Leg. Ὁνωρίου, *Honorio* & *Arcadio*.

Digitized by Google

„ Ego Leo Abbas tempore Gregorii Papæ V. & Ottonis Imperatoris, mutavi in loco iſto Corpus Beati Alexii Confeſſoris de capſa argentea & aurea, ubi collocatum fuerat; & quia tunc locus iſte pauper erat, dedimus illud in agros, villas, & alias poſſeſſiones, anno Incarn. DCCCCXCIX. Ind. XII.

XVIII.

CYRILLUS.

Kalendar. Ruſſo Moſcoviticum: *Sviatago Kyrilla*, *Sancti Cyrilli*. Poſſevinus; *S. Patris Cyrilli*. Vaticani Ruthenici cum noſtro Slavico vacant. Tabulæ Papebrochianæ: *Cyrillus*. Epiſcopus nempe Hieroſolymitanus, de quo Ephemerides Græcæ Metricæ:

Ὀγδοάτῃ δεκάτῃ θάνατος μέλας εἷλε Κύριλλον.
Octava decima mors abſtulit atra Cyrillum.

Et Papebrochius: „ Epiſcopus hic Hieroſolymitanus etiam hodierno Romano inſcribitur: ejus ſemper recta fides ac libri defenduntur a Nobis Tom. 2. Martii. Acta nulla habentur „. Baronius ad 18. Martii: „ Agunt de eo Græci etiam hac die in Menologio. Merito pro Sancto Cyrillo teſtimonium œcumenicæ Synodi hic citatur: quod ſatis eſſe videtur ad apologiam adverſus eos, qui fidem Catholicam ipſius ſuſpectam habuere. Exſtat hujuſmodi S. Synodi elogium de Cyrillo in Synodica apud Theodoretum l. 5. cap. 9. ad Damaſum Papam his verbis „ Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, quæ eſt omnium Mater, reverendiſſimum ac ſanctiſſimum Cyrillum Epiſcopum vobis oſtendimus, tum ab Epiſcopis provinciæ (ut Canon vult) jampridem eſſe creatum, tum plurima prælia adverſus Arianos variis in locis confeciſſe. Hæc Patres... Habentur ejus Acta nuper collecta opera Joannis Grodecii, cujus etiam diligentia Catecheſes, aureum plane opus, diu occultatæ prodiere in lucem „. Nimirum (uti Caveus habet pag. 134.) Lat. Pariſ. 1589. Græce Pariſ. 1564. Lat. Colon. 1564. Græc. Lat. Pariſ. 1608. ibid. 1622. & cum Syneſio 1631. Exſtat etiam hujus Cyrilli *Epiſtola* ad Conſtantium Imper. qua refert menſe Majo anno 351. ſplendidam Crucem Hieroſolymis in cœlo clara die apparuiſſe; nec a Chriſtianis tantum viſam, ſed a Gentilibus quoque & a Judæis, quorum multi eo prodigio perculſi in Chriſtum crediderunt. De celebri autem illa Crucis appa-

apparitione menſe Majo (*a*) anni præfati 351. loquuntur, præter Cyrillum, Sozomenus l. 4. cap. 5. Philoſtorgius lib. 3. cap. 26. Chronicon Alexandrinum pag. 292. Chronicon Idacii, & Menæa Græcorum ad diem 7. Maji. Interfuit Concilio Conſtantinopolitano Oecumenico. Agunt de Sancto Cyrillo Græci in utroque Menologio cum Officio & Synaxario, τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου Ἀρχιεπισκ. Ἱεροσολύμων, *S. P. N. Cyrilli Archiepiſcopi Hieroſolymorum*. Baſilianum recito. „ Iſte piis pa-
„ rentibus natus eſt imperante (*b*) Conſtantio. Maximo autem
„ Hieroſolymorum Epiſcopo vita functo, Epiſcopatus gratia
„ dignus effectus, illique ſubſtitutus, pro dogmatibus Apoſto-
„ licis alacriter decertavit. Sed Acacius Arianus, qui Cæſareæ
„ Palæſtinæ thronum obtinebat, atque a Synodo Sardicenſi ſe-
„ gregatus fuerat, quum Imperatori eſſet notus, poteſtate ab
„ eodem accepta, Cyrillum è ſua ſede dejecit. Is vero Tar-
„ ſum concedens, unacum admirabili Silvano commoratus eſt.
„ Coacta poſt Seleuciæ Synodo, Conſtantinopolim Acacius ad-
„ volans, Imperatori perſuaſit, ut Cyrillum exilio multaret.
„ Mortuo Conſtantio, quum Imperium obtinuiſſet Julianus,
„ velletque univerſos ſibi benevolos reddere, unacum cæteris
„ etiam Cyrillum exilio liberatum propriæ ſedi reſtituit. Quum
„ ergo Gregem bene gubernaſſet, ad Dominum migravit „.
Bollandiani Tom. 2. Mart. a pag. 625. Cyrilli elogium è Græcis Synaxariis recitant; primum quidem (*c*) è Synaxario Collegii Claromontani: *Hic fuit ſub Conſtantino Magno &c.* Alterum è Synaxario quod in Menæis excuſum eſt: „ Ex paren-
„ tibus piis rectamque fidem ſectantibus natus eſt Cyrillus &c.„
Mox de ipſo teſtimonia proferunt ex Sozom. lib. 4. cap. 24. ex Theodoreto lib. 2. cap. 27. ex Nicephoro lib. 9. cap. 43. ex Rufino

---

a Die VII. Maji an. 351. communiter volunt Crucis illam apparitionem contigiſſe. At Bollandiani Tom. 2. Mart. pag. 632. „ Diem nonarum Maji, quem Græco Textui ne-
„ ſcio quis interpolator adjecit, neque Theophanes, neque Michael Glycas legerunt,
„ neque vero legere potuerunt, quum dies Pentecoſtes nullo unquam tempore cum
„ Nonis Maji coincidat. Si tamen Majo menſe res narrata contigit, non potuit ea
„ quidem ipſo an. 355. accidiſſe, quo Paſcha in 16. April., Pentecoſte cadebat in 4. Jun.
„ ſed quatuor ſequentium annorum aliquo: ex quibus 356. placet, Pentecoſten ha-
„ bens die 15. Maji, vel 357. quo XI. die menſis ejuſdem dictum feſtum recolebatur „.
Sed cur non an. 351. quo Paſcha incidit in 31. Martii, & Pentecoſte in diem 19. Maji? aut quomodo anno 356. quo Paſcha incidit in 7. Aprilis, Pentecoſten habere potuit 15. Maji?

b Legendum, *Conſtantino*.

c Idem Synaxarium prodiit Græce pag. 748.

Digitized by Google

fino lib. 1. cap. 23. ex Socrate lib. 5. cap. 8. ex Theophane ad annum Æræ Vulgaris 355: Alexandrinæ 347. Tum vero, poſtquam orthodoxam ipſius fidem demonſtraſſent, affirmant Cyrillum anno Chriſti 355. Epiſcopum inauguratum, obiiſſe anno 389. Poſtremo de ejus Catecheſibus pag. 632. hæc narrant. „ Has Catecheſes Jo. Grodecius primum apud Stanislaum Hoſium Card. Varmienſem in veteri MS. Græcas nactus, Latinitati donavit, ac deinde contulit cum Polonica earumdem verſione, ſibi ſubminiſtrata a Jacobo Uchanski, Gneſnenſi Archiepiſcopo & Poloniæ Primate, qui illas jampridem Slavorum conſcriptas idiomate ex Bulgaria & Macedonia adeptus erat „. Inter libros è Græco in Ruthenicam linguam verſos a Poſſevino in Apparatu ſacro, V. Rutheni pag. 173. recenſetur, *Liber Cyrilli Hieroſolymitani*. Marmor Neapolitanum ad XVIII. Martii: *N. S. Cyrilli Epi. Hieru. Natale Sancti Cyrilli Epiſc. Hieruſalem*. Vide Mazoch. pag. 97.

XIX.

CHRYSANTHUS. DARIA.

Vaticani Ruthenici cum noſtro Slavico vacant. Moſcoviticum Kalendarium: *Chryſantha, i Daria*: *Chryſanthi & Dariæ*. Poſſevinus perperam: *S. Mart. Chriſamphi*. Papebrochius, *Chryſanthus, Daria*. Marmor Neapolit. *P. S. Chriſanthi & Dariæ* apud Mazoch. ad XIX. hujus pag. 98. Menologium Græcorum ad XIX. Martii: *τῶν ἁγίων μαρτύρων Χρυσάνθου καὶ Δαρείας*, *SS. Martyrum Chryſanthi & Dariæ*, cum Officio & Synaxario. De his Baſilianum ad XVII. Octobris, cum Synaxario, Vide Tom. 1. pag. 122. Id quod non vidit cl. Falconius, dum relata ad hanc diem 19. Martii è Græcis Menæis Synaxarii SS. Chryſanthi & Dariæ epitome, ſubjungit pag. 79. *Menologium Baſilii, de his nihil*. Latini quoque de his Sanctis nihil hac die; ſed ad 25. Octobris: Græci etiam de iiſdem iterum agunt die 17. Octobris cum eodem fere, ac die 19. Martii Synaxario, non tamen cum Officio. Acta Chryſanthi & Dariæ, *τὴν ἱστορίαν τῆς ἀθλήσεως τῶν προγεγονότων*, *auctore Varino & Armenio coævis*.. Vide Allatium pag. 110. de Symeonibus. Græce MS. Bibl. Coiſlin. pag. 185. Latine apud Surium 25. Octobris Baron. not. ad 25. Octobris: „ Tradunt eorum Acta eſſe conſcripta a Verino & Armenio S. Stephani Papæ Presbyteris: „ deſcripta eadem a Metaphraſte recitat Lipom. Tom. 7. & Su-

„ rius Tom. 5. Habemus ipſa MS. in antiquis Codicibus. Plu-
„ ra de iiſdem Greg. Turon. de gloria Martyrum cap. 38. Ibi.
„ & de eorum Corporum inventione, & de Epitaphio Sancti
„ Damaſi Papæ ad ſepulcrum ipſorum conſcripto, & inferius
„ cap. 83. agit de ipſorum Reliquiis. Alderanus lib. de laud.
„ Virg. de iiſdem pluribus.

XX.

Sancti occisi in Monasterio Sabæ.

Tabulæ Papebrochianæ apud Culcinium: *Prepodobnych Otec vo Obyteli Sviatabo Savy. Fotinya, Joſies, Viktor, Sanctorum Patrum in Cœnobio S. Sabæ, Photina, (a) Joſue, Victor.* Papebrochius: *Patres.... (b) Sabæ, Martyres.* „ In Menæis hoc titulo indicatur feſtum Sanctorum Abbatum ab Abaris (imo Arabibus) interfectorum in Monaſterio Sancti Sabæ: ubi Poſſevini interpres ipſius Sancti Sabæ feſtum perperam notavit, qui etiam hic videtur primus pingi, Regulam ſuam manu tenens. Acta ex Græco eruimus, ab eo qui interfuit ſcripta. *Pergit porro*: Photina, Joſes, Martyres. Hanc eſſe Samaritanam Evangelicam, cum filio Joſe, ſeu Joſepho; fabulantur Græci, multa de utroque narrantes vix digna relatu. Hodierno Romano inſcribuntur ambo, confuſio forſitan ex eo nata ſit, quod genere vel ſecta Samaritani ambo fuerint „. Kalendarium Moſcovit. *Prep. Otec. ibien. SS. Patrum occiſ.* contracte; pro, *Sanctor. Patrum occiſor. in Cœnobio Sabæ.* Poſſevinus contractius: *S. Patris Sabæ*, ideſt, *Monachorum Sabaitarum.* Menologium Baſilianum de his ad diem antecedentem: *Certamen SS. Patrum, qui ab Æthiopibus (c) in Monaſterio Sancti Sabæ interfecti ſunt*, cum Synaxario, in quo numerus eorum non exprimitur, ſed alii dicuntur obtruncati, alii diſſecti, aliorum manus præciſæ, aliorum pedes; alii confoſſi, eorum inteſtinis effluentibus; alii denique variis modis interfecti. De *Photina* autem *Samaritana*, & ſociis, ad hanc diem xx. Martii, ubi ea ipſa dicitur Samaritana, cum qua Dominus ad puteum eſt collocutus, Neronis autem temporibus vixiſſe. Poſt obitum vero Sanctorum Apoſtolorum Petri

---

a Lege *Joſes*.

b Interpres Belga non aſſequutus Slavicas iſtas voces, *vo obytely Sviatago Savy*, in Monaſterio Sancti Sabæ: vacuum locum Papebrochio reliquit.

c *Arabes fuſco colore*, ſic appellantur. Unde pro *Æthiopibus*, menæa habent *Arabes*, & Typographi errore *Abares*.

Digitized by Google

Petri & Pauli, unacum filio Joſe, Carthagine in Africa manſiſſe, Chriſtum prædicans. At filius ejus Victor adverſus Abares re bene geſta, factus copiarum dux, juſſuſque Chriſtianos Galilææ necare, quum id renuiſſet, atque Sebaſtiano Chriſtianam fidem perſuaſiſſet, comprehenſus & unacum reliquis Imperatori oblatus eſt. Imperator autem aliquorum oculos effodit, alios carceri incluſit, alios in ligno ſuſpendit, aliis corium detraxit, aliis virilia abſcidit. Photidem duobus arboribus ſumma vi inclinatis alligatam, iis diſſolutis, in duas partes ſcidit. Reliqui capite plexi. Photina in carcere finem vivendi fecit. In Menæis: *τῶν ἁγίων Ἀββάδων τῶν ἀναιρεθέντων ὑπὸ τῶν Ἀβάρων* (leg. *Ἀράβων*) *ἐν τῇ μονῇ τοῦ ἁγίου Σάββα τοῦ ἡγιασμένου*. „ SS. Abbatum (*a*) occiſorum ab Abaribus (leg. Arabibus) „ in Cœnobio Sancti Sabæ ſanctificati „. In Synaxario Arabes dicuntur *Æthiopes*, *ἐξήγειρεν ἐπ᾽ αὐτοὺς τοὺς ἀθέους Αἰθίοπας*, *excitavit in illos*, *Atheos Æthiopas*. De his canitur Ode, auctore *Stephano Sabaita*, *ᾆσμα ἀναπέμψωμεν λαοί*. Acta Sanctorum Sabaitarum, Græce Tom. 3. Mart. pag. 2. *ἄξιόν ἐστι τοὺς μηδεπῶς τῆς τῶν ἁμαρτημάτων*, ex Cod. MS. Seguieriano. Latine: „ Æquum ſane atque conveniens eſt, ut qui a peccatorum „ fœce „ auctore Stephano Monacho Sabaita, pag. 167. ad xx. Martii. At vero de *S. Photina Samaritana cum ſociis*, nihil hac die Menæa Græcorum, ſed ad diem xxvi. Februarii habetur prolixum de iis Synaxarium fabulis reſperſum.

XXI.

JACOBUS.

Kalendarium Ruſſo-Moſcoviticum: *Prep. Jacova Epiſcopa*, *Sancti Jacobi Epiſcopi*. Poſſevinus: *S. Patris Jacobi*. Culcinius: *Jacobus*. Vaticani Ruthenici cum Slavico noſtro vacant. Papebrochius: „ *Jacobus Epiſcopus*, idem, ut credo, „ quem alias Græci colunt xxiv., niſi inter indigenas Moſco„ viæ Epiſcopos Sanctos inveniatur alius, ad quem hic dies & „ honor magis proprie ſpectet „. Non placet hæc Papebrochii conjectura Culcinio, qui proinde in Specim. pag. 76. ſic ſcribit: „ Jacobus Epiſcopus, quem Papebrochius die (*b*) præcedenti „ inſe-

a Ideſt, *Patrum*. Vox Syriaca *Abba*, patrem ſignificat, & aliquando antonomaſtice pro patre *Hegumeno* ſumitur, qui aliis Monachis præeſt, & *Abbas* vulgo dicitur: aliquando *Patrem*, ideſt, Monachum, ſimpliciter ſonat.

b Imo hac die xxi. Martii, ad quam Culcinius de Jacobo hæc commentatur.

,, inſeruit indiculo Sanctorum Ruthenorum, non eſt indigena ;
,, ſed Græcus, qui multa paſſus pro ſacris Imaginibus ſub Copro-
,, nymo, ut docet meum Anthologium, quod inſuper vocat eum
,, Epiſcopum Catanenſem. Laudatur hic Jacobus in Epiſtolis
,, Sancti Theodori Studitæ, coliturque ab aliis die 24. Martii,
,, ſed juſtius præſenti diei correctiora Typica & Menæa ipſum
,, adſcribunt ,,. Pergit porro pag. 77. ,, Hac pariter die co-
,, lunt Græci Cyrillum, ſeu verius Beryllum Diſcipulum Sancti
,, Petri, & primum Catanenſem Epiſcopum in Sicilia, ut vidi
,, in Menologio; ſed in meis libris nil de ipſo reperio. Mirum
,, vero, quomodo in Tabulis figuratis præſenti diei intruſum
,, fuerit ſolum Cyrilli nomen abſque imagine: nam die xx. re-
,, præſentantur SS. Patres in Laura Sabæ Martyres, & Photina
,, cum Joſe ac Victore filiis. Die xxi. exhibetur Sanctus Ja-
,, cobus Epiſcopus. Die xxii. Sacromartyr Baſilius Presbyter
,, Ancyranus. Die xxiii. Sacromartyr Nicon cum bis centum
,, ſuis Diſcipulis. Quid ergo facit nomen Cyrilli inter Joſen
,, ac Jacobum ſuperius inſcriptum? expungendum eſt itaque ,,.
De Jacobo mox dicam. Ad Tabulas figuratas venio. Inſcriptio
numerica eſt erronea: at Imagines Sanctorum, ſunt recte die-
bus ſuis aſſignatæ: nimirum diei xx. Sabaitæ Martyres cum Pho-
tina & ſociis: diei xxi. *Cyrillus* & *Jacobus* ambo Epiſcopi, habi-
tu Pontificali cum Omophorio induti, librum clauſum læva te-
nentes. Diei xxii. *Baſilius* Epiſcopi habitu, quum Presbyter
fuerit. Diei xxiii. *Nicon* cum ſociis Monachis. Diei xxiv. *Ar-
temion*, *Zacharias*, *Iſaacius*. Diei xxv. *Annunciatio Deiparæ*.
Hæc de figuratis Tabulis Papebrochianis. Nunc de Jacobo &
Cyrillo Epiſcopis. In utroque Menologio ad xxi. hujus: *τȣ̃ ὁσίȣ
πατρὸς ἡμῶν Ἰακώβȣ ἐπισκόπȣ ϗ ὁμολογητȣ̃*, *S. P. N. Jacobi
Epiſcopi & Confeſſoris*, cnm Officio in Menæis. In Synaxario,
è Monacho Epiſcopus creatus dicitur; cujus tamen ſedis, haud
exprimitur. Baſilianum, *Jacobi Junioris Epiſcopi* agnomento
eum donat. Utrobique paſſus refertur ſub Iconomachis. Vide
doctas Bollandianorum Animadverſiones ad xxi. Martii a pagi-
na 357. ubi oſtendunt, incertæ ſedis eum fuiſſe Epiſcopum, &
ab Octavio Cajetano atque Roccho Pyrro ſine ullo fundamento
Catanenſem dictum. Qui vero in Tabulis figuratis *Cyrillus* dici-
tur, idem in Menæis in Synaxario ad xxi. hujus, *Cyrilli* quoque
nomen gerit his verbis: *τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, τȣ̃ ὁσίȣ πατρὸς ἡμῶν*

Κυρίλλȣ

Digitized by Google

Κυρίλλυ Επισκ. Κατάνης, *Eadem die S. P. N. Cyrilli Epiſcopi Catanæ*. At in Baſiliano, *Beryllus* vocatur hoc elogio: „ Sanctus Pater Noſter Beryllus ex Antiochia Syriæ oriundus, Sancti Petri Apoſtoli Diſcipulus factus, ab eo Epiſcopus Catanæ „ in Sicilia ordinatus eſt „. Cætera vide apud Bolland. Tom.3. Mart. ad xxi. pag. 257. *Beryllus* in Martyrol. Rom. dicitur ad hanc ipſam diem.

XXII.

Basilius.

Kalendar. Moſcovit. *M. Baſilia Presbit. Martyris Baſilii Presbyteri*. Poſſevin. *S. Martyris Baſilii*. Vaticani Ruthenici vacant. Menologium Græcor. τῦ ἁγίυ ἱερομάρτυρος Βασιλείυ Πρεσβυτέρυ τῆς Ἀγκυρανῶν ἐκκλησίας, *S. Sacromartyris Baſilii Presbyteri Ancyranorum Eccleſiæ*, cum officio, & Synaxario. Baſilianum de eodem agit ad diem 2. Januarii, cum hoc Synaxario: „ Baſilius Martyr, Juliano apoſtata Imperatore, ex „ Ancyra Galatiæ fuit „. Cetera Tom. 2. pag. 77. Idem Menologium de eodem S. Baſilio ad diem xxii. ſolam commemorationem agit, his verbis: „ & certamen Sacroſancti Martyris „ Baſilii Presbyteri Ancyranorum Eccleſiæ. „ Martyrol. Rom. „ ad xxii. Mart. Ancyræ S. Baſilii Presbyteri & Mart. qui „ ſub Juliano apoſtata graviſſimis cruciatibus affectus, animam „ Deo reddidit „. Agit de eo Sozom. lib. 5. cap. 10. Papebrochius. „ Baſilius Presb. Martyr. In tabulis male exprimitur inſtar Epiſcopi Palliatus, forſitam ex errore nominis ei cum „ Baſilio Epiſcopo Cæſarienſi communis „. Quin imo potius ex errore nominis & cum Baſilio Ancyrano Epiſcopo communis, de quo Epiſcopo vide Baron. in notis ad hanc diem. Acta S. Baſilii Presbyteri Græce, ἦν ὗτος ὁ Βασίλειος κατηχῶν πάντα ἄνθρωπον, ex Cod. Græc. Vat. 655. fol. 382. Latine, pag. 380. apud Bolland. „ Baſilius hic totus intentus hominibus veritatem „ Chriſtianam edocendis.

Codex Slavicus noſter ad hanc diem *S. P. N. Thomæ Archiepiſc. Conſtantinopolitani*. De quo Menologium Baſilianum ad xx. hujus: „ Commemoratio S. P. N. Thomæ Patriarchæ „ Conſtantinopolitani. Sanctus pater noſter Thomas propter „ excellentem ſuam virtutem & ſummam prudentiam ac religionem, Diaconus magnæ Eccleſiæ ordinatur, & Sacellarius „ a S. P. N. & in miraculis patrandis maximo, Joanne cogno-

„ men-

Digitized by Google

„ mento Jejunatore, imperante celebri & beato Mauricio. Poſt „ obitum autem hujus Joannis, ejuſque in Epiſcopatu ſucceſ„ ſoris Cyriaci, ordinatus Patriarcha Conſtantinopol. eum Epi„ ſcopatum geſſit annos 3. menſes duos „. Cetera. In Menæis de eodem Thoma fit commemoratio ad XXI. Martii, cum Synaxario, iiſdem plane, ac in Baſiliano, verbis. Codici noſtro Slavico conſonat Marmor Neapolitanum apud Mazoch. pag. 99. „ XXII. *N. S. Thomæ Patriarchæ* „ Is enim (inquit de ejus na„ tali) in Baſilii Menologio eſt XX. Martii: alibi XXI. alibi XIX. „ ac poſtremo in Menæis MSS. Bibliothecæ Ambroſianæ Tranſ„ latio conſignatur die XIX. Martii, at obitus ſive obdormitio „ die XXII. In noſtris his Faſtis die XXII. non depoſitio, ſed „ Natale (quod γενεθλιον nomen eſt) adnotatur. At reve„ ra Thomas die XX. Martii mortuus, die vero XXII. terræ „ mandatus fuit, teſte auctore Chronici Alexandrini ferme „ συγχρόνῳ, ubi ſic ſcribitur: *Hoc anno menſe Dyſtro, qui eſt* „ *Romanis Martius, die* XX. *qui incidit in Fer. 6. moritur Tho-* „ *mas Patr. Conſtantinopolitanus*, & XXII. *ejuſdem menſis die* „ *Dominico terræ mandatur*. Inter illas vero dierum Thomæ „ dicatorum varietates, Neapolitani, ut in re lubrica, caute „ hic maluerunt communem *Natalis*, quam peculiarem *Depoſi-* „ *tionis* notam adſcribere „. Verum a nobis jam eſt alibi demonſtratum apud Martyrologos *natalis* ac *depoſitionis* diem eſſe promiſcue adhibitum.

XXIII.

S. Nicon, et Socii.

Vaticani Ruthenici cum noſtro Slavico vacant. Kalendarium Ruſſo Moſcoviticum: *Prepod. Nicona*, *S. Niconis*. Poſſevinus perperam: *S. Patris Nicolai*. Culcinius: *Nikon, i Duiſti Uczenik Jebo*: Nicon, & ducenti diſcipuli ejus „. Papebr. „ Nicon cum ducentis diſcipulis. Ita Belga noſter hæc verba le„ git: cujus explicationem probat litera σ', ducenarium nume„ merum ſignificans. Quod vero Niconi a tergo eſt ædificium „ magnum, non Tauromenium urbem, in cujus vicinia vixiſſe „ creditur, ſed veteris balnei ruinas, quas putatur incoluiſſe, „ adducere in memoriam debet „. Idem ad Ephemerides Græcor. metricas. *Niconem gladio vigeſima tertia plectit*. „ Hu„ jus & ſociorum monachorum (*a*) 199. prope Tauromeni„ tanam

(a) Non igitur ſocii CC. ſed CXCIX.

Digitized by Google

„ tanam urbem martyrium utinam nobis certius conſtaret,
„ quam ex Actis, quæ dedimus ſub nomine Chæromenii eorum
„ famuli ac diſcipuli. Severiori enim cenſura eguiſſe ea judi-
„ camus; & ipſis quoad omnes circumſtantias tam fabuloſis,
„ nolumus credere monachatus initia Diocletiani ætate vetu-
„ ſtiora. Inſcribuntur etiam iidem hodierno Romano „. Atqui
in Martyrol. Rom. non Tauromenii, ſed Cæſareæ paſſi dicuntur
ſic: *Cæſareæ in Palæſtina SS. Martyrum Niconis, & aliorum
nonaginta novem*. Et Baron., *De his item hac die Græci in Me-
nologio*. Ubi Bollandiani ad hanc diem XXIII. Mart. pag. 442.
quum de Nicone & ſociis 199. Menæa & Vaticanum Ambroſia-
numque Codices laudaſſent, num. 3. ſic ajunt: „ nihil horum
„ videre Baronio contigit Romanum Martyrologium compilan-
„ ti: ut mirum non ſit, ſi alium nullum auctorem habens,
„ quam Menologium ex Sirleti verſione (quod nos item ex Ca-
„ niſii editione habemus imperfectiſſimum) ita ſcripſit ad hunc
„ diem: *Cæſareæ in Palæſtina SS. Martyrum Niconis, & alio-
„ rum nonaginta novem*. Ubi quod in numero ſit erratum, cen-
„ tenario prætermiſſo, vel auctoris ipſius vel amanuenſium ejus
„ inadvertentia factum, excuſari poteſt: quod reliquum eſt,
„ Menologio præcipitantius ſcripto debet imputari: in quo,
„ ut alias ſæpe, lineis quibuſdam intermediis omiſſis, & diei
„ numero præpoſtere collocato, hæc verba: *SS. Martyrum
„ Niconis & Sociorum nonaginta novem*, a XXIII. die avulſa,
„ cum ſequentis diei acephalo textu conjunguntur hoc modo:
„ *Qui in urbe Cæſarea Palæſtinæ propter Chriſtianæ fidei confeſ-
„ ſionem Martyrii palmam ſunt adepti*. Quæ verba non dubita-
„ mus quin pertineant ad *Octo* (*a*) *Martyres*, quos Cæſareæ
„ in Palæſtina cæſos XXIV. die diſticho uno Menæa laudant:
„ MSS. 38. fuiſſe dicunt, Latina vero Martyrologia nomina-
„ tim referunt vel omnes, vel cæterorum Duces ex Euſebii
„ hiſtor. lib. 4. cap. 15. ſub Diocletiano ſecuri percuſſos, Ti-
„ molaum videlicet, Dionyſium &c. „ Hæc illi veriſſime. Ce-
terum Acta S. Niconis & Sociorum quod ſpectat, tam in Baſilia-
no, quam in communi, dicuntur in Synaxario utroque, *S. Ni-
con*,

a In Menol. Baſiliano ad XXIV. dicuntur „ Martyres XXXV. Cæſareæ in Palæſtina
„ ſub Juliano apoſtata paſſi „ : adeoque ab illis *Octo* diverſi. In Menæis, indefinito
numero ſic: „ Eadem die SS. Martyres in Cæſarea Palæſtinæ gladio conſummantur.
„ Sed in diſticho numerus *Octo Martyrum* exprimitur ſic: „ exercitus ὀκτάριθμος gla-
„ dio obtruncatus eſt „. De quibus vide ſupra ad XV. hujus.

con, *& centum nonaginta novem ſocii*: paſſi in Sicilia, ſub Quintiano præſide, quum *Nicon* ex Neapolitana regione oriundus, patre Græco, matre Chriſtiana ortus, ab Epiſcopo quodam, qui ibi ſub monachi habitu latitabat, ad Gani montem in ſpelunca baptizatus, poſtea Presbyter, & Epiſcopus ordinatus, & monachis numero 199. præfectus fuiſſet. Vide Bollandianos ad XXIII. hujus a pag. 442. ubi ejus Acta pag. 444. exhibent, ex MSS. Græcis Biblioth. (*a*) Vaticanæ & Ambroſianæ, Latine, initium: *Temporibus illis quum impiiſſimus Quintianus præfectura fungeretur*: Græce in appendice Tom. 3. pag. 18. *κατὰ τοὺς Καιροὺς ἐκείνους, ἡγεμονεύοντος Κυντιανοῦ*: auctore Cheræmonio Syracuſano, Niconis diſcipulo.

XXIV.

S. Zacharias.

Slavicus noſter: *Profeſtum Annunciationis*. Ita & Culcinius pag. 77. „ XXIV. Agitur hodie profeſtum Annunciationis „ SS. Deiparæ, cum officio proprio, canone Georgii monachi, „ & luculento Synaxarii ſermone docente fideles, ut condigne „ celebrent imminentem feſtivitatem „. In Menæis: *προεόρτια τοῦ εὐαγγελισμοῦ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου*, *Profeſtum Annunciationis SSmæ Deiparæ*, cum officio, & canone Georgii, ſed ſine Synaxario.

Kalendarium Moſcoviticum: *Prepod. Zachariy*; *S. Zachariæ*. Ruthenici Vaticani vacant. Culcinius: *Artemius*, *Zacharias*, *Iſaacius*. Papebroch. *Artemius* Epiſcopus. *Zacharias* reclusus. *Iſacius Diaconus*. Poſſevinus perperam; *S. Patris Arſenii*, pro, Artemii. *Artemon* Epiſcopus Seleuciæ vocatur in Menologio Baſiliano, in quo ejus commemoratio ad XXII. hujus peragitur. In Menæis tamen, in quibus & *Artemon Seleuciæ in Piſidia Epiſcopus* appellatur, colitur ad XXIV. hujus, cum Synaxario; utrobique, ab Apoſtolo Paulo converſus dicitur, factuſque ejus diſcipulus, & ab ipſo Seleuciæ ordinatus Epiſcopus, in profunda ſenectute ad Deum migraſſe. Bollandiani ad XXIV. hujus, pag. 474. Epiſcopi Artemonis Synaxarium e Græco Latinum exhibent: & pag. 475. „ Accepimus (inquiunt) „ P. Athanaſio Kircherio procurante, Martyrologium Arabo „ Ægyptium Latine redditum a Gratia Simonio Collegii Maro„ nitici Alumno, in quo ad hanc diem ſcripta legitur *Memoria* „ *S. Pa-*

a Cod. Græc. MSS. num. 866. pag. 250.

Digitized by Google

„ *S. Patris Artemonis Epiſcopi Salonicenſis*; quem vix dubitamus, quin ſit Seleucienſis prænominatus, etſi ſcriptoris vel „ interpretis exerrans calamus fecit *Salonicam* legi, juxta lin„ guæ hodiernæ uſum, quæ alias *Theſſalonica* diceretur „. Subjungunt Græcorum Menæa longiſſimum Synaxarium de *S. Artemone Presbytero Laodiceno & Martyre*, de quo & ſimile Synaxarium, ſed brevius ad 8. Octobris in iiſdem Menæis, & Rom. Martyrol. ibid. his verbis: *Laodiceæ S. Artemonis Preſbyteri, qui ſub Diocletiano per ignem martyrii coronam accepit.* Sed de Artemone Presbytero redibit ſermo ad 13. Aprilis.

De Zacharia, hæc in Menæis. τῇ ἀυτῇ ἡμέρᾳ, ὁ ὅσιος Ζαχαρίας ἐν εἰρήνῃ τελευτᾶι, *Eadem die, Sanctus Zacharias in pace conſummatur*, cum hoc diſticho:

Pro viribus Deo ſimilis factus, Dei
Vitæ cohæres eſto poſt vitam hanc, Pater.

Paulo plenius (ut notant Bollandiani pag. 482.) Taurinenſe Ducis Sabaudiæ MS. habet: μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ζαχαρίου μοναχοῦ καὶ ἐγκλείστου γεγονότος καὶ δουλεύσαντος τῷ Θεῷ ἀπεριστάτως, *Memoria S. P. N. Zachariæ monachi, qui factus Recluſus, Deo immobiliter deſervivit.* In vitis Patrum ſunt varii Zachariæ, quibus Abbatis, monachi, diſcipuli, aut Moyſis, aut Silvani, aut Serapionis cognomen datur. Sed num aliquis horum colatur hoc die, quis divinabit? Hæc illi.

Pergunt de Iſaacio. „ Iſacius Diaconus. Talem quippe „ exprimit habitus: quis, aut cujas, ignotum nobis æque ac „ R. P. Ohilewicz: qui tamen ſuſpicatur hunc, & alios non„ nullos ſanctos, quos in Ruthenico ſuo Kalendario non repe„ rit ad notatos hic dies, ad alios fortaſſis dies poſſe reperiri in „ Moſcovitico, quod vix opinamur: quum id quod præ mani„ bus habemus certo Moſcoviticum ſit „. Culcinius ſuſpicatur hunc eſſe Iſaacium illum, qui ſub Valente Imp. claruit. Sic enim ſcribit pag. 77. „ De S. Iſacio dicendum, non alium eſſe, „ quam illum, qui prædixerat interitum Valenti Imperatori: „ Ita enim aſſerit meum Uſtavum his formalibus = *S. Iſacii mo„ nachi, cujus prædictione verificata Valens Arianus in bello pe„ riit; Orthodoxus vero Theodoſius Imperium obtinuit* = Quod „ juvenis pingatur, & in habitu Diaconi, ideo forſan, quia „ dum reſtitit Valenti, tunc revera debuit fuiſſe & ætate non„ dum ſenex & ordine Diaconus. Hinc eruitur hunc Iſacium

Digitized by Google

„ commemorari & hac die propter inſignem ejus zelum, quo „ objurgavit Valentem, prædixitque interitum ipſi, & die 30. „ Maji, qua poſt longam Conſtantinopoli vitam ſanctiſſime „ ductam, eum obiiſſe puto „. Nam ad 30. Maji in utroque Menologio, Iſaacii feſtum recurrit.

XXV.

Annunciatio Deiparæ.

Vaticani Ruthenici, noſter Slavicus, Kalendarium Moſcoviticum, Poſſevinus, Papebrochius, Culcinius, Menologium Græcorum utrumque, Latinum Martyrologium, *Annunciatio Deiparæ*, quæ Slavice, *Blagoviſcenie Bogorodycy*, dicitur. Culcinius: *Blagoviſczenie*, hoc eſt, *bona Annunciatio, SSmæ Deiparæ*. „ Sic exprimitur Feſtum in Tabulis figuratis „ per abbreviationem, qua nimis delectantur Rutheni ita ut „ vocem *Boborodica*, ideſt, Deipara, paſſim exprimere ſoleant „ tribus ſolis literis, *BCA*, cum nota deſuper abbreviationis, „ & ſic de reliquis. Celebrant hoc Feſtum Rutheni ſummo cul„ tu, cum magno completorio, & ſtatione nocturna, cum lon„ go matutino, in quo Canon Joannis monachi, cujus Acroſtichis „ per Alphabetum, & eſt per modum elegantiſſimi Dialogi, in „ quo colloquuntur inter ſe Deipara, & Archangelus. Syna„ xario præfigitur hæc epigraphe.

Angelus nunciat Virgini filium Patris,
Magni ſcilicet Conſilii magnum Angelum.

Unum idemque eſt utrobique in Menologio Synaxarium tam in Menæis, quam in Baſiliano: quod recitant Bollandiani ad xxv. Mart. pag. 535. Sermones Patrum in hanc ſacratiſſimam ſolemnitatem, vide apud Bolland. Tom. 3. pag. 534. Baron. in not. ad 25. martii, & Fabric. Bibl. Græc. tom. IX. pag. 112. & ſeq. non enim vacat ſingulos recenſere. Quæ ad ejuſdem feſti hiſtoriam, & antiquitatem attinent, ea ſatius fuerit ex Florentinio, Thomaſſino, Bailleto, Bollandianis, aliiſque Liturgicis ſcriptoribus peti, quam recocta ſæpius crambe faſtidium lectori creare. De Inſcriptione ejuſdem feſti, conſule Bollandianos pag. 537. §. 3. quibus adde Marmor Neapolitanum, in quo inſcribitur apud Mazoch. pag. 112. *Annuntiatio Dñi* JHU. Non ſolum autem apud Latinorum nonnullas Eccleſias, idem feſtum recolitur (præter diem 25. Martii proprium) etiam die 18. Decembris, aut *Dom.* VI. *Adventus*, aut *feria* IV. *quatuor tempo-*

rum

Digitized by Google

rum in Adventu (uti notant Bollandiani) ſed etiam apud Syros Dominica v. ante Natalem Domini : „ Quoniam ſcilicet in toto „ Quadrageſimæ tempore nunquam celebratur de Sanctis Offi- „ cium, Annunciationis B. Virginis Mariæ fit in Dominica ſexta „ Adventus „ : uti Rubrica ad 25. Martii inſerta Breviario Ambroſiano indicat, in quo Adventus inchoatur a Veſperis Sabbati proximi feſto S. Martini, ideſt diei XI. Novembris. Ob eandem rationem videntur Armeni extra menſem Martium, Annunciationem Dominicam recolere. De quibus vide decretum Eugenii IV. in Concil. Florent. necnon decreta conciliorum Tarſenſis & Siſenſis, quæ ſunt ab illis in Cilicia celebrata.

XXVI.

SYNAXIS GABRIELIS.

Kalendarium Ruſſomoſcoviticum : *Sobor Archangela Gabriila*, *Synaxis Archangeli Gabrielis*. Vaticanus Ruthenicus uterque : *Gabrielis Archangeli*, Ita & Poſſevinus. Papebrochius : *Synaxis Archiſtrategi Gabrielis*. Papebroch. „ Hoc Ar- „ chiſtrategi cognomentum Gabrieli æque ac Michaeli tribuitur „ a Græcis, a quibus vix unquam unus ſine altero pingitur : „ quod hic etiam obſervatur. Crux tamen (*a*) datur Ga- „ brieli, ut præcipuo Verbi Incarnati & crucifigendi miniſtro. „ Inter utrumque vero repræſentatur Imago Pueri Jeſu ſupra „ Cherubim, ſicut etiam infra VIII. Novembris [*qua celebra-* „ *tur Synaxis Michaelis & omnium Angelorum*] quo credide- „ rim ſignificari id, quod Theologi noſtri paſſim docent, Ange- „ los in principio ſuæ creationis juſſos ſubjicere ſeſe Verbo In- „ carnando, quod Lucifer cum ſuis facere detrectans, cælo ex- „ ciderit „. Fit iterum de Gabriele XIII. Julii. ἡ Σύναξις τοῦ Ἀρχαγγέλου Γαβριὴλ, *Synaxis Archangeli Gabrielis*, diviſo officio inter ipſum & Stephanum Sabaitam, & hac ode S. Joſephi hymnographi :

> Ὡς παμμέγισον τὸν Γαβριὴλ αἰνέσω.
> *Canam, Angelorum ut maximum, Gabrielem.*

Cum Canone Acroſtichide. Ad hanc vero diem 26. Martii Ephemerides metricæ :

> Εἰκάδι ἀμφ᾽ ὕμνους Γαβριὴλ κτίσιν ἕκτῃ ἐγείρει.
> *Vicena ſexta Gabrielis perſonat hymnus.*

(*a*) In Tabul. Figur. ad 26. Mart. *Crux* datur æque Michaeli ac Gabrieli. Alibi, baculus in manu Angelorum pingitur.

Ex more ſcilicet apud Græcos uſitato, ut qui myſterium præcedentis diei proxime attigerit. Sic Commemoratio *Deiparæ* 26. Dec. poſt nativitatem Chriſti: *Joachim & Annæ* 9. Septembris, poſt nativitatem Deiparæ: *Joannis Baptiſtæ* 7. Januarii, poſt Baptiſmum Chriſti. Slavicus Codex noſter hac die & ſequentibus Martii, vacat. Baſilianum Menologium de S. Gabriele ſilet; *Archangelorum* Synaxim ad 8. Novembris habet, ubi tamen ſolus Michael cum Labaro depingitur, cadentibus e cælo hinc inde Cacodæmonibus. In magnis Græcorum Menæis ad XXVI. Martii fit Synaxis *Gabrielis*, cum officio, & hoc monito, Synaxarii loco: *τῷ αὐτῷ μηνὶ κϛ′. τὴν Σύναξιν ἐπιτελοῦμεν τοῦ Ἀρχαγγέλου Γαβριὴλ ἐξ ἀρχῆς καὶ ἄνωθεν παραδιδομένην, ὡς τῷ θείῳ καὶ ὑπερφυεῖ μυστηρίῳ καὶ ἀπορρήτῳ καθυπουργήσαντι*, *Eodem menſe die 26. Synaxim agimus Archangeli Gabrielis jam olim a principio traditam, tamquam ejus, qui divino, ſuperexcellenti ineffabilique myſterio miniſtravit*. Ejuſdem Gabrielis Synaxis notatur in Meneis ad XI. Junii, *τοῦ Ἀρχαγγέλου Γαβριὴλ ἐν τῷ (a) Ἀδειν*: die autem 26. Julii, *ἐγκαίνια τοῦ Ἀρχαγγέλου Γαβριὴλ πέραν (b) ἐν Χάλδαις*.

XXVII.

MATRONA.

Vaticani Ruthenici cum Slavico noſtro vacant uſque ad 31. hujus. Kalendarium Ruſſo Moſcoviticum: *Muc. Matroni*: *Martyris Matronæ*. Poſſevinus: *S. Matronæ*. Tabulæ Papebroch. *Matrona*. *Philetus*. Menolog. Baſilium ad hanc diem XXVII. de

---

a Legendum puto ἐν τοῖς Ἀδδα, ut habet Codinus pag. 43. ſeu τὰ Ἀδδα, Cedreno pag. 391. de quo Templo Conſtantinopoli ſito agit Cangius ſub nomine *S. Michaelis in* Conſtantinopoli Chriſtiana edit. Reg. pag. 97. num. 3.

b Al. ἐν χαλκαῖς. Ubi Bollandiani ad 26. Martii pag. 607. §.1. num. 3. Ut quamvis dubium nullum ſit quin Urbis Conſtantinopolitanæ trans maris influentis ſinum conſtituta pars, Pera Latinis dicta, ſignificetur; dubium tamen maneat, cujuſnam Archangeli, & in qua ipſius Peræ Eccleſia, aut quomodo nominata illa encænia peragantur. Hæc illi. At Cangius inter Ædes Archangelis Conſtantinopoli ſacras n. xv. E.R. pag. 99. recenſet. „ S. Michaelis ædem in Galatino oppido, quam ſua ætate dirutam tradit Gyllius lib. 4. cap. ult. „ Forum vero, ait ille, in planitie vicina portui, ubi Xenodochium ædificatum eſt in fundamentis Templi divi Michaelis, quod „ integrum extabat, quum veniſſem Byzantium &c. „ Hujus meminit Vvaddingus in Annal. Minor. ann. 1326. num. XI. ex epiſtolis Jo: XXII. Papæ. Neque te moveat, quod S. Michaelis Templa omnia ibi a Cangio memorata dicantur. Archiſtrategis enim dicata erant, ac proinde in iis tam de S. Michaele, quam de S. Gabriele, imo de omnibus SS. Angelis Synaxis celebrabatur. In Archangelos & Angelos, & nominatim in Archangelos Michaelem, Gabrielem & Raphaelem, vide Sermones Græcos Latinoſque in Biblioth. Græca Fabric. Tom. IX. pag. 56. 57. & 58. laudatos.

Digitized by Google

de SS. Martyribus *Phileto Senatore*, & uxore ejus *Lydia* ac filiis, habet Synaxarium Tom. 3. pag. 29. De ſancta vero *Matrona Theſſalonicenſi*, pag. 32. ad diem ſequentem XXVIII. Martyrol. Romanum agit de S. Matrona die 15. Martii, hoc elogio: „ Theſſalonicæ ſanctæ Matronæ, ancillæ cujuſdam Judææ, quæ „ quum occulte Chriſtum coleret, & furtivis orationibus quo„ tidie Eccleſiam frequentaret, a domina ſua deprehenſa, & „ multipliciter afflicta, noviſſime robuſtis fuſtibus uſque ad „ mortem cæſa, in confeſſione Chriſti incorruptum Deo ſpiri„ tum reddidit.„ De Phileto autem & ſociis ad diem hanc XXVII. Martii, ſic: „ Eodem die Sanctorum Phileti Senatoris, Lydiæ „ uxoris, & filiorum Macedonis & Theoprepidis: itemque „ Amphilochii Ducis, & Cronidæ commentarienſis, qui pro „ Chriſti confeſſione cæſi ſunt „. Paſſi referuntur ſub Hadriano Imp. quemadmodum legitur in Baſiliano. At in Menæis tam de *S. Matrona*, quam de *S. Phileto & Sociis* agitur hac eadem die 27. ſed de Matrona Synaxarium texitur, in quo dicitur dominam habuiſſe Judæam quamdam, *Pautilam* (*a*) appellatam, cujus Judææ nomen in Baſiliano ſiletur: in quo tamen de corpore S. Matronæ hæc adduntur: „ Ejus reliquias e muro a domina „ ipſius projectas, chriſtiani ſublatas noctu ſepelierunt. Poſtea „ vero Alexander Epiſcopus quum intra urbem Theſſalonicen„ ſem, Sanctæ nomine Eccleſiam condidiſſet, ibi eas depoſuit. Philetus cum ſociis ſine Synaxario commemoratur in Menæis, ſic „ Eadem die SS. Martyrum Phileti Senatoris, & Lydiæ ejus „ uxoris, & filiorum ipſorum Macedonis, Theoprepii, Croni„ dæ commentarienſis, & Amphilochii Ducis „. Ad ſequentem tamen diem 28. hujus, eorumdem Phileti ac Sociorum recurrit memoria cum Synaxario, quod Latine verſum vide apud Bollandianos ad XXVII. hujus pag. 688. qui & diſticha Græca de iiſdem ſubjungunt ex Menæis deſumta, in hæc verba: ὁ ἀστὴρ φιλητὸς &c.

Philetus una & Lydia (*b*) *ut ſunt caro,*
Sic unus illis finis in pace obtigit.
Et Macedo dignos & Theoprepius Deo
Hymnos canentes, ut decet, obeunt ſimul.

Com-

---

a *Pauſillam* vocat Falconius ad 27. Mart. pag. 80. & de veritate Actorum hæſitat nulla tamen hæſitandi cauſa producta.
b Audiam pro Lydia, obtrudit Falconius loc. cit.

Digitized by Google

Commentarienſi commoritur ipſe dux,
Cum quæſtioni ſubdito, exercens eam.

Porro de Matrona Theſſalonicenſi, deque aliis ejuſdem nominis Matronis, recole a me obſervata ad IX. Novembris.

XXVIII.

STEPHANUS.

Kalendar. Ruſſo-moſcovit. *Prepod. Stephana, S. Stephani.* Poſſevin. *Venerandi Stephani.* Tabulæ Papebrochianæ: *Stephanus. Hilarion.* De Stephano, variant in die Græci: Menæa quidem agunt die 26. Mart. cum Synaxario. At Baſilianum Menologium Tom. 8. pag. 31. ad XXVII. hujus, item cum Synaxario, quod a Bollandianis recitatur ad XXVI. hujus, pag. 666. in hæc verba: „ Fuit Stephanus Chriſti Confeſſor ſub imperio
„ Leonis Armeni: qui a puero religioſam amplexus vitam,
„ monachuſque factus, propter egregiam converſationem ſuam,
„ *ἡγούμενος τῆς μονῆς* Τριγλείας, Triglienſis monaſterii Hegu-
„ menus conſtitutus eſt ad preces ſuaſionemque monachorum;
„ ubi multos doctrinæ verbo & vitæ exemplo adjuvans, ad
„ extremum, eo quem diximus Leone contra venerandarum
„ imaginum cultores perſecutionem movente, quum & ipſe
„ advocatus cogeretur earundem adorationem ejurare, & ad-
„ verſam orthodoxæ fidei manu ſua ſignare ſententiam, nec
„ ſibi ſineret perſuaderi, ſed e contra impietatis argueret eos
„ qui iſtuc impellebant; primum multis vexatus cruciatibus
„ eſt, & carceribus mancipatus, ac demum ejectus in exilium;
„ ubi ærumnis confectus & morbo, ad Dominum, pro quo mul-
„ tos & magnos labores ſuſtinuerat, emigravit „. Præmittitur in Menæis excuſis hoc de Stephano diſtichon.

Θεῖυ Στέφανος ἀμπελῶνος ἐργάτης,
Θεῷ παραςὰς καμάτω μίσθον λάβει.
Cultor divinæ vineæ Stephanus fuit,
Operæque pretium retulit oblatus Deo.

In novo Græcorum Anthologio idem hoc elogium refertur ad diem XXVII. Martii, & in exordio additur titulus *Thaumaturgi*, ſic; ὁσίυ Στεφάνυ τῦ Θαυματυργῦ. Mirum proinde, hæc omnia non vidiſſe oculatiſſimum Falconium, qui ad 28. Martii pag. 80. de *Stephano* ſic ſcribit: *De hoc nihil habent utraque Menologia.* Imo utraque Menologia de eodem Synaxarium habent.

Hilarion, qui in Tabulis Papebrochianis Stephano Triglienſi

glienſi Abbati adjungitur, officium proprium habet in Menæis excuſis ad diem XXVIII. Mart. hoc titulo; Τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἱλαρίωνος τοῦ νέου, Ἡγουμένου μονῆς τῆς Πελεκητῆς, *S. P. N. Hilarionis novi, Hegumeni monaſterii Pelecetes*; additis hiſce verſibus.

> Ὀγδοάτῃ Ἱλαρίωνα κιχήσατο εἰκάδι πότμος.
> *Viceno octavo mors Hilariona prehendit.*
> Δοὺς Ἱλαρίων γῇ τὸ γῆθεν σάρκιον,
> Γῆν μακαρίων ᾤκισε τὴν μακαρίαν.
> *Terreſtre terræ corpus Hilarion dedit,*
> *Terras beatas incolens Beatorum.*

In Menol. Baſiliano hæc tantum de Hilarione ad XXVIII. hujus leguntur; καὶ μνήμη τοῦ ὁσίου πρς ἡμῶν Ἱλαρίωνος ἡγουμένου μονῆς τῆς Πελεκητῆς, *& commemoratio S. P. N. Hilarionis Abbatis monaſterii Pelecetes*. Bollandiani ad hanc diem pag. 731. hunc *Hilarionem Pelecetes Abbatem*, unum eundemque cum *Hilarione Thaumaturgo* exiſtimantes, huc referunt Synaxarium, quod in utroque Menologio, communi ſcilicet, ac Baſiliano ad IV. Maji legitur; hoc titulo; Τοῦ ὁσίου πρς ἡμῶν Ἱλαρίωνος τοῦ Θαυματουργοῦ. *S. P. N. Hilarionis Thaumaturgi*, ſeu ut habet Baſilianum Tom. 3. pag. 84. Ἱλαρίου τοῦ Θαυματουργοῦ, *Hilarii Thaumaturgi*. Initium in Baſil. Ἱλάριος ὁ Θαυματουργὸς, ἐκ νεαρᾶς ἡλικίας μοναχὸς γενόμενος: in Menæis, οὗτος ἐκ νεότητος τὸν σαυρὸν τοῦ κυρίου ἐπ' ὤμων ἀράμενος. Bolland. *Hic a puero crucem Domini attollens in humeros*. Et quidem recte: nam quæ ad diem XXVIII. Martii a S. Joſepho Hymnographo de *Hilarione Pelecetes* Abbate canuntur, in S. Hilarionem Thaumaturgum apprime quadrant. Lege S. Joſephi Odas IX. Latine converſas a pag. 732. quibus odis Joſephus ſatis intelligendum relinquit, non modo Hilarionem in omni virtutum genere præcellentem, in iiſque potiſſimum, quæ monachum exornant, fuiſſe eximium; ſed in vita ac morte egregiis coruſcaſſe miraculis; unde & Thaumaturgi nomen ei inditum. Tranſlata proinde videtur ejus feſtivitas ab hac die XXVIII. Martii [ob Quadrageſimale jejunium & Paſchatis ſolemnitatem impeditam] ad IV. Maji. „ Hoc porro „ *Peleceta* monaſterium [ut verbis utar Bollandianorum pa- „ gin. 732. num. 5.] Novi hujus Hilarionis (quem ab altero „ Dalmatarum Hegumeno VI. Julii colendo, & ſimiliter co- „ gnominato diſtinguas oportet) monaſterium, inquam, *Pele-*

„ *cete*

„ *cetæ* (Latine *Dolatoris* redderemus) arbitramur in Aſia fuiſ-
„ ſe, & quidem haud procul ab Helleſponto: hoc autem indi-
„ catur iis, quæ ex S. Stephani Confeſſoris vita ad 12. diem
„ Januar. protulimus, agentes de 28. monachis ſub Conſtantino
„ Copronymo, quos Lachandracon quidam Aſiam cum imperio
„ obtinens, *ex pio illo monaſterio*, *quod Peleceta nuncupatur*,
„ abſtractos, *ad extremos Epheſi fines* relegavit, & in veteris
„ balnei fornace occluſos extinxit, incenſo monaſterio, & cæ-
„ teris inquilinis crudeliter vexatis, quorum unum ſe fuiſſe
„ S. Theoſterictus commemorat, relatus a nobis 17. Martii.
„ Simili in cauſa, ſed non ſimili tempore, vexatum hunc, de
„ quo agimus, S. Hilarionem ex proferendis mox officii Eccle-
„ ſiaſtici Odis videbimus, in quibus expreſſis verbis dicitur,
„ quod Dei honorans Imaginem inter perſecutiones martyrem
„ ſe exhibuerit. An autem ſimili tempore talia ſuſtinuerit, non
„ auſim dicere „. Verba Joſephi hæc ſunt Ode VIII. „ Tua
„ mors ante Deum pretioſa apparuit, Pater Sanctiſſime: ipſius
„ enim honoraſti Imaginem, & tyrannorum perſecutiones ſuſti-
„ nuiſti, Beate, atque in hoc martyr es declaratus „. In Me-
nologio Baſil. & communi ad IV. Maji: „ Quamobrem & Sa-
„ cerdotio dignus fuit, & miracula patravit. Animalia enim,
„ quæ naſcentibus ſeminibus nocebant, increpavit, eaque ex
„ agro repulit; & fontem uberrimum fuſis precibus ſcaturire
„ fecit; ſitientem terram imbribus irrigavit; fluenta, inſtar
„ Eliſæi prophetæ, dirupit; aridam cujuſdam manum curavit;
„ cæco viſum reſtituit; claudos ambulare fecit; quumque plu-
„ rima alia miracula perpetraſſet, in pace ad Dominum migra-
„ vit „. Moſchus Pictor videtur hunc S. Hilarionem Pelecetes
Abbatem, cum Sancto Hilarione Palæſtino Abbate confudiſſe.
nam pinxit eum cucullo in capite cruce ſignato, in morem Ægy-
ptiorum, Syrorum, Palæſtinorum monachorum. Ita enim in
Tabulis Papebrochianis depicti ſunt, *Antonius* 17. Jan. *Macarius*
19. ejuſdem; *Ephræm* 28. ejuſdem; *Beſſarion* 6. Jun. *Cyrillus*
9. Jun. *David* 26. Jun. Ceteri Græci, aut Rutheni monachi,
cucullo ad humeros reducto, aut capiti impoſito & ſuper hume-
ros pendente. Idem tamen ipſe Pictor ad 21. Octobris, *Hila-
rionem* magnum, ideſt Palæſtinum, more Græcorum monacho-
rum repræſentavit; ita ut ex ipſius picturis nihil certi erui poſ-
ſit. Sibi enim non conſtat.

Cul-

Digitized by Google

Culcinius in Specim. pag. xi. ad hanc diem a Ruſſis coli teſtatur *S. Euſtratium*: de quo hæc ſcribit. „ xxviii. Martii, „ de Sancto Euſtratio Monacho Crypten. & Mart. Patria huic „ Sancto fuit Kiovia, ubi ex frequenti cum Monachis Pieczarenſibus colloquio accenſus ardenti deſiderio imitandi eoſdem, vivendique in paupertate, caſtitate, & obedientia, „ diſperſit ſuas opes, deditque pauperibus: ac habitu monaſtico ſuſcepto, vixit plurimos annos in Monaſterio Cryptenſi „ cum inſigni ſanctitate. Interea barbari Tartari invadentes „ Kioviam, edita ingenti clade, multos captivos abduxerunt, „ inter quos & Euſtratium, quem Cherſonæ vendiderunt cuidam Hebræo, & unacum ipſo triginta famulos Monaſterii „ Cryptenſis, ac viginti Concives Kiovienſes. His omnibus „ brevi tempore fame enecatis ab impio Hebræo, quum ſupereſſet ſolus Euſtratius, qui a juventute rigidis aſſueverat jejunis, hunc peſſimus Chriſti hoſtis omni conatu volebat ſeducere. Tentaverat jamdiu blanditiis illiciiſque conſtantem virum, ut Chriſtum execraretur, eique malediceret. At „ quum nil conſequi poſſet, adveniente Paſchate, verberibus „ cogere putavit. Sed imperterritum Euſtratium videns, ira „ fremens, vocatis vicinis Hebræis & in ſcelus conſpirantibus, „ cruci eum affixit. Pendebat Euſtratius non ſine miraculo „ totis quindecim diebus abſque cibo & potu, quem ipſi negans perfidus Hebræus, inſuper variis modis verbiſque impuris inſultabat, evomens identidem horrendas in Salvatorem „ blaſphemias. Arguebat ipſum pendens in ligno Euſtratius, „ & petitis è Sacra Scriptura argumentis, impia dicta refellebat: ſed quum nihil proficeret, zelo tandem magno ſuccenſus exclamavit: Quouſque, nequiſſimum caput, execrandis „ maledictis Deum meum proſcindes? Tace, ne te fulmen „ actutum comburat. Ad hæc verba correptus furore Hebræus, „ cucurrit inſtar amentis, & tollens haſtam acutam, transfixit „ Sanctum Euſtratium, corpuſque exanime noctu in mare projecit. Illico multi Chriſtiani viderunt curru igneo Animam „ quandam ſanctam invehi cælo, vocemque audiverunt: Hic „ eſt Servus Chriſti & Martyr, qui pergit ad Dominum ſuum. „ Hoc portento per urbem divulgato, quæſitum fuit ſacrum „ Corpus Martyris, ſed non inventum. Interea vindicta Dei „ velox adfuit. Nam quum quidam Hebræus potens opibus &

„ auctoritate ficte ſuſcepto Baptiſmate, ſub pallio Chriſtiani „ multa & enormia committeret ſacrilegia, re patefacta & de„ ducta, fuit juſſus a Cæſare Græco luere pœnam capitis. „ Hac ex occaſione ſtrictiori contra Hebræos Cherſonenſes in„ ſtituto examine, impius ille Euſtratii tortor inventus reus „ horribilium criminum, ſuſpenſus fuit in patibulo. Corpus „ Sancti Euſtratii diu quæſitum, ac tandem inventum, necnon „ honorifice in Templo depoſitum, multis claruit miraculis. „ Conſecutus eſt Euſtratius coronam Martyrii anno 1110. *Ex* „ *Vitis Patrum Cryptenſium. Adeſt quoque hujus Sancti Com*„ *memoratio in Anthologio, & Uſtavo* „. Hactenus Culcinius: qui tamen in eo eſt emendandus, quod Tartaros ait in Kioviam irruentes, Euſtratium alioſque captivos abduxiſſe. Tartari enim nonniſi circa ann. 1237. Baido duce in Ruſſiam irrupere. Quum itaque Sanctus Euſtratius anno 1110. obiiſſe dicitur, de Polowcis ſive Scythis illud intellige, quod ad Tartaros in Vitis Cryptenſium refertur. Qua de re vide obſervata a me ſupra ad diem x. & xii. Februarii, ubi de *SS. Prochoro & Athanaſio*.

XXIX.

Marcus. Cyrillus.

Ruſſo-Moſcoviticum Kalendarium: *Prepodob. Marka*, *Sancti Marci*. Poſſevinus: *S. Patris Marci*. Tabulæ Papebrochianæ: *Marcus. Cyrillus*; de quibus Papebrochius: „ Marcus „ Arethuſiorum Epiſcopus, cujus veram ſanctitatem, quam „ Baronius in dubium vocabat, vindicavimus. Cyrillus Marci „ Diaconus, ſimul paſſus, & Romano hodierno inſcriptus „. In Martyrologio Romano ad 29. hujus: „ Heliopoli apud Li„ banum S. Cyrilli Diaconi & Mart. cujus jecur diſciſſo ven„ tre avulſum Gentiles ſub Juliano Apoſtata feraliter depaſti „ ſunt „. Baron. in notis: „ Agunt de eodem Græci hac die „ in Menologio. Scribit ejus certamen Theodoretus Hiſtor. „ lib. 3. cap. 6. item & (*a*) Svidas in Hiſtor. Addunt Græci & „ Marcum Epiſcopum Arethuſium, quem ſub eodem Juliano „ Apoſtata multa graviaque paſſum tradunt Gregor. Nazianz. „ Orat. 1. in Julianum, Theodoretus ubi ſupra cap. 6. Caſſio„ dorus trip. lib. 6. cap. 12. & alii. At Romana Eccleſia non „ recipit Marcum illum inter Sanctos, quem conſtat Arianum „ fuiſſe, & Arianorum anteſignanum. *Et poſt pauca*. An autem „ Mar-

a Sozom. lib. 5. cap. 9.

Digitized by Google

„ Marcus Arethuſius ad Catholicam Eccleſiam ſit reverſus, „ nullum eſt teſtimonium: imo contrarium potius videtur: „ nam in Concilio Antiocheno poſt interitum Juliani habito „ temporibus Joviniani Auguſti, in quo Arianorum anteſigna- „ ni, more ſuo cum Principe mutantes & fidem, cantarunt pa- „ linodiam; nulla prorſus de Marco Arethuſio mentio habetur „ in illa ſerie Epiſcoporum, quam recenſet Socrates l.3. cap.21. „ & Sozom. lib.6. cap.4. „. Verum (uti recte notant Bollandiani ad 29. Martii pag. 778. num. 24.) exiſtimandum eſt, Baronium ſuam de Marco mutaſſe ſententiam Tom. 4. Annal. ad annum 362. num. 153. ubi quum illius deſcripſiſſet certamen, & indicaſſet, eum antehac manifeſte ſtetiſſe a partibus Arianis etiam poſt palinodiam recantatam in Concilio (*a*) Nicæno. „ Cæterum [inquit] quod omnes Hiſtorici, quum ejus egre- „ giam in patiendo conſtantiam narrant, hominem pietate in- „ ſignem prædicent; ſed & [quod plurimi æſtimari debet] „ ipſe Gregorius Nazianzenus eum appellet virum eximium ac „ ſacroſanctum ſenem; par eſt credere illum poſt tantam dog- „ matum conflictationem ſeſe ad caſtra fidelium Orthodoxo- „ rum ab hæreticis deficientem tranſtuliſſe „. Quibus ſatis revocata cenſeri debet cenſura, quam contra Marcum tulit in præcitatis notis idem Baronius. Quod autem Gregorius Nazianzenus in ea oratione, qua Marcum Arethuſium eximium virum vocat, & pro pietate certamen ſubiiſſe teſtatur, non promiſcue quoſvis Chriſtianos a Juliano Apoſtata vexatos laudet, ſed eos tantum, qui pro vera pietate decertaſſent, ex eo colligigitur, quod inter veros Martyres, cujuſmodi fuere Cyrillus Heliopolitanus, Theodoretus Antiochenus aliique inſignes, non recenſuit Patrophilum Scythopolitanum, neque Georgium Alexandrinum, Arianos Antiſtites, in quos Ethnici æque ac in Catholicos ſævierunt. In Tabulis Papebrochianis, *Marcus* habitu Pontificali, *Cyrillus* Diaconali depictus eſt. Græci in Menæis utrumque colunt hac die, unacum ſociis Martyribus, cum Officio, & Synaxario: τȢ ἁγίȢ Μάρκȣ Ἐπισκόπȣ Ἀρεθȣσίων, καὶ Κυρίλλȣ διακόνȣ, καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς, *S. Marci Epiſcopi Arethuſiorum, & Cyrilli Diaconi, & Sociorum*. In Menologio Baſi-

 liano

a Quod tamen (inquiunt Bollandiani) neſcimus quo dicatur fundamento; quum in iis, quæ de Concilio Nicæno habemus, neque inter Arii aſſeclas Marcus nominetur, neque inter eos, qui poſt Hoſium fidei Nicænæ ſubſcripſere Epiſcopos.

Digitized by Google

liano bis coluntur; ſemel ſcilicet eum ſola commemoratione ad XXVIII. Martii his verbis: καὶ Μαρτίνου Ἐπισκόπου Ἀρεθουσίων, καὶ Κυρίλλου διακόνου, *& memoria Martini* (leg. Marci) *Epiſcopi Arethuſiorum & Cyrilli Diaconi*. Et iterum ad 30. Martii cum duobus Synaxariis, primo Marci, deinde Cyrilli, in hæc verba: „ Certamen Sancti Marci Epiſcopi Arethuſiorum. Quum „ Chriſtiana Religio, Conſtantino Magno imperante ſeſe late „ diffunderet, Marcus Arethuſiorum Epiſcopus everſo Idolo„ rum fano Eccleſiam conſtruxit. Poſtquam vero magnus obiit „ Conſtantinus, & Julianus Apoſtata (poſt Conſtantii obitum) „ Dei permiſſu, imperium tenuit, confidentiores effecti idolo„ latræ, antea etiam Marco infenſi, ipſum comprehenderunt, „ alligatiſque veſte pedibus trahentes verberabant: mox melle „ & garo unctum, funibuſque è ſublimi ſuſpenſum, fervente „ æſtate & æſtu, apibus devorandum expoſuerunt. At quum „ inexpugnabilem & invictum cernerent, mutato conſilio, tor„ mentis ſubtractum, liberum dimiſerunt: & deinceps Docto„ ris loco habuerunt, miraculum ejus patientiam arbitrati, ve„ niam etiam facti poſcentes. Quum per hunc modum mortem „ evaſiſſet, & Gregem reliquo vitæ ſuæ tempore bene guber„ naſſet, in profundiſſima ſenectute requievit. *Et Certamen SS. Cyrilli Diaconi & aliorum plurium.* „ Cyrillus Diaconus „ in quadam Phœniciæ urbe [*Heliopoli*] fuit: & quoniam ipſe „ tempore Conſtantini Magni multa Idola contriverat, captus, „ Juliano imperante, ab Idololatris, violentam ſuſtinuit mor„ tem. Secto namque ejus ventre, hepar vorarunt, cruorem„ que, canum adinſtar, hauſerunt: continuoque eorum den„ tes conciderunt, & linguæ contabuerunt, oculique cæcati „ ſunt. Martyr vero conſummato certamine, in cælum lætus „ aſcendit. Per eos itidem dies in urbibus Aſcalone & Gaza „ Idololatræ ingentem Chriſtianorum, Virginum, feminarum, „ Monachorum, Deoque ſacratorum virorum turbam cepe„ runt: ferroque diſſectis eorumdem ventribus, hordeoque „ oppletis, porcis vorandos præbuerunt. Et corpora quidem „ hos tulere cruciatus; ſanctæ vero animæ ad manus Dei vi„ ventis evolarunt.

XXX.

S. JOANNES.

Poſſevinus: *S. Patris Joannis*. Kalendarium Ruſſo-Moſcovi-

Digitized by Google

ſcoviticum: *Prepodob. Joanna*, *S. Joannis*. Papebrochius, & Culcinius: *Joan Liſtvyczník na Sinayſtey gori*, *Joannes Climacus in Sinai monte*. *Raſpiatie Goſpoda*, *Crucifixio Domini*. Pictura repræſentat, *Joannem Climacum*, capite radiato, cucullo ad humeros reducto; ædem ac Monaſterium montis Sinai a tergo habentem, ad Monachos ſtantes cucullis indutos converſum, ſiniſtra volumen geſtantem, dextera monſtrantem, verba parænetica habere. Eadem pictura exhibet quoque Chriſtum Dominum è Cruce pendentem, quatuor clavis in manibus pedibuſque confixis, effulgentibus è cælo ſupra ipſius caput radiis. Culcinius in Specim. pag. 78. „ xxx. Martii. In meo „ Uſtavo hoc habeo: „ Hac die crucifixus fuit Dominus noſter Jeſus Chriſtus anno Mundi 5533. „ Inde diſce, quod „ quamvis de Feſtis mobilibus contineantur Officia in Triodiis „ Quadrageſimali & Paſchali; meum tamen Anthologium per „ totum fere Martium & Aprilem habet certis diebus diſticha „ de iiſdem feſtis, ſcilicet de ſuſcitatione Lazari, de Cœna „ Domini, de Paſſione ejuſdem & Crucifixione, de Reſurre„ ctione, de Aſcenſione, & reliquis; ſupponens nimirum idem „ Anthologium talibus diebus contigiſſe ſingula hæc myſteria „. Papebrochius ad hanc diem. „ Joannes ... in Sinai.. Syneum „ Monaſterium a tergo habens, Monachis prædicat ex eo quem „ κλίμακα inſcripſit libro. Totam epigraphen verbotenus ex„ plicet peritior alius: tacet enim hic Belga noſter. [explicatam „ habes ſupra.] Exiſtimo verba reliqua ſpectare ad *Crucifi„ xum*, qui exprimitur in extremo loculi hujus amplioris angu„ lo. Sed cur id fiat, neſcio. An forte ex ſententia alicujus, „ qui tali die paſſum Chriſtum credidit „? Credunt Rutheni. & Pictor quidem Ruthenus *Annum Mundi* 5541. videtur exprimere voluiſſe, qui reſpondet anno Chriſti 33. quo paſſum Chriſtum Dominum vulgo exiſtimant Rutheni cum Græcis: natum enim volunt anno Mundi 5508. & conſequenter crucifixum anno Mundi 5541. Unde corrigendus Culcinius, qui pro anno 5541. habet annum 5533. Scio, aſſignatum a pluribus Paſſioni Chriſti diem xxv. Martii: quemadmodum tradit S. Auguſtin. lib. 4. de Trinitate cap. 5. „ Sicut a majoribus traditum ſuſcipiens Ec„ cleſiæ cuſtodit auctoritas, VIII. Kal. April. conceptus tradi„ tur, quo & paſſus: natus autem traditur VIII. Kal. Janua„ rias „. Et vetuſtiſſimum Martyrologium Regio-Alexandri-

num

Digitized by Google

num Vaticanum ad 25. Martii: „ Hieroſolyma Dominus cruci-
„ fixus eſt „. Non deſunt tamen, qui memoriam Paſſionis Chriſti ad alios Martii dies referunt. Fragmentum Synodi Cæſarienſis ſub Victore Papa ſub finem ſæculi ſecundi a Theophilo Epiſcopo collectæ apud Bedam lib. de Æquinoctio Vernali ſic habet: „ Paſſus Dominus ab undecimo Calendarum Aprilium,
„ qua nocte a Judæis traditus eſt, & ab ſeptimo Calendas reſur-
„ rexit „. Hinc Bucherius infert „ Poſt ſeriam indagationem
„ definitum fuiſſe, Chriſtum x. Kal. April., ſeu Martii XXIII.
„ paſſum, & VIII. Kal. April. reſurrexiſſe „. Hujus definitionis veſtigium apparet in excuſis Græcorum Menæis, in quibus ad XXIII. Martii, hi quatuor tituli cum totidem diſtichis leguntur. „ Chriſti Jeſu Domini Noſtri & Salvatoris Dei Crucifixio.
„ Memoria pii Latronis cum Chriſto Crucifixi. Depoſitio Chri-
„ ſti Salvatoris de Cruce. Sepultura Jeſu Chriſti Domini noſtri
„ a Joſepho de Arimathia facta „. Indicatur etiam pridie hujus, ſeu XXII. Martii *Ultima Cæna Domini*: ac poſtridie, ſeu XXIV. Martii, *Memoria Chriſti in Sepulcro jacentis ac cuſtoditi*. Et conſequenter recolitur XXV. Martii *Reſurrectio Domini Noſtri Jeſu Chriſti*. Codex Adonis ſcriptus ſæculo XII. inter libros Regio Alexandrinos Vaticanos ad diem XXIII. Martii ſic habet: *Crucifixio Domini Noſtri Jeſu Chriſti, ſicut antiquiores dicunt*. Et ad XXV. Martii *Reſurrectio Domini*. Onuphrius Panvinius lib. 2. Faſtor. ad annum Urbis conditæ 786. rejicit in VII. Kal. Aprilis, ſeu XXVI. Martii, ad quem diem Martyrologium ſuum auſpicatur Maurolycus, *a memoria Paſſionis Chriſti Salvatoris*; ac dein refert *Latronem, cui Salvator in Cruce Paradiſum promiſit*, de quo itidem mentio fit in Breviario antiquo Criſopitenſi. „ Sunt alii [inquiunt Bollandiani ad 25 Martii
„ pag. 543.] qui Chriſtum in Cruce paſſum tradunt III. *Kal.*
„ *Aprilis*, aut etiam III. *Non. April.* ad quos dies nullam ejus
„ mentionem in ullis Faſtis reperimus. Ultimum ex his diem
„ [h. e. 3. Apr.] propugnat Jacobus Grandamicus in Quæſtio-
„ ne Evangelica de die ſupremo, & Natali Chriſti, & Philip-
„ pus Labbe variis locis, ac noviſſime in Compendio Chrono-
„ logico Hiſtoriæ Sacræ & Profanæ Gallico idiomate, Pariſiis
„ anno 1665. excuſo.

Joannes Abbas montis Sinai, *Climacus appellatus* ob librum triginta capitibus, quibus tamquam gradibus ſeu ſcalis ad perfectio-

Digitized by Google

fectionis religioſæ culmen aſcenditur, a ſe conſcriptum; Græcis enim *κλῖμαξ τοῦ Παραδείσου*, ideſt *Scala Paradiſi* inſcribitur; colitur in Martyrolog. Rom. hac die: „ In monte Sina S. Joannis „ Climaci Abbatis „ . Vixit non longe poſt tempora Juſtiniani Imperatoris, ac poſt S. Sabam Abbatem, cujus ea quæ ſcribit, aliquando confirmat auctoritate, inquit Baronius. Ad eandem diem agunt de eo Græci, & in Menæis quidem cum officio, canone, & Synaxario: *τοῦ ἁγίου πρς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ συγγραφέως τῆς κλίμακος*, *S. P. N. Joannis qui ſcripſit Scalam*: & Menol. Baſilianum: *τοῦ ἁγίου πρς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ τῆς Κλίμακος*, *S. P. N. Joannis Scalæ auctoris*, ſive *Climaci*. Synaxarium e Græco Latine proferunt Bollandiani ad 30. Martii. *Joannis* hujus, *Scholaſtici dicti & Climaci*, Abbatis Montis Sinai vita: *τὸ μὲν τίς, ἡ ἐνεγκαμένη τὸν γεννάδα*, Auctore Daniele monacho Raitheno: (*a*) Latine apud Lip. Tom. 2. pag. 401. & Sur. 30. Mart. Græce & Latine ante Jo. Climacum apud Matth. Raderum Pariſ. 1631. Latine ex Radero apud Bolland. Tom. 3. Mart. pag. 835. Prologus incipit. *Optime ſane rem expendit Jo*: Vita autem: *Quæ patria, nobiliſve civitas heroem hunc progenuerit*. Trithemius lib. de Script. Eccleſ. perperam ſcribit, eum claruiſſe circa ann. 346. regnantibus Conſtantino, Conſtantio, & Conſtante, filiis Conſtantini Magni. Verum quum is laudet S. Sabam Abbatem, quumque in ejus vita, auctore monacho Synaita ſynchrono (*b*) exarata (quam edidere Bolland. Tom. citat. pag. 437. Init. *Quum olim Abbas Martyrius Præſes Joannis ad magnum Anaſtaſium veniſſet*) memorentur tamquam ei juniori æquales ſenes, *Joannes*, & *Stephanus* Sabaitæ, necnon *Anaſtaſius* monachus Sinaita, poſtmodum circa ann. 561. (ut ajunt) creatus Patriarcha Antiochenus; quum demum S. Sabas Abbas anno 531. deceſſerit; conſequens eſt, S. Jo. Climacum circa ann. 580. obiiſſe „ quod veroſimile nobis eſt (inquiunt Bolland- „ diani) aut ſaltem ſub finem iſtius ſeculi.

Addit Culcinius in Specim. pag. 13. xxx. *Martii de S. Jona Hlezna Metropolita Ruſſiæ*. Meum Uſtavum ſic commemorat hunc ſanctum: „ S. P. N. Jonæ Metropolitæ Kiovienſis & totius „ Ruſ-

---

a Apud Fabric. Tom. 9. Bibl. Græc. pag. 103. pro Raitheno legitur perperam *Rutheno*. Apud Bolland. tom. 3. Mart. pag. 835. *Raithuno*. Ideſt, monacho monaſterii *Raithu* ad mare rubrum ſiti, de quo vide eoſdem ad 14. Januar. quo die coluntur 43. martyres, ejus cœnobii monachi.

b Græce: Init. *Μάρτυρος ποτὲ τοῦ Ἀββᾶ*, Græc. Lat. in Climaco Raderi.

Digitized by Google

„ Ruſſiæ. Acta ipſius non habeo; ſed in Chronolog. Metropol. „ paucis eundem laudabo: eſt enim inter Primates Ruſſiæ or- „ dine XXXIV. „ Poſt Iſidorum nempe, Cardinalem, Gregorium, Miſaelem, & Simeonem, anno 1482. electus. Fuit autem Caſimiro Poloniæ Regi charus, quem etiam ex hoc ſeculo migrantem, in viam æternitatis diſpoſuit.

XXXI.

HYPATIUS.

Kalendar. Ruſſo Moſcovit. *Prepodob. Ypatia*, *S. Hypatii*. Poſſevin. *S. Patris Ipatii*. Papebr. & Culcin. *Ipaty Epiſcop. Hypatius Epiſcopus*. Agunt de eo Latini die 14. Nov. „ Gangræ „ in Paphlagonia S. Hypatii Epiſcopi, qui a magna Nicæna Sy- „ nodo rediens, a Novatianis hæreticis in via lapidibus impe- „ titus, martyr occubuit „. Græci bis eundem colunt; ideſt, *die* 14. *nov.* (in Men. Baſiliano, ſeu *die* 15. ejuſdem menſis in Synax. Menæorum quemadmodum a me obſervatum eſt ad XVI. Nov. ubi fuſe de Hypatio Gangrenſi diſſerui:) *& die* 31. *Martii*. quo die fit ejus officium cum Synaxario in Menæis, non tamen in Menol. Baſiliano. Titulus. τῦ ἁγίυ Ἱερομάρτυρος ϗ̀ Θαυματυργῦ Ὑπατίυ Ἐπισκόπυ Γαγγρῶν. *S. Sacromart. & Thaumaturgi Hypatii*, *Epiſc. Gangrorum*. Quamobrem inter *Sanctos die* 31. *Martii prætermiſſos & in alios dies rejectos*, Bollandiani Tom. 3. Mart. pag. 899. recte ſic ſcribunt: „ S. Hypatius Gangrenſis in „ Paphlagonia Epiſcopus, ab hæreticis, dum a Synodo Nicæna „ rediret, interfectus, refertur in Menol. Sirleti, & Menæis „ Græcor., a Galeſinio etiam & Molano, cui tamen dicitur An- „ cyranus Epiſcopus. Græci iterum in Menæis & Synaxario „ eum colunt XV. Nov. & in Menolog. Baſilii Imperat. & Sir- „ leti, & Latini in Martyrol. Rom. XIV. Novembris „. Porro hic Hypatius, non eſt confundendus cum altero *Hypatio Epiſcopo Aſiano & Confeſſore*, qui una cum Andrea Presbytero ob cultum Sanctar. Imaginum ſub Leone Iſaurico barba pice illita atque incenſa, & cute capitis extracta, jugulatus eſt: cujus proinde fit memoria in Martyrol. Rom. ad 28. Auguſti; in Græcis autem Menæis (non X. *Kal. Octobr.* uti habet Baron. in notis: ſed XII. *Kalend. Octobr.* ideſt) die 20. Septembris, τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν ϗ̀ ὁμολογητῶν Ὑπατίυ Ἐπισκόπυ, ϗ̀ Ἀνδρέυ Πρεσβυτέρυ: *SS. PP. NN. & Confeſſorum Hypatii Epiſcopi, & Andreæ Presbyteri*. Quum autem in officio Græcorum, quod a Græ-

Græcis ad 31. Martii de S. Hypatio recitatur, diſertim dicatur is *Homouſion* propugnaſſe, proculdubio patet, id non de Confeſſore, ſed de Martyre Hypatio intelligi, quod & Synaxarium palam facit. At Moſchus Pictor apud Papebrochium non martyrem Hypatium, ſed alterum ſub Iconomachis confeſſorem deſignat, dum eum repræſentat habitu Pontificali indutum, & Imaginem Deiparæ manu geſtantem. Kalendarium quoque Moſcoviticum huc refertur, dum hunc ſanctum, titulo *Prepodobny* exornat, qui titulus idem eſt ac Græcis ὅσιος, *Confeſſoribus* nimirum, ac diſertim *Monachis* tribui ſolitus. Hinc Papebrochius not. ad hanc diem: ,, Hypatius Epiſcopus (*inquit*) Ita Interpres Belga
,, expreſſe ultimum verbum (*Epiſcop.*) reddit. Sed cujus Sedis
,, Epiſcopus? Imago Deiparæ, quam manu tenet, expreſſe
,, videtur ſignificare, eum pro defenſione Imaginum inſigniter
,, decertaſſe ſub Iconomachis. Atqui hoc non convenit S. Hypa-
,, tio Gangrorum Epiſcopo & Martyri, qui hodie prolixiſſimum
,, elogium cum totius diei officio in Menæis habet, iterumque
,, elogium XIV. aut XV. Nov. quando inſertus eſt hodierno Ro-
,, mano, & Acta ejus ex Græco dabimus. Hic enim Hypatius
,, Concilio I. Nicæno interfuit. Dubitationem auget, quod
,, Typicon, in quo totius officii Divini ordo per anni decur-
,, ſum notatur, notet feſtum τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν καὶ θαυματουργοῦ
,, Ὑπατίου Ἐπισκόπου Ἀγκύρας *S. P. N. & Thaumaturgi Hypatii*
,, *Epiſcopi Ancyræ*; quum Gangrenſis ſemper nominetur cum
,, titulo, τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος. Hinc datur occaſio conjectan-
,, di fuiſſe alium *Hypatium* ſeculo VIII. vel IX., cujus quia
,, non extabant Acta, facta ſit iſta in Menæis confuſio, ut offi-
,, cium, quod pro Novembri ſeniorique Hypatio compoſitum
,, fuerat, ad hunc diem transferretur. Invenitur autem in Me-
,, næis ad XX. Septembris Hypatius Confeſſor pro Imaginibus,
,, idemque Epiſcopus ſub Metropolita Epheſino; & ad hunc
,, forte Imago hæc ſpectat.

TABULÆ TERTIÆ.

MENSIS APRILIS.

I.

MARIA.

UTERQUE Vaticanus Ruthenicus: *Maria Ægyptiaca*. Slavicus noſter vacat. Kalendar. Ruſſo moſcovit. *Prepodob. Mariy* · *Sanctæ Mariæ*. Poſſevin. *S. Maria Ægyptiaca*. Culcinius: *Prepodobny Zoſima*. *Prepodobnaja Maria*. *S. Zoſimas*. *S. Maria*. Papebrochius male legit verba Ruthenica, & ſic interpretatur. *Presb. Zoſimas*. *Meretrix Maria*. Additque. „ Quadripartita totius hiſtoriæ explicatio ſatis indicat, „ quam feſtiva apud Græcos fuerit, & ſit apud Moſcos hodie „ commemoratio utriuſque: ubi primo (*a*) quidem loculo „ exprimitur Zoſimas Mariam inveniens & cum ea loquens, cu- „ jus nomini præfixum ПР, poni videtur pro Græco, πόρνη, „ *Meretrix*, & ſic notas illas explico. Quid autem ſibi velint „ ultima verba, poſita ſupra ſecundum loculum (ubi exhibetur „ Maria, admirante Zoſima, inter preces ſurſum rapta) non „ divino: verba inſcripta tertio & quarto loculo interpres Bel- „ ga ſic reddidit, *Zoſimas Mariæ Sacram Cœnam miniſtrat*, *&* „ *miniſterio Leonis ſepelitur Maria* „. Utrumque Menologium agit de Maria ad 1. Aprilis: μνήμη τῆς ὁσίας μητρὸς ἡμῶν Μαρίας τῆς Αἰγυπτίας, *commemoratio S. Matris noſtræ Mariæ Ægyptiacæ*, cum Synaxario, & officio. De Zoſima in Menæis excuſis ad diem IV. hujus, ſic: μνήμη τοῦ ὁσίου πρς ἡμῶν Ζωσιμᾶ τοῦ κηδεύσαντος τὴν ὁσίαν Μαρίαν τὴν Αἰγυπτίαν, *memoria S. P. N. Zoſimæ, qui ſepelivit S. Mariam Ægyptiam*, cum diſticho.

> Ζῶσαν προπέμψας Ζωσιμᾶς τὴν Μαρίαν,
> Θανοῦσαν εὗρεν, ἀλλὰ νῦν ζῶσιν ἅμα.
> *Vivam Mariam Zoſimas dum requirit,*
> *Obiiſſe reperit: nunc tamen vivunt ſimul.*

Latini de eodem Zoſima ad eandem diem 4. Apr. *In Palæſtina*

---

a In primo loculo ponitur, *Prepodobny Zoſima*, *Prepodobnaja Maria*; ideſt S. Zoſimas, S. Maria. In ſecundo, ideſt inferiori ſub primo, *Zoſimas Mariæ porrigit Communionem*. In tertio, admirante Zoſima, Maria in cœlum poſt obitum rapitur; Inſcriptio, *S. Zoſimas*, *S. Maria Ægyptiaca*. In quarto, admirante Zoſima, *leo Mariæ corpus* ſepelit. Culcinius in Specim. pag. 78. „ Non bene explicavit Belga PR. ſi- „ gnificare Meretricem. Nam ſimiles quoque literæ ponuntur ſupra Zoſimam. Signi- „ ficant itaque *Prepodobny*, *y Prepodobnaja*, *Sanctus*, *&* *Sancta*.

Digitized by Google

ſtina Sancti Zoſimi Anachoretæ, qui funus S Mariæ Ægyptiacæ curavit. De quo & Evagrius Scholaſt. hiſt. lib. 2. cap. 7. „ At „ vita S. Mariæ Ægyptiacæ quæ ex meretrice aſceticam vitam „ duxit juxta eremum Jordanis, ſcripta a S. Sophronio Archie- „ piſcopo Hieroſolymorum „, Græce, Μυςήριον Βασιλέως κρύπτειν καλὸν, Biblioth. Coisl. pag. 126. 196. 401. Lamb. VIII. pag. 231. e MSS. Mediceo & Bavarico in calce Actorum Sanct. Tom. 1. April. pag. XIII. ad XXI. & Latine ibidem pag. 76. & ex verſione Pauli Diaconi Neapolitani apud Surium ad IX. Apr. *Secretum Regis celare, bonum eſt*. Oratio Manuelis Palæologi Imp. in eandem: ὁ λόγος ἦτος ὁ τῆς ὁσίας ἡμῶν τὸν βίον ἄριςα διαζωγραφήσας, ſubjicitur poſt vitam ejuſdem S. Mariæ. In S. Mariam Ægyptiacam, Ἀποςολικῆς ἐνθέν χαρῆς πέρας φθάνει, Maximi Holoboli Syncelli MS. Bibl. Coisl. pag. 245. Allatius auctorem vitæ S. Mariæ, quæ incipit ut ſupra, μυςήριον βασιλέως, ait eſſe Sophronium Patriarcham Hieroſolymitanum, ſub cujus nomine bis exſtat in Bibl. Coisliniana, & in catalogo MSS. Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis edito 1740. Tom. 2. ſub ejuſdem Sophronii nomine exſtat in 30. Codicibus, ideſt, in Cod. 273. 342. 436. & reliquis, quos vide in Indice pag. XXXVI. in voce, *Sophronius Hieroſolymitanus*: ut de Vaticanis Codicibus nunc ſileam. Id vero negat Papebrochius, qui Mariam hanc ad annum Chr. 421. revocat, reclamante doctamque diſſertationem contra ſcribente cl. Mazochio commentar. in vetus Marmoreum Neapolitanæ Eccleſiæ Kalendarium pag. 174. & ſeq. ad IX. Apr. qua die Marmor Neapolitanum ſic habet: *Dp. Mariæ Æguptiæ*, ideſt, *Depoſitio Mariæ Ægyptiæ*. Oſtendit autem doctus vir, hanc Sanctam Pœnitentem obiiſſe juxta ſupputationem quidem ſuam, & juxta diem emortualem ei in Marmore Neapolitano ad IX. Apr. aſſignatam, *anno* 521. quo anno Paſcha in diem XI. Aprilis incidit, ſancta vero Paraſceve in IX. ejuſdem menſis: At juxta Græcos (*a*) anno 522. Juſtini Imp. 4. quo anno Paſcha in 3. Apr. ſancta vero Paraſceve in Kalendas incurrit; hunc enim diem, ut ſupra vidimus, Græci ejus feſto aſſignarunt. Quod vero idem clariſſimus Scriptor pag. 179. ſubjungit de *Sophronio monacho* (ab Hieroſolymitano Patriarcha diverſo) vitæ S. Mariæ aucto-

a Error Typographicus obrepſit apud Culcinium pag. 79. ubi, poſtquam dictum eſſet „ S. Mariam Ægyptiacam juxta Uſtavum Ruthenicum vixiſſe in ſtatu meretricio „ annis 17. in eremo vero annis 47. „ ſubjungitur: „ Obiiſſe tandem anno 620. ſub „ Juſtiniano ſeniore. Nam ſenior Juſtinianus imperavit *ab anno* 527. *ad* 566.

auctore, id enimvero Codicibus omnibus repugnat, in quibus diſertum Sophronii Hieroſolymitani Patriarchæ nomen habetur, aut certe omnino ſiletur.

Culcinius in Specim. Par. 1. pag. 13. 1. *Apr. de S. Euthymio Suzdalenſi*. „ Aſſerit meum Uſtavum, hunc Sanctum Eu„ thymium Suzdalenſem floruiſſe circa ann. 1404. & fuiſſe ali„ quando monachum profeſſum Pieczarenſem, cujus tamen Acta „ inter vitas Patrum Cryptenſium non reperio „. Sed de hoc Euthymio vide infra ad diem ſequentem, ubi oſtendetur Euthymium hunc non Suzdalenſem Ruthenum, ſed Græcum Madytarum Epiſcopum fuiſſe.

II.

S. TITUS.

Kalendar. Ruſſo Moſcovit. *Prepodob. Tita*, *Sancti Titi*. Vaticani ambo Ruthenici una cum noſtro Slavico vacant. Poſſevin. *Venerabilis Tiſti*, *fortaſſis Titi*. Papebroch. „ Titus, „ Abbas, Thaumaturgus „ non debuit in habitu Epiſcopali palliatus exprimi: ſed forte per imperitiam acceptus hic eſt pro „ S. Pauli diſcipulo, quem xxv. Auguſti habent hæ ipſæ tabu„ læ „. Idem ad metricum Græcorum Aprilem: „ *Titi ani„ mam ſurſum ſuperi vexere ſecunda*. Hegumenus in Græcia, „ & Thaumaturgi cognomen meritus, cujus hodie quum extet „ tam ſolenne officium, etiam vitam olim extitiſſe crediderim. Nulla fit ejus commemoratio in Menol. Baſiliano: At in Menæis præter officium, habetur de eo Synaxarium: τȣ̃ ὁσίȣ πρς ἡμῶν Τίτȣ: *S. P. N. Titi. Beatus ac Sanctus Pater noſter Titus, quum a puero Chriſtum diligeret, abiit in cœnobium*. Reliqua apud Bolland. Tom. 1. Apr. ad diem 2. pag. 102. qui productis ex officio Eccleſiaſtico verſiculis & odis, concludunt pag. 103. „ Por„ ro ex canone jam explicato, videmur poſſe colligere, S. Ti„ tum vixiſſe ſeculo VIII. aut ſequenti, quando hæreſis Icono„ claſtarum vigebat, & SS. Theodorus, & Nicolaus Studita, „ aliique glorioſi pugiles vixerunt. Fuit dicto Nicolao frater „ Titus, ab illo ad vitam monaſticam perductus, uti in hujus „ vita ad diem IV. Febr. illuſtrata indicatur num. XI. ſed non „ continuo auderemus affirmare de eo hic agi, abſque ulteriori „ fundamento. Sufficit indicare, nomen Titi eo tempore uſi„ tatum fuiſſe, quo arbitramur, in urbe Conſtantinopolitana „ aut ejus vicinia, alicui monaſterio S. Titum præfuiſſe Hegu-

„ me-

Digitized by Google

,, menum ſive Archimandritam ,, . Iidem Bollandiani ad 18. Apr. pag. 583. agunt de *S. Euthymio Thaumaturgo apud Græcos* , de quo Synaxarium Græcum Pariſienſe collegii Claromontani Soc. Jeſu ad diem 2. Apr. *Memoria S. P. N. & Thaumaturgi Titi : & certamen S. P. N. Euthymii Thaumaturgi : & certamen S. martyris Polycarpi cum ſociis ſuis* . En (inquiunt) triplex modus proponendi hos ſanctos : ex quibus primus *Titus* memoriam habet , de quo egimus dicto 2. Apr. Fuit is monachus & Hegumenus ac Sacerdos conſecratus , & hæreſes Iconomachorum oppugnavit , & ob varia miracula patrata , Thaumaturgus appellatus . De tertio , ſcil. S. Polycarpo & ſociis (a) ibid. egimus ;
,, cujus certamen cum martyrio proponitur , quod is Alexan-
,, driæ ſub Maximiano eſt paſſus . Qui inter hos collocatur *Eu-*
,, *thymius* , *is & Sanctus Pater noſter* appellatur , & *certamen*
,, indicatur , quaſi hæreſes oppugnaſſet forſan cum S. Tito ,
,, ideoque carceres , aut exilium eſſet paſſus , & inter *Confeſ-*
,, *ſores Fidei* numerandus . Hunc *Euthymium* inter prætermiſſos
,, ad dictum diem retulimus , & ad hunc XVIII. Aprilis lecto-
,, rem remiſimus : quo die in eodem MS. Claromontano iſta
,, leguntur. *Eodem die memoria S. P. N. Euthymii Thaumatur-*
,, *gi* . Omnia eadem ſunt excepto primo verbo , quum die ſe-
,, cundo legatur ἄθλησις , *certamen* ; hoc loco , μνήμη , *me-*
,, *moria* . Eundem *S. P. N. Euthymium Thaumaturgum* refe-
,, runt etiam Menæa MSS. Mediolanenſis Bibliothecæ Ambroſia-
,, næ , ſignata litera O , num. 148. , & litera N , num. 378.
,, Item MSS. Menæa Pariſienſia conventus Patrum Prædica-
,, torum Congregationis S. Ludovici . In aliquibus ad diem
,, præcedentem refertur . Multum dubitavimus aliquando ,
,, num forſan hic foret S. Euthymius magnus , & vitæ ſolitariæ
,, in Palæſtina Magiſter : cujus Acta valde illuſtria explicavimus
,, XX. Januarii . Verum quum is non appellaretur ita ſolenni
,, nomine *Thaumaturgus* , tunc quidem maluimus diverſos opi-
,, nari ; poſtea pene certam nobis opinionem hanc reddidit eru-
,, ditiſſimus Vaticanæ Bibliothecæ Cuſtos Leo Allatius , in Dia-
,, triba de Simeonum (b) ſcriptis pag. 92. , laudans Gregorii
,, Cyprii *Encomium in S. Euthymium Epiſcopum Madytarum* ,
,, *Thau-*

---

a Habetur de eo Synaxar. in Baſiliano ad diem 2. Apr.

b Fabric. Tom. 6. Bibl. Græc. fuſe agit pag. 603. & ſeq. de *Georgio Cyprio* , (poſtea induto monaſtico habitu , *Gregorio* dicto) qui ex Lectore Proto-Apoſtolario , crea-

tus

„ *Thaumaturgum*, hoc principio: *ἐπιτιμῷεν δικαίως οἶμαι πᾶς*
„ *ἁπάντων οὐδένα, εἰ καθάπερ τινες*: In Indice autem pag. 264.
„ appellat *Gregorium Cyprium Archiepiſcopum Conſtantinopo-*
„ *litanum*. Floruit Gregorius iſte Cyprius ſub Andronico Imp.
„ mortuus anno Chr. 1290. a cujus eleganti calamo habemus
„ Encomium S. Megalomart. Georgii, quod ad XXIII. diem
„ dabimus; & credibile eſt plures (*a*) alios Sanctos ſimili ope-
„ ra exornaſſe. Si quæ ille de hoc Madytarum Epiſcopo ſcri-
„ pſit, aliquando in manus noſtras veniant, facilius erit de ejus
„ ætate atque obitu judicare „. Porro Madyta, urbs eſt Hellespontia, inter metropoles Patriarchatui Conſtantinopolitano adſcriptas, de qua vide Catalogum Leonis Sapientis, & Andronici ſenioris. Fuit alter S. Euthymius Epiſcopus Sardium, qui ſub Iconomachis multa paſſus eſt: colitur autem die XI. Martii.

III.

NICETAS.

Uterque Vaticanus Ruthenicus, cum noſtro Slavico, vacat. Kalendarium Ruſſo-Moſcoviticum: *Prep. Nikiti*, *Sancti Nicetæ*. Papebrochius: *Nicetas*. Poſſevinus oſcitanter: *Venerab. Mintæ*, pro *Nicetæ*. Græcum Metricum: *Tertia Nicetam jubet aulam intrare tonantis*. Medicienſis in Bithynia Hegumenus (ait Papebr.) etiam hodierno Romano eſt inſcriptus. Vitam auctore Theoſtericto diſcipulo ex Græco dedimus. Martyrologium Romanum ad 3. Aprilis. „ In Monaſterio Meditii
„ in

---

tus fuit Patriarcha Conſtantinopolitanus a die Palmar. ſive XI. Apr. 1283. uſque ad Jun. 1289. quo abdicare ſe fuit coactus; ejuſque ſcripta recenſet, in quibus *Encomium in S. Georgium Mart.* & in *S. Euthymium Epiſcopum Madytenum*, de quo Encomio Allat. pag. 423. *de Georgiis*.

a Ejuſdem Greg. Cyprii, Encomium in *S. Dionyſium Areopagitam*, & in *S. Marinam martyrem*, citatur ab Allatio, de *Georgiis* pag. 423. Item epiſtolæ 191. apud Lamb. VIII. pag. 511. ubi inſcriptiones & initia. Nec non *Tomus Fidei*, *Confeſſio*, *Apologia pro Tomo*, & ſermo *Antirrheticus adverſus* blaſphemias (ut inquit blaſphemus ipſe) *Jo: Vecci Patriarchæ Conſtantinopolitani*, qui unionem Eccleſiæ Græcæ cum S. Romana procurabat, quam unionem ipſe Cyprius pro viribus deſtruere ſatagebat. In Catalogo Bibl. Reg. Pariſ. tom. 2. recenſentur opera MSS. Greg. Cyprii Patriarchæ Conſtantinopolitani, in quibus, I. *In S. Georgium* Mart. 831. 2629. 3010. II. In S. Dionyſium Areopagitam, 831. 2629. 3010. III. In S. Marinam Mart. 831. 2629. 3010. IV. in S. Euthymium Madytorum Epiſcopum 831. 2629. 3010. V. In S. Jo. Baptiſtam 831. Demum alia opera in Cod. 364. 583. 831. 1258. 1301. 1303. 1782. 1310. 2022. 2524. 2629. 2720. 3010. Additur in Indice, Cod. 2551. Antirrhetica adverſus Beccum, Gregorii Hieroſolymitani Patriarchæ: quod opus in Bibl. Vindob. tribuitur eidem Cyprio Schiſmaticorum anteſignano.

Digitized by Google

,, in Oriente (*a*) Sancti Nicetæ Abbatis, qui ob cultum San-
,, ctarum Imaginum ſub Leone Armeno multa paſſus eſt ,, . Ba-
ronius . ,, Græci etiam de eo hac die in Menologio . Res ge-
,, ſtas ipſius Theoſterictus ejus diſcipulus ſcripſit luculenta ora-
,, tione . Recitant eam Metaphraſtes, Lipom. Tom. 7. & Sur.
,, Tom. 2. Vixit temporibus Taraſii Epiſcopi Conſtantinopoli-
,, tani, a quo Presbyter ordinatus fuit circa (*b*) annum Do-
,, mini 780. ,, . Menologium Baſilianum ad 3. Aprilis : *Memo-
ria S. P. N. Nicetæ Confeſſoris*, cum Synaxario, in quo ſub Ico-
nomachis paſſus dicitur. In Menæis: τῦ ὁσίυ πρς ἡμῶν ϗ ὁμο-
λογητῦ Νικήτα ἡγυμένυ μονῆς τῦ Μηδηκίυ, *S. P. N. & Confeſſo-
ris Nicetæ Hegumeni Monaſterii Medicii*; cum Officio & Syna-
xario, quod Latine ediderunt Bollandiani Tom. 1. Apr. p. 254.
qui de Monaſterio Medicii hæc habent num. 1. ,, Monaſterium
,, Medicii conſtructum eſt ſeculo Chriſti octavo in Bithyniæ
,, parte maritima ad Propontidem, haud procul a Pruſa urbe
,, notiſſima, cujus Epiſcopus Corpus S. Nicetæ in dicto Mona-
,, ſterio ſepeliendum curavit. Primus loci hujus Hegumenus
,, & Fundator fuit S. Nicephorus circa annum 810. vita mor-
,, tali exutus IV. Maji, quo die ejus ſacra memoria in variis
,, Græcorum Faſtis recolitur. Succeſſit huic Hegumenus, imo
,, ſub ipſo etiam Nicephoro, rexit Monaſterium S. Nicetas, il-
,, luſtris pro fide orthodoxa & defenſione Sacrarum Imaginum
,, ſub tyrannico imperio Leonis Armeni. Quo extincto, ſub
,, Michaële Balbo ad præmium laboris evolavit hoc 3. Aprilis
,, die Dominica, adeoque anno Chriſti 824. Biſſextili, quan-
,, do cyclo Lunæ VIII. & Solis XXI. literæ Dominicales erant
,, C B, & dictus quidem dies III. Aprilis incidit in Dominicam
,, IV. Quadrageſimæ; Solemnitas vero Paſchalis celebrata fuit
,, die 24. ejuſdem Aprilis. *Et poſt pauca*. Adfuit Nicæno 2.
,, Concilio anno 787. S. Nicephorus Fundator & Abbas primus
,, hujus Monaſterii, qui ita ſubſcripſit Actioni 18. Νικηφόρος
,, ἡγύμενος τῦ ἁγίυ Σεργίυ τῦ μιδικιῶνος, ut conſtanter legitur
,, in editionibus Conciliorum, ſcilicet Romana Pauli V. aucto-
,, ritate edita, Colonienſi & Luparæa. Nicephorus ergo Hegu-
,, menus erat Monaſterii S. Sergii Medicione, ſeu Medicii, quod
,, videtur ordinatum fuiſſe ſecundum Conſtitutiones Acœme-
,, torum,

a Legendum potius in *Bithynia*.
b Taraſius creatus fuit Patriarcha an. 784. 25. Decemb. obiit 25. Febr. 806.

„ torum, ob continuam, quæ num. 13. indicatur, Pſalmodiam. „ Hujus autem Ordinis fundator fuit S. Alexander, cujus vi„ tam illuſtravimus ad diem xv. Januarii „. Acta Sancti Nicetæ, Cæſareæ in Bithynia nati, Confeſſoris (non ſub Conſtantino Copronymo, uti perperam habet Fabricius Biblioth. Græc. Tom. 9. pag. 127. ſed) ſub Leone Armenio. Græce, *πρόκειται ἡμῖν μεγίστης ὠφελείας ὑπόθεσις*, auctore Theoſtericto Monacho, ipſius diſcipulo: Latine apud Sur. 3. Aprilis, & in Actis Sanctorum Tom. I. Apr. pag. 254. Græce in iiſdem Actis in Append. Tom. I. pag. XXII. ex MS. Vaticano 1190. fol. 580.

IV.

JOSEPH. GEORGIUS.

Tabulæ Papebrochianæ: *Joſiph. Grigoriy*. *Joſephi*, *Gregorii*, pro Georgio. Kalend. Ruſſomoſcovit. *Prepodob. Joſipha*, *Sancti Joſephi*. Poſſevinus oſcitanter: *Venerab. Iſidori*, pro *Joſephi*. Codices Vaticani Ruthenici cum noſtro Slavico, vacant. Latini etiam de utroque ſilent. Græci de Georgio hac die 4. Aprilis cum Officio, ſed ſine Synaxario, hac dumtaxat Commemoratione, *μνήμη τοῦ ὁσίου πρς ἡμῶν Γεωργίου τοῦ ἐν τῷ Μαλαιῷ*. *S. P. N. Georgii*, *in Malæo*: & hiſce adjunctis verſibus:

> *Ψυχὴν ὁ Γεώργιος ἀσμένως δίδως*
> *Ψυχῶν γεωργῷ ϗ φυτουργῷ σαρκίων.*
> *Animam libenter dat Georgius Deo,*
> *Qui noſtri in anima & carne culturam gerit.*

Eundem Georgium ad ſequentem diem referunt MSS. Menæa Græca Bibliothecæ Ambroſianæ cum Pariſienſi Claromontano Societatis Jeſu. Synaxarium Chiffletianum & hoc IV. die, & XII. Maji, eundem habet, addito eo diſticho, quod modo recitatum eſt. Bollandiani ad IV. Aprilis pag. 326. Græcas, quæ de ipſo ſunt in Menæis, Odas Latine converſas, loco vitæ exhibent: & de Malæo hæc ſcribunt. „ Palæſtra virtutis ejus „ fuit Laconia, ultimi Peloponneſi provincia, & quidem ora „ ejus auſtralis, quæ verſus Cytheram & Cretam inſulas exten„ ditur, ubi a Ptolemæo lib. 3. Geogr. collocatur: *μαλέα* „ *ἄκρα ἐν τῷ λακονικῷ κόλπῳ*, ubi inquit Plinius lib. 4. Hiſt. „ Mundi, *Omnia Maleo promontorio includuntur* „. Menol. Baſilianum de Georgio quidem nihil habet: ſed de *Joſepho Hymnographo* ad diem antecedentem, 3. hujus, cum Synaxario,

Memo-

Digitized by Google

Memoria Sancti Joſeph τῦ ποιητῦ τῶν Κανόνων, *Canonum Scriptoris*: ubi dicitur „ fuiſſe ex Sicilia, filius Plutini & Agathæ.
„ Capta autem ejus patria ab Afrorum gente, Theſſalonicam
„ venit, & ingreſſus quoddam Monaſterium, ſuum certamen
„ certavit. Presbyter mox ordinatus, cum Gregorio Deca-
„ polita Conſtantinopolim venit. Miſſus deinde Romam pro-
„ pter hæreſim Iconomachorum, comprehenſus a Saracenis,
„ captivus in Cretam abductus fuit, & in carcerem detruſus.
„ Poſt mortem vero Theophili Imp. Iconomachi è carcere ere-
„ ptus ope Sancti Nicolai, denuo Conſtantinopolim rediit:
„ ubi calumniis & conviciis affectus, relegatus eſt in Cherſo-
„ nem. Inde autem revocatus, rurſus Byzantium profectus eſt,
„ & factus fuit Cuſtos Sacrorum Vaſorum magnæ Eccleſiæ. Do-
„ nis vero Dei illuſtratus, quum plures Sanctos Canonibus,
„ ſeu Hymnis honoraſſet, ex hac vita deceſſit „. Hinc Hymnographi nomen obtinuit: de quo Græci quoque in Menæis ad diem 3. Aprilis agunt cum Synaxario bene prolixo, quod plane convenit cum Synaxario Collegii Claromontani Soc. Jeſu Pariſiis, a Bollandianis Græce edito in Appendice ad Tom. I. p. 33. & Latine pag. 266. Vide eorumdem notas §. I. num. 5. & 6. Vita Joſephi Hymnographi, ex Cod. Vaticano collato cum MS. Siculo Monaſterii S. Salvatoris, Auctore Joanne Diacono magnæ Eccleſiæ & Rhetore, Græce: ϰὶ ἅπας μὲν βίος τῶν ἐναρέτων, apud eoſdem Bolland. Tom. I. April. pag. 34. Latine: *Etſi quæcumque Sanctorum Virorum Vita*, apud eoſdem pag. 269. Simon Vagnereckius Soc. Jeſu in Prolegomenis ad Marianam Græcorum pietatem, ex XII. Tomis Menæorum & VII. reliquis Eccleſiæ Græcæ Voluminibus excerptam, num. 22. de duobus SS. Joſephis, utroque Hymnographo & Confeſſore apud Græcos agit: quorum alter fuit S. Theodori Studitæ frater atque Epiſcopus Theſſalonicenſis, XIV. Julii cultus; alter annis fere 40. junior, hic Siculus, quem Bollandiani circa annum 883. defunctum exiſtimant, idemque fuiſſe videtur, ac is, qui *poſſeſſor Sancti Monaſterii*, quod *Divi Nicolai* τῶν κασύλων appellatur in Typico Barberino, cujus in titulo dicitur, Typicum illud continere, Eccleſiaſticam conſtitutionem omnium feſtorum totius anni ſecundum traditionem SS. Patrum, videlicet S. Sabæ, & Studitæ, & maxime Sancti Montis; necnon partem traditionis Sanctiſſimi P. N. Joſephi, poſſeſſoris S. Monaſterii, quod

Divi Nicolai τῶν κασύλων dicitur. Falconius, qui edito libello (a) contenderat, Sanctum Nicolaum quem VI. Decembris colimus, non Myræ Lyciæ Epiſcopum, neque Nicænorum Patrum unum fuiſſe, ſed Pinarorum in Lycia Antiſtitem eumque anno Chriſti 551. deceſſiſſe; idem (inquam) Falconius in not. ad 3. April. pag. 82. de Joſepho Hymnographo loquens, cui Sanctus Nicolaus apparuit; „ Orta (inquit) hæreſi Iconoma-
„ chiæ, profectus Romam, capitur a Barbaris, & vinctus in
„ Cretam ducitur. Ibi apparet ei quidam vir habitu Epiſcopa-
„ li, ex Myris Lyciæ, inquiens: huc veni; ſed accipe hanc
„ κεφαλίδα (hoc caputium) qua accepta, legebat ſimul & ca-
„ nebat: Accelera & feſtina, miſericors, in adjutorium noſtrum,
„ quoniam potes, ſi vis. Quod & die ſequenti accidit. Reſti-
„ tuuntur Imagines. Liberatus venit Conſtantinopolim, A
„ quodam habet Corpus Sancti Bartholomæi, ad cujus nomen
„ & S. Gregorii, Eccleſiam conſtruit, in cujus laudem & ge-
„ ſta, plura canit. Habet Apoſtoli viſionem. Fit a S. Ignatio
„ Patriarcha, Scevophylax; a Photio relegatur in Cherſona;
„ eoque mortuo, á Theodora Auguſta revocatur. Cetera „.
Multa hic a Falconio parum accurate ex Actis Sancti Joſephi Hymnographi hauſta. In primis τὴν κεφαλίδα, pro *caputio* intelligit. Male. Acta ſic habent cap. 3. (apud Bolland. p. 273. col. 1.) „ Verum quod tibi trado libelli Capitulum, tu vora.
„ Porro videbatur brevem quandam libri particulam dextera
„ geſtare. Tum is ingenti gaudio delibutus: quam, inquit, dul-
„ ces ſunt gutturi animæ hæ ſcripturæ! Erant vero inſcripta ea
„ verba: Accelera, miſericors, feſtina miſerator, adjutorium
„ noſtrum, quoniam volens, potens es. Hæc ſuaviter argute-
„ que canere a ſancto viro jubetur. Mox videt è collo pedi-
„ buſque ſibi demi vincula, auditque dicentem; eo præ, tu
„ porro me ſequere. Sed o rem miram!... A nemine prorſus
„ viſus, aërem findere videtur, ac vento ſimilis, ad magnam
„ urbem (ideſt, Conſtantinopolim) ferri „. Ecce, miraculum Sancti Nicolai Myrenſis Epiſcopi, ei ſimile, quod in ipſius Vita refert Sanctus Methodius de Baſilio ab Agarenis facto captivo, & abducto in inſulam Cretenſium apud Falcon. lib. cit. pag. 58.

a Titulus: „ S. Confeſſoris, Pontificis, & celeberrimi Thaumaturgi Nicolai „ Acta primigenia, nuper detecta & eruta ex unico & veteri Codice membranaceo „ Vaticano per Nic. Carminium Falconium Metropolitam Eccleſiæ S. Severinæ &c. „. Neapoli 1751. typis Joſephi de Bonis publici Typographi.

pag. 58. Interim diſcat Falconius, Nicolaum Myrenſem dici, non Pinarenſem Antiſtitem. Sic enim Acta Hymnographi habent num. 22. καὶ δὴ ἐφίσταταί τις ὕπερ ἀθρόον, πολιὸς τὴν τρίχα, ἱεροπρεπὴς τὴν ἐσθῆτα, ἀγλαϊζομένην τῷ προσώπῳ χάριν ἐπιφερόμενος, καὶ πρὸς αὐτὸν ἄρτι φησίν. Ἐκ Μύρων τῆς Λυκίας ἀπάρας, πρὸς σὲ καὶ τὴν σὴν ἀγάπην ἀπήντησα, Θεοῦ δὲ οὐ ἐναθλεῖς ἀπτέρῳ τάχει μὲν κατεπείγοντος. καὶ δή σοι τὰ θυμήρη λέγω ἀγγελιτήρια, ὡς ὁ μὲν τὴν ἐκκλησίαν κυκῶν καὶ καταπαράττειν ἐπιχειρῶν τὰ πρόβατα τοῦ Χριστοῦ, παραλυθεὶς τῆς ἀρχῆς, τοῖς ἐκεῖθεν δικαστηρίοις ὡς ἐναγὴς εἰς ἡμέραν ἀποκαλύψεως, ὥς φησι Παῦλος, ἀποτετήρηται. Σὲ δὲ χρεὼν τὴν Βασιλίδα καταλαβεῖν, ὡς ἂν ἐπιστηρίξῃς πολλοὺς τῇ δεδομένῃ σοι παρὰ τοῦ πνεύματος χάριτι. πλὴν ἀλλὰ λαβὼν τὴν κεφαλίδα ταύτην, κατάφαγε. „ Quum „ ecce tibi adeſt quidam homine major, coma incana (a) ſa„ cra veſte conſpicuus, multumque leporis ac venuſtatis cultu „ præſeferens: ego, inquit, ex Myris Lyciæ profectus, ad te „ miſſus a præpotente Deo mira celeritate, jam lætos ad te „ nuncios affero: ille enim qui in Eccleſiam tot turbas conci„ tavit, ſacraſque Chriſti oves diſſipare ac in diverſa agere „ omni opere nitebatur, regno excidens, ſupernis judiciis ho„ mo flagitioſiſſimus ac pernicioſiſſimus in diem revelationis, ut „ Divus Paulus ait, judicandus abſceſſit. Nunc vero te opor„ tet, in urbem Regiam (Conſtantinopolim) remigrare, uti „ pro gratia a Sancto Spiritu in te collata, multos confirmes. „ Verum quod tibi trado libelli caput, tu vora „. Cætera ut ſupra. Sancti Nicolai Myrorum Epiſcopi Corpus in urbe Myrorum ſepultum fuiſſe, ii norunt qui & Acta Græca legunt, & Reliquias ejus inde in urbem Barium translatas ſcribunt. Itaque quum Sanctus Nicolaus Joſepho apparens dicat, ex Myris Lyciæ profectum ſeſe ad ipſum, ut & è vinculis eum ſolveret, & interitum tyranni, qui Eccleſiam conturbabat, annunciaret, palam fit, vel hoc teſtimonio conſtare, Sanctum Nicolaum

a Canos capillos habens, Pontificali habitu indutus. Ita deſcribitur Sanctus Nicolaus in 2. Synodo Nicæna; „ Theodorus Sanctiſſimus Epiſcopus Myrorum dixit. „ Prædictæ narrationi ego ſimilia expertus ſum „. Et poſt pauca. „ Ego autem „ Archidiaconum interrogavi: quo ore, qua forma, tibi apparuit Patriarcha? Iſque „ reſpondit mihi: Ore rubicundus, coma ſenili. Ego tunc ei dixi: Non eſt ejus „ Imaginis Patriarcha: quin ille habitus refert potius Sancti Imaginem Nicolai, qui „ eſt formæ ejuſmodi, ut narraſti. At ille reſpondit mihi: Ita ſane verum eſt: tali „ namque forma præditum illum vidi, qui hæc mihi locutus eſt. Ex hoc ergo cognovi, ex ejus ſimilitudine cum Imagine, Sanctum ei Nicolaum apparuiſſe.

Myrenſem alium fuiſſe a Pinarenſi, cujus vitam Falconius ex Cod. Vaticano edidit. Nam Pinarenſis poſt obitum in Pinarorum urbe ſepultus dicitur his verbis apud Falcon. pag. 79. „ Dei „ autem Servus & Sanctiſſimus Epiſcopus Nicolaus defunctus „ eſt juxta Dei benignitatem menſe Decembri, die 6. Feria 4. „ Indict. XIII. ſub imperio amantis Chriſti Imperatoris noſtri „ Juſtiniani anno 18. ſedente Sanctiſſimo Archiepiſcopo & Pa„ triarcha Macario. Ac ſanctum & Deo carum ejus Corpus in „ ſancta & glorioſa Sion eſt depoſitum. Ubi & Reliquiæ jacent „ glorioſorum, fortiſſimorum victorumque Sanctorum Marty„ rum, Sancti Joannis Præcurſoris & Baptiſtæ, & Sancti Ste„ phani Protomartyris, ac S. Theodori, & SS. Sergii & Bac„ chi, & Sanctorum Quadraginta, in cubiculo dextero fæmi„ narum, ad dexteram collocatum.

Secundo, in hac ipſa Actorum S. Nicolai Pinarenſis, quam modo recitavi, periocha ſunt multa, in quibus etiam Falcon. peccat. In primis p. 15. cap. XI. poſtquam dixiſſet, *S. Nicolai Pinarenſis Corpus in Sionis ejus Eccleſia, & Monaſterio depoſitum fuiſſe, & Monaſterium illud Sanctæ Sionis in Pharrois ſitum diu ſtetiſſe*, nimirum ſaltem uſque ad annum 787. quo Strategius Monachus Sanctæ Sionis in Concilio 2. Nicæno inter Abbates ſe ſubſcripſit; ſubjungit: „ Sed jam Corpus Sancti è Pharrois & „ Territorio Myrenſi, in Cathedralem Myrorum Eccleſiam, „ Sanctæ Irenis nomine nuncupatam, translatum fuerat: id ſa„ ne factum: & ita ſemper ſtetit ad undecimum uſque ſæcu„ lum, & annum 1087. quo inde ablatum eſt a Barenſibus & „ in eorum adductum urbem: hoc autem factum puto poſt „ mortem Arteme, quem fratre ſuo ſeniorem Nicolao, paulo poſt „ ipſum, anno circiter 560. oportuit obiiſſe „: Somnia ſunt hæc. Deſideramus teſtem antiquum, qui nobis indicet, Nicolai Pinarenſis Corpus è Pharrois in urbem Myrorum translatum: nam Falconio id anno 1751. dicenti nullatenus fidem adhibemus. E contrario, Sanctum Nicolaum Myrenſem in urbe Myrorum & Epiſcopum fuiſſe, & ibi ſepultum, antiqua & recentia documenta teſtantur. Deinde an. Chr. 551. quo feria 4. in diem 6. Dec. incidit, neque (*a*) Ind. XIII. in curſu erat

a Sui oblitus Falconius, cap. XI. pag. 12. pro Indict. XIII. quæ diſertim in Actis habetur num. 33. pag. 29. ipſe obtrudit Ind. XV. ſic ſcribens: „ Nicolaum defunctum „ ſcimus anno Chr. 551. Ind. XV. ſub Juſtiniano Imp. anno Regni ejus XXV. „ Atqui Acta habent Ind. XIII. & an. Juſtiniani XVIII.

Digitized by Google

erat (ſed XIV. a Kal. Septembris inchoata) neque imperii Juſtiniani annus erat XVIII. ſed XXV. neque Macarius erat Patriarcha Conſtantinopolitanus, ſed *Menas*, mortuus (*a*) anno 552. die XXV. Auguſti; cui „ S. Eutychius, jam ante ut Metropolitæ „ Amaſeni Apocriſiarius Conſtantinopolim profectus, eo ipſo „ die, quo Menæ cadaver (ut Theophanes ſcribit) in ſacris ady- „ tis adhuc expoſitum jacebat, ſuffectus eſt Patriarcha „. Adeoque ſibi non conſtat Archiepiſcopus S. Severinæ, ceteroquin doctiſſimus, dum ex ſuo cerebro Acta ipſa, quæ in unico & antiquo Vat. Codice extant, emendare volens, ſic ſcribit; „ Putan- „ dum proinde eſt, antiquius ſeculo x. quo hæc Acta noſtra de- „ ſcripta ſunt, ita in illo Codice ſcriptum eſſe; ἐπὶ τοῦ ὁσιωτά- „ του ϗ μακαριωτάτου πατρὸς ἡμῶν Εὐτυχίου, Ἀρχιεπισκόπου ϗ Πα- „ τριάρχου: *Sedente SSmo & Bmo Patre noſtro Eutychio, Archie-* „ *piſcopo & Patriarcha* „. Et ſubjungit; *Is ſedebat anno 551. poſt Menam*. Error manifeſtus; *Menas* anno 552. die 25. Auguſti deceſſit, eodemque die & anno *Eutychius* in ejus locum eſt ſuffectus; cui anno reſpondet *Ind.* XV. & annus Imperii Juſtiniani 26. ac propterea non Ind. XIII. neque annus Juſtiniani XVIII. quæ duo in Actis diſertim leguntur. Itaque ſalva Actorum lectione, palam fit, non de Juſtiniano ſeniore, ſed de juniore, qui *Rhinotmetus* dicitur, id intelligi debere; cujus annus XVIII. incidit in Annum Chr. 699. quo anno, *menſe Decembris*, in curſu erat *Indictio* XIII. dies autem VI. non in Feriam 4. ſed in Sabbatum incidit, quum eſſet Litera Dominicalis E. Nam *Juſtinianum* conſortem imperii a *Conſtantino Pogonato* patre *anno* 682. creatum fuiſſe; colligitur ex Cangio in Familiis Byzantinis, ubi nummus exhibetur *Conſtantini Pogonati*, in cujus antica legitur *Conſtantinus*, & cernuntur duæ breviores protomæ Imperatorum, quarum prior altior, altera pueri. Theophanes autem anno Incarn. ſecundum Alexandrinos 673. Kalendis Septembris anni Chriſti 681. inchoato, ait; „ Hoc anno Conſtantinus fratres „ ſuos Heraclium & Tiberium ab Imperii dignitate removit, „ ſoluſque cum Juſtiniano filio imperavit „. Quod quum certum ſit, quumque poſt *Polyeuctum*, qui anno 681. Myrenſem Eccleſiam Metropolita adminiſtrans, in Act. x. Concilii VI. œcumenici ſubſcriptus legitur, uſque ad *Theodorum* ejuſdem Myrenſis Sedis Archiepiſcopum, qui anno 787. Synodo VII., ſeu Nicænæ

a Vide Bolland. Tom. I. Apr. ad diem 6. pag. 548. num. I.

cænæ ſecundæ ſubſcripſit, nullus (Falconio in Prolegomenis pagin. 45. teſtante,) in antiquis monumentis occurrat Myrenſis Antiſtes, ex Actis tamen Nicolai Pinarenſis Epiſcopi eruitur, *Macarium* tunc temporis *Archiepiſcopum* fuiſſe, quando Nicolaus mortuus eſt, eundemque *Macarium*, *Polyeucto*, *Nicolao* & *Philippo* ſucceſſiſſe.

Corruunt proinde quæ a Falconio pag. 41. num. 27. de *Nicolao* Myrenſi Epiſcopo, qui in Pharrois oratoriam domum nomine ſanctæ Sionis appellatam dedicavit, puerumque Nicolaum Lectorem ordinavit, dicuntur, eum ſcil. circa ann. 507. deceſſiſſe. Corruunt etiam, quæ idem Falconius de priore *Philippo Myrenſi antiſtite*, *Theodori* [qui anno 536. Concilio Conſtantinopolitano ſub Mena interfuit,] ſucceſſore, pag. 43. num. XXIX. aſſerit, quum ea non aliunde, quam ex Actis Nicolai Pinarenſis deſcribat; ex præconcepto nempe errore circa ejuſdem Pinarenſis ætatem, quam is ab anno circiter 480. ad 551. figit. Nos enim concedimus, Philippum & anno 536. Conſtantinopoli ſub Mena habitæ Synodo, & anno 553. ibidem oecumenico quinto Concilio ſubſcripſiſſe: at negamus, illum Philippum unum eundemque fuiſſe, ac cognominem ejuſdem Sedis *Philippum*, qui temporibus Nicolai Pinarenſis vivebat. Concedimus etiam, *Nicolaum Myræ Archiepiſcopatum* eo tempore geſſiſſe, quo Nicolaus Pinarenſis Lector ab illo eſt ordinatus, & quo Eccleſia ſanctæ Sionis dedicata fuit: At Acta ipſa, quæ Falconius edidit, clare demonſtrant, Polyeucto poſt ann. 681. defuncto [cujus tamen in illis Actis nulla fit mentio] *Nicolaum* ſucceſſiſſe, qui cognominis Archimandritæ ſanctæ Sionis fundatoris ex fratre nepotem Nicolaum Lectorem ordinavit; *Nicolao* autem ſuffectum fuiſſe *Philippum*, a quo Nicolaus eſt Epiſcopus Pinarenſis conſecratus; paulo nempe poſt annum 692. quo *Zenas Pinarorum Epiſcopus*, Nicolai deceſſor, unacum Epiſcopis Provinciæ Myrorum (ſine tamen ſuo Metropolita) *Zemarcho* Sidymorum, *Georgio* Oeniandæ, *Theodoro* Araxorum, *Joanne* Tlattæ, *Georgio* Xanthi, & *Conſtantino* Eudociadis, ſubſcriptus legitur Synodo (*a*) Quiniſextæ ſeu Trullanæ habitæ an-

a Atque hic altera Falconii allucinatio eſt notanda, qui pag. 45. col. 1. num. 3. Monothelitas Epiſcopos concilii Trullani vocat, ſic ſcribens. „ Etſi namque in Con- „ ſtantinopolitano Concilio Quiniſexto ſeu Trullano, habito anno 692. ſub Juſtiniano Secundo & Callinico Patriarcha (hoc falſum: nam Callinicus non ante ann. 693. „ Epiſcopus CP. creatus eſt) ſubſcriptus non legitur Polyeuctus; hoc tamen vel „ illius

tæ anno 692. Conſentit geſtus a Nicolao Pinarenſi per *quinquennium* Epiſcopatus, uti Acta habent, & Falconius ipſe affirmat pag. 8. num. 7. Suſceperit proinde illum, oportet an. 694. aut ſequenti (poſt Zenæ deceſſum) a Philippo Myrorum Archiepiſcopo: depoſuerit vero menſe Decembri anno 699. quo tempore *Macarius* in locum demortui Philippi, Eccleſiæ Myrenſi Archiepiſcopus præerat & Patriarcha: qui quidem poſtremus titulus a Scriptore vitæ perperam Myrenſi tributus, occaſionem præbuit Falconio recurrendi ad Macarium Patriarcham, qui nunquam Conſtantinopoli extitit, aut Macarii nomen in Eutychii commutandum, qui anno 699. Nicolai emortuali nullus erat, ſed Callinicus CP. Antiſtes ab anno 693. ad 705.

Tertio, idem Falconius non contentus ex Myrenſi ſeculi quarti Antiſtite Nicolao, Pinarenſem ſæculi ſeptimi Epiſcopum conficere, Sanctum etiam Theodorum Martyrem, cui unacum aliis Sanctis Eccleſia Sanctæ Sionis dicata erat, confundit cum Sancto Theodoro Abbate, Pachomii diſcipulo. Verba ejus recito cap. VII. pag. 9. col. 7. ubi de Sepultura S. Nicolai Pinarenſis, Actorum verba interpolata ſic deſcribit. „ Depoſitum ejus Corpus in ejus Eccleſia Sanctæ Sion, ubi reliquiæ „ Sancti Johannis Baptiſtæ aſſervantur, & Sancti Stephani Pro„ tomartyris, & Sancti Theodori (illius dicti ſanctificati, di„ ſcipuli Sancti Pachomii) & SS. Martyrum Sergii, & Bacchi, „ ac SS. Martyrum Quadraginta Sebaſtenorum, in cubiculo de„ xtero fæminarum, ad hujus dexteram collocatum „. Quæro enim, undenam hoc hauſit Falconius, ut Sanctum Theodorum qui collocatur in Actis inter SS. Joannem Baptiſtam, & Stephanum Protomartyrem, & inter Sergium & Bacchum & SS. Quadraginta Martyres Sebaſtenos, non pro Theodoro illo Martyre celeberrimo intelligat, ſed ad Theodorum Pachomii diſcipulum, ἡγιασμένον nuncupatum, qui die 26. Maji a Græcis & 28. Decembris a Latinis colitur, detorqueat? Interim gratias eidem Falconio habeo immortales, quod *Quadraginta Martyres Sebaſtenos* in *Nicolaum* non converterit: viderit autem ipſe Falconius, quomodo in hiſce Actis diſtinguantur *Quadraginta Martyres* a *S. Nicolao*. Huic enim *S. Nicolao*, ideſt, Sancto illi Thaumaturgo Myrenſi, Martyrium ſive Eccleſia ædificata erat in *ur-*

„ illius laudi dandum eſt, quod inter Monothelitas plerumque Epiſcopos non aſſederit. Et paulo poſt. „ Conſtat autem, ex parte hoc Concilium reprobatum, nec a Sergio „ Papa confirmatum, ut Monothelitæ etiam vi adhibita expetebant.

in *urbe Myrorum*, uti habent Acta num. 3. his verbis: „ Simul „ ac puer Nicolaus creſcebat ſpiritu, & Eccleſia (*a*) perficie„ batur: addixit ei venerandiſſimus ejus patruus & Archiman„ drita Nicolaus, Cononem Presbyterum præfectum ædificatio„ ni Eccleſiæ ſanctæ Sion: qui adduxit eum ad beatum & reve„ rendiſſimum Archiepiſcopum Nicolaum, ut Lectorem pue„ rum ordinaret. Videns itaque SSmus Archiepiſcopus deſide„ rium illius, abiit in Martyrium Sancti & glorioſi Nicolai, & „ voluntate Dei, Lectorem puerum ordinavit. Erat autem „ Nauclerus quidam ab Aſcalone nomine Menas, qui auditis „ quæ de ſancto viro & Archimandrita Nicolao prædicabantur, „ venit in occurſum ejus in Myra in Martyrium S. Nicolai, & „ dixit ei: audivi quod ſanctitas veſtra ad adorationem vult „ navigare ſanctæ Sion, & civitatis ſanctæ Hieruſalem. *Cetera.* At *Sanctorum quadraginta Martyrum* Reliquiæ in Eccleſia *Sanctæ Sionis in Pharrois* jacebant, quemadmodum ſupra dictum eſt. Falconius tamen *Sacellum S. Nicolai* in Myris ſitum, non ad Nicolaum Myrenſem refert, ſed ad unum ex XL. Sebaſtenis martyribus, in hæc verba cap. 4. num. 7. pag. 5. col. 2. „ Et ita hæc „ acta [ordinatio ſcil. Nicolai in Lectorem] anno 490. in Me„ tropolitana Eccleſia ſanctæ Irenis, in Sacello S. martyris Ni„ colai, illius cum Priſco e Quadraginta ſub Licinio Sebaſtenis. Duplex error: primo, dum Nicolai Sacellum Myris ſitum ad XL. Sebaſtenor. unum refert: quo nihil abſurdius: nam in iiſdem Actis, *SS.* XL. *Martyres* abſolute vocantur, eorumque Reliquiæ non Myris, ſed Pharrois ponuntur. Deinde, dum Nicolaum & Priſcum, martyres, quibus a Juſtiniano Imp. fuit erecta Conſtantinopoli ædes, e numero XL. Sebaſtenorum facit, quum illi omnino diverſi fuerint, quemadmodum e Græcorum Menæis ſupra eſt oſtenſum.

Quarto, errat enormiter Falconius, dum de S. Joſepho Hymnographo loquens, ait ſic: *Fit a S. Ignatio Patriarcha Scevophylax, a Photio relegatur in Cherſona, eoque mortuo a Theodora revocatur*. Omnia præpoſtere. Nam *Photius* non ante ad Conſtantinopolitanam Sedem, dejecto Ignatio, aſcendit, quam Theodora jam eſſet in Cœnobio incluſa. Res autem ſic ſe habuit. Joſephus in Sicilia natus, devaſtantibus Patriam barbaris, cum parentibus in Peloponneſum fugit, inde Theſſalonicam,

a Scilicet, *S. Sionis in Pharrois*.

cam, ubi in monaſterio S. Salvatoris Latomi dicto, monachus factus; tum Presbyter ab Epiſcopo [ut videtur Theophilo] ordinatus, unacum Greg. Decapolita Conſtantinopolim profectus, ſub ejuſdem diſciplina in monaſterio SS. Sergii & Bacchi vixit. Leone autem Armenio in ſacras Imagines earumque cultores debacchante, ſuaſu Decapolitæ quum Romam pergeret, ab Hagarenis captus, in Cretam abductus eſt, ibique vinculis conſtrictus: a quibus, S. Nicolai Myrenſis ope, ſolutus, & Coſtantinopolim ductus, invenit Decapolitam ejuſque diſcipulum Joannem mortuos, quorum corpora huc atque illuc transferens, in Theſſaliæ finibus Reliquias S. Bartholomæi Apoſtoli a quodam ſibi donatas, in templo a ſe conſtructo repoſuit. Dumque ſacris hymnis componendis operam daret, a Theophilo Imp. iterum propter Imagines in Cherſonam relegatur: ſed poſtea a Theodora Byzantium revocatus, a S. Ignatio Patriarcha Scevophylax magnæ Eccleſiæ fit. A Photio autem qui poſt Ignatium ſedit, magni habitus fuit „ quem is proinde Dei hominem appellabat ac veluti „ Angelum reverebatur, totiuſque rei Eccleſiaſticæ ſumma in „ ipſum impoſita, patrem patrum nominabat„. Demum Photio ſedente Joſephum deceſſiſſe narrat cap. ult. a num. 32. Joannes Diaconus ipſius vitæ ſcriptor. Non igitur *a Photio* relegatus Joſephus, uti vult Falconius: *neque poſt Theophili obitum*, e carcere ereptus ope S. Nicolai, & Conſtantinopolim reductus, indeque Cherſonam relegatus, ac demum in urbem Regiam revocatus, quemadmodum in Menol. Baſiliano, præpoſtero ordine narratur.

V.

THEODULUS. AGATHOPODUS.

Kalendar. Ruſſo-moſcovit. *Mucen. Theodula*: *Martyris Theoduli*. Poſſevin. perperam: *S. Mart. Theodotii*, pro Theoduli. Papebroch. *Theodul. Agathopod. Theoduli, Agathopodi*. Ruthenici Vaticani & Slavicus noſter vacant. Marmor Neapolit. ad IV. Apr. *P. S. Theodulu Mart.* ideſt, *Paſſio S. Theoduli Mart.* In Menæis quoque Græcis, de utroque ad diem IV. hujus cum Synaxario. Aprilis metricus apud Papebrochium cum hoc verſu:

Α'γαθόπυς Θεοδύλῳ συνέδυόν γε τέταρτῃ.

Mergitur Agathopus quarta ſimul & Theodulus:

Hic *Lector*, iſte *Diaconus* Theſſalonicæ, martyres ſub Diocle-

 tiano.

tiano. In Menol. Baſiliano de iiſdem etiam ad diem IV. cum hoc Synaxario. „ Agathopus ſacratiſſimus Diaconus, & Theo-„ dulus religioſiſſimus Lector, Chriſti martyres, fuerunt ex ci-„ vitate Theſſalonica. Comprehenſi vero ob Chriſti fidem ab „ idololatris, adducti ſunt ad Præſidem civitatis, & compulſi ido-„ lis ſacrificare. Quod quum facere recuſaſſent, in carcerem „ detruſi ſunt: in quo eadem nocte hanc ambo viſionem habue-„ runt. Videbantur ſibi navem conſcendere, & in mari navi-„ gare. Ingenti autem excitata fluctuum procella, contritum „ navigium cernere, & navigantes in mare demerſos; ſe vero „ dumtaxat ſoſpites evadere, & in excelſum collem deferri. „ Portendebat autem ea viſio fore, ut ipſi in mari mortem „ oppeterent, indeque cœlos conſcenderent. Mane namque „ quum eos Præſes e carcere ſimul eduxiſſet, juſſit ipſos ido-„ lis ſacrificare. Quum vero ad id induci minime poſſent, in „ profundum maris illos demergi mandavit: atque ita marty-„ rium conſummarunt „. Latini quoque de iiſdem agunt ad eandem diem IV. Quorum Acta (*a*) ex antiquis monumentis eruta edidit Metaphraſtes, habetque ea Lipom. Tom. 7. & Surius Tom. 2. Græce edita ſunt a Bollandianis ad IV. Apr. in Append. pag. XLII. ex Cod. Vat. 1660. Ἀεὶ μὲν ἐπανθοῦσαν τὴν περὶ τὸν Θεὸν εὐσέβειαν. Latine pag. 322. *Semper quidem Diabolus in eſfloreſcentem erga Deum pietatem*. Alii ſunt ab his, Carpus Epiſcopus Thyatiræ, Papylus Diaconus & Agathopus, martyres Pergami ſub Antonino, quorum fit memoria in Martyrol. Rom. ad 13. Apr. Acta: ἐπὶ Βασιλείας Δεκίου. Et, μεμνῆσθαι τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ παθόντων, apud Fabric. tom. 9. Bibliot. Græc. pag. 130. Alius, Agathopus Diaconus Antiochiæ cum Philone, 25. Apr. Alius demum Agathopus cum Theodulo & Sociis in Creta ſub Decio, 23. Decemb.

VI.

EUTYCHIUS.

Ruthenici Vaticani vacant. Kalendar. Moſcovitic. *Sviatago Eutychia*, *Sancti Eutychii*. Poſſevinus perperam de more: *S. Patris* (*b*) *Euphemii*, pro, *Eutychii*. Papebrochius: *Eutychius*. Codex Slavicus noſter: „ Sanctorum Martyrum CXX. qui „ in

a Vide clariſſimi Mazochii doctas Animadverſiones in Græca SS. Theoduli & Agathopi Acta, ad IV. Apr. a pag. 150. ad 168.

b Papebr. legit. *Euchemii*.

„ in Perſide. Et memoria S. P. N. Eutychii Archiepiſcopi *Za-*
„ *rigrad* [Conſtantinopolitani] & memoria dormitionis S. P.
„ N. Methodii Archiepiſcopi ſuperioris Moraviæ, fratris S. Cy-
„ rilli Philoſophi „. De hoc *S. Methodio*, quem Slavi peculiariter colunt, die a ſancti fratris Cyrilli (*a*) diverſo, vide a me obſervata ſupra Tom. 3. Par. 1. cap. 1. & 2.

Græci in Menæis ad VI. Apr. *τῶν ἁγίων ἑκατὸν εἴκοσι μαρτύρων τῶν ἐν περσίδι*, *SS. centum viginti Martyrum in Perſide*, cum hoc diſticho.

> Ἂν ἐξαριθμῇς οὓς τὸ πῦρ περσῶν φλέγει
> Εὕροις ἔχοντας τετράκις τὸ τρισδέκα.
> *Si quos aduſſit Perſicus rogus, velis*
> *Numerare, habebis quater & ter decem*:

Bollandiani ad VI. Apr. pag. 538. legendum monent;

> Εὕροις ἔχοντας τρὶς τὸ τετράκις δέκα.
> *Habebis ter quater vicibus decem*.

Ideſt, *centum ac viginti*. Menol. Baſilianum numerat *centum & quinquaginta*, ſic. „ Certamen Sanctorum centum & quin-
„ quaginta Martyrum in Perſide coronatorum. Sapores im-
„ pius Perſarum Rex in Romanorum ditionem tempore Con-
„ ſtantii Imperatoris incurſionem faciens [Deo ſic permittente
„ ob excitatam hæreſim inſipientis Arii, qui & ipſi Imperatori
„ per Euſebium Præpoſitum Arianum eadem ſecum ſentire
„ perſuaſerat] multaque ſubvertens caſtra & regiones, plures
„ e Chriſtianis captivos abduxit: quorum aliqui jugulati fue-
„ runt, alii in itinere perierunt. Centum vero & quinquaginta
„ ſolummodo ſuperſtites, in Perſidem fuerunt deportati, cate-
„ nis conſtricti, & in carcerem conjecti, ibique aſſiduis ærumnis
„ per plurimos dies afflicti. Quum autem aliquando Sapores a
„ vanis negotiis vacaret, ingenti liquorum ſtrue accenſa, ſan-
„ ctos viros e carcere eductos juſſit Chriſtum abnegare, &
„ ignem adorare. Quod quum facere recuſaſſent, ipſos in ignem
„ projici mandavit, atque ita martyrium conſummarunt „.
Martyrol. Rom. *In Perſide, Sanctorum centum viginti Martyrum*. Baronius: *Agunt de his etiam Græci hac die in Menolog. Paſſi fuerunt in Adiabenorum regione. De his etiam Sozom. l. 2. cap.* XI. *in fine*. „ Verba Sozomeni accipe: Quum edicto Sa-

a Cyrilli memoriam colunt Slavi die 14. Febr. Latini autem Methodium ſimul cum Cyrillo venerantur ad 9. Martii.

Digitized by Google

„ poris ratum eſſet, ut ſoli Sacerdotes & doctores fidei Chri-
„ ſtianæ comprehenderentur, Magi & eorum Principes totam
„ Perſidem obeuntes, Epiſcopos & Sacerdotes gravibus affi-
„ ciunt incommodis, cum in aliis locis, tum maxime omnium
„ in Adiabenorum regione, quæ eſt pars Perſidis, tota fidei
„ Chriſtianæ dicata „. Verum non hic de Epiſcopis & Sacerdotibus in Perſide habitantibus agitur; ſed de Chriſtianis ex Imperio Romano abductis, de quibus Theophanes ad ann. Chr. 343. Conſtantii VI. „ Hoc anno Conſtantius devictis Aſſyriis trium-
„ phavit. Sapores vero Rex priſtinis ſceleribus hoc adjecit, ut
„ ſubditos Chriſtianos dire perſequeretur „. Et hæc [inquiunt Bollandiani pag. 538.] erant tempora, quando Conſtantius Imp. ſe hæreſis Arianæ præbuit fautorem acerrimum, & Euſebius Epiſcopus Nicomedienſis præfuit Conciliabulo Antiochiæ habito, id quo S. Athanaſius e Sede Alexandrina depulſus eſt, & in ejus locum Georgius Cappadox ſubrogatus. Hæc de tempore. At de numero manet controverſia, num cum accurata deſcriptione Menologii Baſilii Imperatoris ſint ſtatuendi Martyres *centum & quinquaginta*; an vero cum Menæis *centum* ſolum & *viginti*: quod judicio lectoris permittimus. Imo videntur multo plures in regione Romanorum trucidati, aut in via periiſſe: de quibus quia non conſtat tam manifeſta fidei Chriſtianæ profeſſio in martyrio exacta, ſiletur. De ducentis & quinquaginta Clericis ſub Sapore occiſis præter varios Epiſcopos, Presbyteros, & Diaconos ſuis nominibus expreſſos, agimus infra XXII. Aprilis. Hæc Bollandiani. Sed Epitomen martyrum Perſarum dabo ad XIV. hujus, ubi de S. Simeone Seleuciæ Epiſcopo & martyre ſermo erit.

Eutychius Patriarcha Coſtantinopolitanus die 25. Auguſti anno 552. inauguratus, anno 565. die 13. Jan. ſede pulſus, Joanne Scholaſtico in ejus locum ſubrogato, hoc deinde ad 31. Auguſti anno 577. mortuo, reſtitutus, ſedem tenuit uſque ad 6. Aprilis ann. 582. quo deceſſit. Solenni officio a Græcis celebratur ad VI. April. in Menæis cum Synaxario, & his verſibus.

Εὐτύχιον θανέντα τιμῶν τοῖς λόγοις,
Ἐμαυτὸν εὐτυχέστατον κρίνω.
Morientem Eutychium ſermonibus laudans,
Ipſum me judico fortunatiſſimum.

Ψυχὴν Εὐτύχοιο πύλη γε πόλου ἄγεν ἑκτή.

Fert animam Eutychii cælorum janua ſexta.

Menol. Baſilian. ad VI. Apr. ,, Memoria S. P. N. Eutychii Ar-
,, chiep. Conſtantinopolitani. S.P.N.Eutychius fuit, imperante
,, Juſtiniano magno, ex regione Phrygiæ exortus. Præclare
,, autem educatus ab (*a*) Heſychio Presbytero Thaumaturgo,
,, ipſius avo, & in ſacris literis aſſidua meditatione ac ſtudio ver-
,, ſatus, ab Epiſcopo Amaſeæ ſuſceptus eſt, ac primum mona-
,, chus, deinde Presbyter initiatus, tranquillam egit vitam in
,, monaſterio S. Meletii. Quinto autem Concilio congregato
,, a Juſtiniano, quum Epiſcopus Amaſeæ infirma valetudine de-
,, tineretur, miſſus fuit vice illius Eutychius, qui in Concilio
,, ita excelluit, ut Patriarcha Menas dixerit: Hic erit meus ſuc-
,, ceſſor. Atque ita reipſa poſt mortem illius electus eſt Patriar-
,, cha. Quum vero in odium Imperatoris incidiſſet, in exilium
,, pulſus fuit. At poſt mortem Juſtiniani ſuam recepit ſedem a
,, Juſtino (*b*) & Tiberio. Quum autem jam multa patraſſet
,, miracula, impetumque lethalis ac magnæ peſtilentiæ precibus
,, cohibuiſſet, necnon Tiberii mortem prædixiſſet, ſicut etiam
,, antea ejus imperium prædixerat, ex hac vita deceſſit, in Ec-
,, cleſia SS. Apoſtolorum ſepultus ,,. Anno vero 1246. corpus ejus Venetias delatum & in templo S. Georgii majoris ſub altari fuit reconditum die 22. Aprilis, uti habet Fabianus Cretenſis, Monachus Congregationis S. Juſtinæ in ejus vita ex Græco Latine reddita. Edita eſt Græce ex MS. Cod. Vatic. 1660. collato cum Cod. Bibliothecæ S. Marci Venetiis apud Bolland. in Append. ad Tom. I. Apr. pag. LIX. Θερμὸς ὁ ζῆλος εἰς τὴν παροῦσαν ὑπόθεσιν. Latine apud eoſdem pag. 550. *Magnum nobis argumentum propoſitum eſt*, Auctore *Euſtathio* Presbytero (*c*) ejuſdem Eutychii domeſtico familiari. Latine apud Surium 6. Apr. De Eutychio legitur in vita S. Gregorii magni Papæ ad XII. Mart. ,, Conſtantinopolim a Pelagio Pontifice ad Tibe-
,, rium

a Leg. *Eutychio*. ex ejuſdem vita num. 5.

b Anno ſcil. 577. quo anno Juſtinus junior imperabat, una cum *Tiberio*, quem anno 574. Cæſarem creaverat. Vide Pagium ad ann. 578.

c Acta hæc non magno cum judicio ſcripta, quantum ex paucis hinc atque inde potuit intelligere, vocat Mazochius not. 28. ad 6. Apr. pag. 169. Contra, Falconius ad eand. diem pag. 83. col. 1. ,, Acta (inquit) pretioſa, & ſcripta a diligentiſſimo & fi-
,, deliſſimo ejus diſcipulo Cyrillo, habentur apud Bolland. Græco Latine ,,. Memoriæ aut calami lapſu, pro *Euſtathio*, ponit *Cyrillum*. Quid ego in Actis notem, vide infra.

Digitized by Google

„ rium Conſtantinum Imp. legatus mittitur, apud quem me-
„ morabile etiam illud effecit, quod Eutychium Patriarcham,
„ qui ſcripſerat contra veram ac tractabilem corporum reſurre-
„ ctionem, ita convicit, ut ejus librum Imperator in ignem
„ injiceret. Quare Eutychius paulo poſt quum in morbum in-
„ cidiſſet, inſtante morte, pellem manus ſuæ tenebat multis
„ præſentibus, dicens; Confiteor, quia omnes in hac carne re-
„ ſurgemus „. Difficultas hic oritur tum ex Menologio Baſi-
liano, tam ex Eutychii Actis ab Euſtathio conſcriptis. Certum
eſt, Eutychium non ante 25. Aug. anni 552. fuiſſe creatum Pa-
triarcham, eodem ſcil. die quo S. Menas ejus deceſſor obiit.
Certum eſt etiam, Concilium v. œcumenicum non ante an-
n. 553. indictum, nec ante diem v. Maji ejuſdem anni fuiſſe cele-
bratum. Certum denique Eutychium ipſum, qui jam anno 552.
Patriarcha fuerat creatus, epiſtola a ſe, & ab Apollinari Alexan-
drino, Domno Antiocheno, & Elia Theſſalonicenſi exeunte an-
no 552. ſubſcripta, rogaſſe Vigilium Papam, ut jam tandem
Concilium ad Trium Capitulorum cauſam terminandam inchoa-
ret; Vigilium autem die 7. Januarii ineunte anno 553. Patriar-
chis reſpondiſſe, ipſorum fidem collaudaſſe; petitioni vero de
cauſa Trium Capitulorum diſcutienda, hæc repoſuiſſe: „ An-
„ nuimus, ut de Tribus Capitulis, ex quibus quæſtio nata eſt,
„ facto Regulari conventu, ſervata æquitate, mediis ſacroſan-
„ ctis Evangeliis, collationem cum unitis fratribus habeamus,
„ & finis detur placitus Deo, & conveniens iis, quæ a ſanctis
„ quatuor ſunt definita Conciliis. *Et in Conſtituto ad Juſtinia-*
„ *num*: Poſtea vero hoc magis cum conſenſu fratrum noſtro-
„ rum noſtrarum partium Epiſcoporum, nuper ante S. Paſchæ
„ diem pietas veſtra conſtituit, ut exæquato numero his Ponti-
„ ficibus, qui in Conſtantinopolitana urbe præſentes ſunt, de
„ tribus Capitulis, ex quibus quæſtio vertitur, ſecundum ſu-
„ perius deſignatam fratrum noſtrorum Epiſcoporum profeſſio-
„ nem deberemus inire tractatum „. His poſitis mendum ir-
repſerit, oportet, in Menol. Baſilianum æque ac in vitam Eu-
tychii, ubi dicitur Eutychius adhuc Presbyter ab Amaſeno
Epiſcopo miſſus fuiſſe ad Concilium v. Oecumenicum. Verba
Menologii ſupra ſunt recitata. Euſtathius autem ſic habet cap. 3.
num. 19. „ Scitis omnes quotquot adeſtis dicendi ſciendique ſtu-
„ dioſi, Sanctum Concilium Quintum in Regia urbe fuiſſe ce-
„ le-

„ lebratum. *Et poſt pauca*. Quum igitur omnes Epiſcopi SS̃mi „ convocarentur, accerſebatur etiam Metropolita Amaſæorum, „ ut ad hanc urbium Reginam prædictarum quæſtionum cauſa ſe „ conferret. Cetera ut in Menologio „. Et num. 22. poſt narratum Concilium Quintum, cui Eutychius vice Amaſeni interfuiſſe dicitur, ſic pergit. „ Manſit autem (*Eutychius adhuc Pre*- „ *ſbyter*) apud Patriarcham qui Menas appellabatur, eratque „ vir SS̃mus ac divinus „ & reliqua. Error manifeſtus. Uterque auctor, tam Menologii, quam vitæ S. Eutychii, confundunt res poſt promulgatum adverſus Tria Capitula Juſtiniani edictum geſtas cum iis, quæ in Concilio Quinto peracta ſunt. Juſtinianus anno 544. edictum contra Tria capitula promulgavit, cui ſubſcripſere Menas Conſtantinopolitanus, Ephræm Antiochenus, & Petrus Hieroſolymitanus, quemadmodum oſtendit Pagius ad ann. 546. a num. 3. Eodem anno 544. vocatus fuit a Juſtiniano Vigilius Papa, ut Conſtantinopolim pergeret, qui illuc exeunte anno 544. pergens, ex urbe Roma diſceſſit: eodem Pagio ſcribente ad ann. prædictum num. 6. non tamen Conſtantinopolim ingreſſus niſi initio anni 547. quum diu in Sicilia moras traxiſſet. Quare eodem anno 547. videntur a Juſtiniano evocati Epiſcopi Orientales, atque inter illos, pro Amaſeno Antiſtite, Eutychius Presbyter Byzantium veniſſe: ac proinde quæ ante Concilium Quintum in cauſa Trium Capitulorum agitata Conſtantinopoli fuerant, ea in vita Eutychii ad ipſum Concilium [quod poſt Menæ mortem, Eutychio ipſo Patriarchatum gerente habitum fuit,] oſcitanter referuntur. Marmor Neapolitanum ad VI. Aprilis. *N. S. Eutichii Patr.*, *Natale S. Eutychii Patriarchæ*. Abeſt a Sirleti Menol. & a Latinor. Martyrologiis uſque ad Molanum, qui primus omnium eum Uſuardi auctario inſeruit eodem die. Vide cl. Mazochii adnotationes pag. 169.

VII.

GEORGIUS.

Kalend. Moſcovit. *Prepod. Georgia*, *Sancti Georgii*. Papebroch. *Georgius*. Poſſevin. *S. Patris Georgii*. Ruthenici Vaticani & noſter Slavicus vacant. Menol. Baſilianum. „ Memoria „ S. P. N. Georgii Epiſcopi Mitylenæ. S. P. N. Georgius, di- „ vino numine ac ſpiritu afflatus & fortiſſimus Chriſti Confeſſor, „ filius fuit nobilium, divitum ac piorum parentum: quorum „ divitias quidem odio habens, pietatem vero amplectens,

„ atque

Digitized by Google

„ atque ob Chriſti deſiderium & amorem, nobilitatem & glo-
„ riam contemnens, in quoddam monaſterium profectus, mo-
„ naſticam iniit vitam: ubi & alias quidem plures virtutes exer-
„ cuit; ſed præcipue eleemoſynam. Tota enim die juxta illud
„ Davidicum miſereri & commodare non ceſſavit. Quapropter
„ unanimi Cleri ſuffragio, Mityleneñſis Eccleſiæ Epiſcopus ini-
„ tiatus fuit, eandem quam antea exhibuerat in eleemo-
„ ſynis dandis miſericordiam retinens. Quum vero poſtea Ico-
„ nomachorum hæreſis exorta fuiſſet, ejus quidem ipſe infen-
„ ſiſſimus hoſtis fuit; orthodoxæ vero religionis propugnator
„ acerrimus. Ipſe enim ſacras Imagines colens & adorans, ea-
„ rum cultum etiam alios edocuit. Quum autem multa patraſ-
„ ſet miracula, ſuæ futuræ mortis ex revelatione & divino ſide-
„ re illam præmonſtrante, certior factus fuit. Atque ita ad Do-
„ minum migravit „. Græci in Menæis eundem ſanctum Geor-
gium hac die celebrant: ac verſum hexametrum de eo pro-
ferunt.

Ζωὰν δ' ἐκ θανάτοιο Γεώργιος ἑβδόμῃ εὗρεν.

Septena, vitam de morte Georgius hauſit.

Præterea hoc eum diſticho exornant.

Ἔχει Μιτυλήνη σε καὶ τεθνηκότα
Ὡς ζῶντα, Γεώργιε, προστάτην μέγαν.

Talem, Georgi, mortuum Mitylene
Te habet, ut habuit, dum viveres, defenſorem.

Baronius ad ann. 735. inter Epiſcopos, qui pro ſacris Imaginibus adverſus Leonem Iſauricum decertarunt, hunc Georgium enumerans: „ Et ſimiliter, inquit, Georgius Epiſcopus Mityle-
„ nus, & ipſe ob eandem confeſſionem in ſanctos confeſſores
„ relatus, cujus natalis dies ſeptima Aprilis reperitur in tabulis
„ Græcorum adſcriptus „. Ad eandem proinde diem refertur a Molano in Auctario Uſuardi, & a Ferrario in catalogo generali.

Bollandiani laudant ex Laurentiana magni Ducis Bibliotheca deſcripta. „ Acta Sanctorum ac deiferorum interque ſe ger-
„ manorum fratrum, Mitylenæ quieſcentium, David videlicet,
„ Georgii ipſius inſulæ Metropolitæ, atque Simeonis Confeſſo-
„ rum, & miraculis illuſtrium, cum proprio eorundem ſimul
„ celebrando officio „ pro die 1. Februarii. In his dicitur, Georgius, Davidis atque Simeonis germanus, Presbyter fuiſſe

con-

Digitized by Google

conſecratus circa ann. 782. ab ipſo hujus diei *Georgio tempore Iſaurici egregio Confeſſore, tunc totius inſulæ Archiepiſcopatum tenente*. Deinde idem Georgius [Davidis inquam & Simeonis frater,] a SS. Methodio Patriarcha atque Theodora Imperatrice poſt Synodum ad Orthodoxiæ reſtitutionem celebratam, anno 842. patriæ ſuæ eſſe datus Antiſtes. Narratur prǽterea de Georgio, qui ad 7. Apr. colitur, in exilium Cherſonam pulſo, in hæc verba. „ Paucis diebus interjectis, porcus auribus & „ cauda mutilus, atque ex ſignis quibuſdam notiſque toti urbi „ notiſſimus, ejuſdem Eccleſiæ (*S. Theodoræ quæ inferiori portus ripæ adjacet*) fores, neſcio quomodo, apertas nactus, „ ad ſancta altaris adyta penetravit, atque in Epiſcopali thro„ no ſe compoſuit. Conabantur æditui rem intuiti, abominan„ dum ſpectaculum ab oculis amovere porcum expellendo: ſed „ nullis ille terrebatur minis, neque prius exceſſit, quam ver„ beribus fuſtibuſque cruentaretur. Hinc rurſum multitudo ac„ celerat ad deiferum Simeonem, & quid acciderit, narrat. „ Cui ille: confidite filioli, quia porcus iſte graphice repræſen„ tat futurum, Deo permittente, Epiſcopum ſibi ſimilem, ejuſ„ que fortunam. Dictum rei probavit eventus. Nam ferini no„ minis Imperatore Leone ſceptrum Orientis adepto, moribus „ ei ac nomine ſimilis Antiſtes invaſit Epiſcopatum: hunc autem „ ut adulterinum intruſumque, abominata plebs omnis fide„ lium eſt, rectæ fidei opinionibus inhærens, utpote divinitus „ inſpiratarum ſcripturarum lacte paſci ſolita & informari do„ ctrinis venerandorum virorum atque ſanctorum Patrum, „ Georgii, inquam, ſanctiſſimi Præſulis [quem & impiiſſimus „ in perpetuum ad mortem uſque exilium relegavit Cherſo„ nam] atque Simeonis, qui & ipſe vehementer hæreſiarcham „ abominabatur „. Bollandiani putant, ſanctum hunc Georgium, qui Cherſonam relegatus eſt, primum ſub Leone Iſaurico, fortaſſis ante Epiſcopatum, claruiſſe, deinde ſub Leone Armeno rurſus confeſſionis ſtadium ingreſſum ad ann. uſque 816. & ultra in decrepitam ætatem vitam prorogaſſe. Hoc ipſum ex Bollandianis quum Quienus (*a*) Tom. 1. Orient. Chr. p. 956. recitaſſet, ſubjungit: „ Etſi quidam putent Georgium iſtum „ priorem ſub Leone Iſauro ſediſſe; attamen quæ de illo nar-

a Ubi recenſet Epiſcopos Mitylenes.

Digitized by Google

„ rantur, ad tempora potius ſpectant Leonis Armeni ; qui perlo-
„ de Sanctorum Imaginibus infenſum ſe præbuit : a quo nempe
„ Georgius Mitylenes in Cherſonam relegatus fuit „ . Veriſimilior mihi videtur hæc Quieni ſententia : nam a Leone Imper. Georgius Epiſcopus quum fuit in exilium pulſus ; in ejus locum Leo pſeudo Epiſcopus ſubſtitutus dicitur ; Georgius autem Simeonis & Davidis frater, quem Georgius prior Presbyterum anno 782. ordinavit, poſt annum 842. a Methodio Patriarcha ordinatus fuit Epiſcopus Mitylenes. Inter Leonem autem Iſauricum qui poſt annum 731. in ſacras Imagines earumque cultores ſævire cœpit, & inter Methodium Patriarcham qui ab anno 842. ad 846. ſedit, effluxere pluſquam centum anni. Præterea ex quo Georgius noſter a Leone Imp. propter ſacras Imagines in exilium Cherſonenſe relegatus eſt, non amplius ad ſuam Eccleſiam rediit, ſed in exilio deceſſiſſe dicitur, quemadmodum in junioris Georgii fratrumque Simeonis & Davidis Actis modo laudatis dicitur. Itaque non potuit in urbe Mitylenæ anno 782. Georgium ordinare Presbyterum, ſi a Leone Iſaurico in exilium ejectus fuiſſet, ſed a Leone Armenio, qui ab anno 814. uſque ad exeuntem annum 820. tyrannidem exercuit. Ac proinde neque verum eſſe potuit, eundem Georgium, antequam Epiſcopus fuiſſet, ſub Leone Iſaurico pro ſacris Imaginibus vexatum fuiſſe, quum Leo Iſauricus anno 741. vivere deſiiſſet, quumque in Actis ejuſdem Georgii dicatur, eum non extremo vitæ Iſaurici tempore, hoc eſt anno circiter 740. paſſum fuiſſe, ſed ſtatim ac hæreſis Iconomachorum exorta eſt, nimirum paulo poſt annum 731. uti legitur in Menol. Baſiliano. Atque idcirco, ubi in Actis Georgii junioris fratrumque ejus Simeonis & Davidis apud Bolland. pag. 668. num. 6. habetur „ poſt S. Davidis
„ obitum, S. Simeonem in patriam ab Idæo monte Phrygiæ,
„ ubi fratrem ſepelierat, regreſſum, inveniſſe ſupremum Sa-
„ crorum præſidem Georgium inſignem temporibus Leonis Iſau-
„ rici Confeſſorem, cui & fratrem Georgium obtulerit Presby-
„ terio initiandum „ pro temporibus Leonis Iſaurici, proculdubio reponendum exiſtimo aut *Leonis* abſolute, aut cum addito *Leonis Armeni*. Porro [ut hic omnia quæ ad alterum hunc Georgium a noſtro ordinatum Presbyterum, & a S. Methodio Patriarcha etiam Epiſcopum Mitylenenſem ſpectant, complectar] quamquam apud Bollandianos dicatur, illum cum proprio

officio

Digitized by Google

officio unacum ſratribus Simeone ac Davide pro die prima Februarii coli; in Menæis tamen Græcorum, & in Menol. Baſiliano nonniſi ad diem xvi. Maji ejus commemoratio peragitur cum hoc Synaxario: „ Memoria S. P. N. Georgii Epiſcopi Mityle-
„ næ. S. P. N. Georgius quum a puero Deum dilexiſſet, mun-
„ dumque odiſſet, in monaſterium quoddam ſe recipiens, mo-
„ nachus factus eſt, dæmonumque altitudines demiſſi animi
„ celſitudine dejecit. Quoniam vero ſupra modum miſericors
„ erat, panem ſuum quotidie pauperibus large erogabat.
„ Quum igitur ejus virtus longe lateque diffunderetur, enixis
„ populi precibus Epiſcopus Mitylenæ ordinatus, creditam ſibi
„ Eccleſiam optime gubernavit, eamque ab hæreſibus liberam
„ reddidit, heterodoxorum errores confutando, & orthodo-
„ xam doctrinam propugnando. Poſtremo ſuum obitum præ-
„ noſcens, deceſſit, ſepultuſque fuit, quum effeciſſet, ut ex
„ proprio tumulo curationes ſcaturirent, omniumque miracu-
„ lorum gratiæ emitterentur, quibus cunctæ illorum, qui ad
„ ipſum cum fide accedunt, affectiones ſanantur „. Quisquis hoc Synaxarium cum altero, quod de Georgio Mitylenenſi ad vii. Aprilis habetur, comparaverit, facile intelliget, utrumque de uno eodemque Georgio ſcriptum videri. Verum quum aliunde conſtet, duos Georgios [Leone hæretico Iconomacho interpoſito] Mitylenenſibus Antiſtites præfuiſſe, eoſdemque ſanctitatis & miraculorum gratia claruiſſe; dicendum omnino eſt, de primo ac ſeniore agi ad vii. Aprilis; de ſecundo vero ac juniore ad xvi. Maji, ut ut fortaſſe Acta utriuſque ſint confuſa. Quæ tamen a Bollandianis danda in Supplemento expectamus, clariſſime unum ab altero diſtinguunt. Pictor Moſchus ſupra caput ſancti Georgii pro Γεωργιν, perperam ſcripſit Σεργιν, hoc eſt, pro Georgio, Sergium obtrudens.

VIII.

HERODION. AGABUS.

Moſcovit. Kalend. *Apoſt. Hrodiona*, *Apoſtoli Herodionis*. Poſſevin. perperam: *S. Apoſtoli Radionis*, pro *Herodionis*: Papebrochius: *Herodion*: *Agabus*: *Rufus*: habitu Pontificali induti. Vaticani Ruthenici, & Slavicus noſter vacant. Menolog. Baſilianum ad viii. Apr. *de S. Mart. Pauſilypo*, *& de S. Cele-*

ſtino Romano Pontifice. De Herodione vero, ad 28. Martii: ubi dicitur unus ex LXX. ab Apoſtolis Epiſcopus Novarum Patrarum ordinatus. De Agabo autem Apoſtolo, ad x. Apr. In Menæis Græcis ad hanc diem VIII. Apr. τῶν ἁγίων Ἀποστόλων Ἡρωδίωνος, Ἀγάβου, Ῥούφου, Ἀσυγκρίτου, Φλέγοντος, καὶ Ἑρμοῦ. *SS. Apoſtolorum Herodionis, Agabi, Rufi, Aſyncriti, Phlegontis, & Hermæ*. Ephemerides Metricæ de ſolo Herodione:

> Ἔξειλεν ὀγδοάτη γῆς Ἡρωδίων φίλον ἦτορ.
> *Octava Herodion carum cor intulit aſtris*.

In Menæis, de unoquoque diſtichon legitur: nimirum, de Herodione,

> Εὐαγγελίου τὸν καλὸν δραμὼν δρόμον
> Ἡρωδίων κάλλιστον ἤρατο στέφος.
> *Bonum Evangelii curſum quum conſummaſſet*
> *Herodion, optimam tulit coronam*.

De Agabo.

> Ψυχὴν Ἀγάβου τοῦ προφητοαποστόλου,
> Ὁ ψυχοστάσης προσκαλεῖται δεσπότης.
> *Animam Agabi Prophetæ & Apoſtoli,*
> *Animarum conditor ad ſe vocat Dominus*.

De Phlegonte.

> Ἔσβεσας πλάνης φλέγουσαν ὁ Φλέγων φλόγα,
> Οὓς Δαυὶδ εἶπε, πῦρ φλέγων βλέπει νέας.
> *Erroris ignem extinxit urentem Phlegon:*
> *Videtque mentes, quas David ignem vocat*.

De Rufo:

> Ῥοῦφος τὸν Θηβῶν κοσμήσας θρόνον πάλαι,
> Θεοῦ τῷ θρόνῳ στεφηφορῶν παρίστη.
> *Rufus thronum Thebarum olim quum exornaſſet,*
> *Throno Dei, corona redimitus, adſtitit*.

De Aſyncrito.

> Ἀσύγκριτον εὗρεν ὁ ἀσύγκριτος δόξαν
> Δοξάσας ἐν γῇ τὸν Θεὸν ἀσυγκρίτως.
> *Incomparabilem Aſyncritus laudem tulit*
> *Incomparabilem ut dedit laudem Deo*.

De Herma.

> Τὸν ψευδώνυμον Θεὸν Ἑρμῆν ὑβρίσας,
> Θεοῦ δόξης ἔτυχεν Ἑρμῆς μεγάλης.

Falſi

Digitized by Google

Falſi nominis Deum Hermam (*a*) *deſpiciens*,
Gloriam magni Dei conſequutus eſt Hermas.

Ex his ſeorſim a Latinis & in Martyrol. Rom. coluntur, *Agabus* quidem XIII. Febr., *Rufus* autem XXI. Novembris; *Hermas* vero IX. Maji. Reliqui hac die 8. Apr. ſic: *Eodem die commemoratio SS. Herodionis*, *Aſyncriti*, *& Phlegontis*, *de quibus ſcribit Paulus Apoſtolus in epiſtola ad Romanos*. De ſingulis Dorotheus in Synopſi, ubi ait, Herodionem Patrarum præfectum Epiſcopum, Rufum Thebarum, Aſyncritum Hyrcaniæ, Phlegontem Marathoniæ. At vero Hippolytus Libel. de 70. Diſcip. Herodionem teſtatur fuiſſe Epiſcopum Tarſi. Qui demum ultimo loco celebratur *Hermes*, in Catalogo Hippolyti traditur fuiſſe *Epiſcopus Dalmatiæ*, alius a *S. Herma Epiſcopo* Philippenſium, cujus memoriam Latini ad IX. Maji celebrant; Græci ad VIII. Martii: a quo & apud Apoſtolum Paulum (*b*) alius *Hermes* ſtatuitur, qui in odis dicitur *præclarus*, *glorioſus*, *qui inſtar ſolis Dalmatiam illuſtravit*. De S. Herme Dalmatiæ Apoſtolo, vide Farlatum Illyrici Sacri Tom. I. pag. 266. & ſeq. & pag. 392. & ſeq.

IX.

EUPSYCHIUS.

Moſcovit. Kalend. *Muc. Eupſychia*, *Martyris Eupſychii*. Papebroch. *Eupſychius*. Poſſevinus non bene: *S. Mart. Suitiphii*, pro *Eupſychii*. Codices Ruthenici Vaticani cum noſtro Slavico vacant. Martyrol. Rom. ad IX. hujus: *Cæſareæ in Cappadocia S. Eupſychii Mart. qui ob everſum Fortunæ fanum*, *ſub Juliano apoſtata martyrium conſummavit*. Græci in Men. cum officio & Synaxario, atque hoc verſu, ſumto ex Ephemeride metrica

Φάσγανον ἀμφ' ἐνάτην Εὐψυχίῳ ἔκτανε λαιμόν.
Eupſychii nona ſecuit pia guttura ferrum.

Menol. Baſilianum. „ Certamen S. Mart. Eupſychii Cæſa-
„ reenſis. Eupſychius Chriſti martyr, imperante Juliano Apo-
„ ſtata, fuit ex regione Cappadociæ. Inculpatam autem vitam
„ ſimplicemque agendi rationem aſſecutus, maximo Chriſti de-
„ ſide-

a Ideſt, *Mercurium*. Bollandiani in fine, ubi de his SS. Diſcipulis, hunc verſum ſic intelligunt: „ plurimas injurias paſſus, obtinuit gloriam magni Dei „. Haud recte, ut patet.

b Verba Apoſtoli ad Rom. 16. 1. Salutate Herodionem cognatum meum. Et v. 13. Salutate Rufum, electum in Domino, & Matrem ejus & meam. 14. ſalutate Aſyncritum, Phlegontem, Herman, Patrobam, Hermen, & qui cum eis ſunt fratres.

Digitized by Google

„ ſiderio & amore flagrabat. Quum autem vidiſſet idolorum „ cultores Templum Fortunæ ſacrum adeuntes & ibidem ſacri- „ ficantes, in quam credens apoſtata Julianus victimas quotidie „ offerre conſueverat; zelo divino accenſus, alios ſecum Chri- „ ſtianos ſocios aſſumens, templum a fundamentis evertit, & „ idola quæ in ipſo erant contrivit. Quum autem hæc ſciviſſet „ Julianus, vehementer iratus, illos omnes comprehendi juſ- „ ſit; & alios quidem ex ipſis, fortunæ bonis orbatos & variis „ ærumnis afflictos, in exilium ejecit; martyrem vero Eupſy- „ chium, utpote perpetrati facinoris auctorem, primo quidem „ in carcerem detrudi juſſit; poſtea vero e carcere eductum, „ multiplicibus tormentis cruciari: demum quum Chriſtum ne- „ gare juſſus reſpuiſſet, capite truncatus fuit „. Juliani apoſta- tæ in Cæſaream adventum, Fani Fortunæ everſionem, & S. Eu- pſychii Sociorumque martyrium deſcribit Sozomen. lib. 5. hiſt. Eccl. cap. 4. & 10. ubi ſic de Eupſychio: „ Fertur item „ (a) Baſilium Presbyterum Eccleſiæ Ancyranæ, & Eupſychium „ ex Patriciis Cæſareæ Cappadociæ oriundum, qui nuper du- „ xerat uxorem & etiamnum velut ſponſus novus erat, eodem „ tempore de vita migraſſe. Eupſychius quidem, quantum „ ipſe conjectura aſſequi poſſum, propter fanum Fortunæ, ob „ quod id temporis dirutum, Cæſareæ cives, ut ſupra demon- „ ſtravimus, ad unum omnes, in Imperatoris odium incurre- „ rant. Qui autem ad illud demoliendum manus admove- „ rant, pœnas dederunt, partim multati morte, partim exi- „ lio condemnati „. S. Gregorius Nazianz. epiſt. 26. meminit Eccleſiæ ad honorem S. Eupſychii extructæ, ubi aſſerit ſe inter- fuiſſe Synodo in ea Eccleſia celebratæ: Sanctus vero Baſilius epiſt. 291. invitat Epiſcopos Ponticæ diœceſis ad ejus feſtum ce- lebrandum. Excelluit cum S. Eupſychio *Damas Martyr*, de quo in Synaxario Collegii Claromontani ad XXVIII. Auguſti, καὶ τοῦ ὁσίου Ἱερομάρτυρος καὶ θαυματουργοῦ Δάμα, *& Sacroſ. Martyris & Thaumaturgi Damæ.*

X.

Terentius, Pompejus, et Socii.

Vacant Ruthenici Vaticani cum noſtro Slavico. Moſc. Ka- lend. *Muc. Terentia: Mart. Terentii*. Papebr. *Terentius*. Poſſe- vin. *S. Mart. Terentii*. Martyrol. Rom. *In Africa SS. Martyrum*

a De S. Baſilio Ancyrano Presbytero agunt Græci & Latini ad 22. Martii.

Digitized by Google

rum Terentii, Africani, Pompeji, & Sociorum, qui ſub Decio Imp. & Fortuniano præfecto virgis caſi, equuleis torti, aliiſque ſuppliciis cruciati, demum capitis obtruncatione Martyrium compleverunt. Græci in utroque Menologio Synaxarium de iis habent ad hanc diem: ubi in Baſiliano, *certamen SS. Quadraginta Martyrum, Terentii, Africani, & aliorum*, qui ſub Decio, juſſu præſidis Africæ paſſi dicuntur. In Menæis habent officium proprium, & Synaxarii titulus hic eſt. τῶν ἁγίων Μαρτύρων, Τερεντίου, Ἀφρικανοῦ, Μαξίμου, Πομπηίου, καὶ ἑτέρων τριάκοντα ἕξ, τῶν περὶ τὸν μακάριον Ζήνωνα, καὶ Ἀλέξανδρον καὶ Θεόδωρον, *SS. Martyrum Terentii, Africani, Maximi, Pompeji, & aliorum* XXXVI. *Sociorum Beati Zenonis, & Alexandri, & Theodori*. Scribit Theodorus Lector in Collectaneis lib. 2. „ *Sub ipſius Magni Theodoſii imperio Reliquiæ Sanctorum Martyrum Terentii & Africani in martyrium S. Euphemiæ in Petram*, x. *Kal. Octobris ſunt depoſitæ*. De Terentio, tamquam horum martyrum anteſignano, exſtat hoc hexametrum.

Φασγάνῳ δεκάτῃ ὁ Τερέντιος εὕρατο τέρμα.

Enſe cadens, decima, finem ſortire, Terenti.

Marmor Neapolit. ad x. Apr. *P. S. Terentini & Africani*. Ubi Terentinus pro Terentio. Vide Mazoch. pag. 199. Acta Lat. ex Franciſci Zini verſione apud Lipom. & Sur. ad x. Apr. Metaphraſtæ tributa, prodiere in Actis Sanctor. Tom. I. Apr. pag. 861. Init. *Decius Romanorum Imperator, idolorum ſtudio cupiens omnes in exilii barathrum pertrahere*.

XI.

ANTIPAS.

Kalendar. Moſcovit. *Sviatago Antipi*, *Sancti Antipæ*. Poſſevin. *S. Mart. Antipi*. Ita & Codex noſter Slavicus ad XI. Apr. *S. Antipæ*. Ruthenici Vaticani vacant. Papebroch. *Antyp. Antipas*. Martyrolog. Rom. *Pergami in Aſia Sancti Antipæ, teſtis fidelis, cujus meminit S. Joannes in Apocalypſi. Is ſub Domitiano Imperatore in bovem æneum candentem conjectus, martyrium conſummavit*. Græci in Menæis eum officio, & Synaxario, & hoc hexametro.

Χάλκεον ἑνδεκάτῃ βληθεὶς φλέγει Ἀντίπα εἰς βοῦν.

Undecima, injectus tauro ardes, Antipa, aheno.

Menol. Baſilianum: „ certamen Sacroſancti Mart. Antipæ Epi-
„ ſcopi Pergami. Antipas Dæmonum adverſarius, imperante
„ Do-

Digitized by Google

„ Domitiano, temporibus SS. Apoſtolorum claruit, quando & „ Joannes Theologus in Patmo inſula exulabat. Quum autem „ Pergami Epiſcopus eſſet, & valde ſenex, comprehenſus fuit „ ab idolorum cultoribus, quibus Dæmones apparuerant, ac di- „ xerant, locum illum inhabitari non poſſe propter Antipam. „ Idcirco adductus ad Præſidem, juſſus eſt Chriſtum negare, & „ idolis ſacrificare. Verum quum non aſſenſiſſet, ſed potius „ exemplo refutaret Græcorum errorem, veterem quidem il- „ lum dicens, ſed malum .... conjectus fuit in bovem æneum „ candentem, & ibidem Martyrium conſummavit „. In Synaxa- rii communis fine: „ Poſitus eſt autem in ea quæ eſt apud Perga- „ mum Eccleſia, unguenta & ſanitates perenniter ſcaturiens. „ Celebratur vero Synaxis ejus in Ven. Apoſtolio Sancti & cele- „ berrimi Apoſtoli atque Evangeliſtæ Joannis Theologi, juxta „ SSmam majorem Eccleſiam „. Cedrenus in compend. hiſtor. num 116. enumerans ornamenta a Theodoſio magno illata in urbem Regiam: „ *Bos æneus* (inquit) *Pergamo advectus eſt: fuit autem fornax, in qua uſtus eſt Antipas Sanctus Martyr*. Acta Sancti Antipæ Pergami Epiſcopi, *διωγμοῦ κινηθέντος ὑπὸ Δομετιανοῦ* Græce e MS. Vat. 1660. in Actis Sanctor. Tom. 2. Apr. p. 965. Latine ibid. pag. 4. & apud Surium XI. Apr. qui Metaphraſtæ tribuit; ſed e Pergameno clero aliquem auctorem fuiſſe, ex ultimo hujus Encomii numero patet: *Reliquias in hoc loco Pergami collocarunt, ubi nos congregati gratias agimus Deo*.

XII.

BASILIUS.

Kalendarium Moſcovit. Прен. *Василиа Паринск*. *S. Baſilii Parii*. Poſſevinus: *S. Patris Baſilii*: Papebrochius, *Baſilius*. *Anthuſa*: primus habitu Epiſcopi: ſecunda Sanctimonialis. Vaticani Ruthenici cum noſtro Slavico vacant. Menæa Græca cum officio (*a*) & Synaxario, & hoc hexametro:

Δωδεκάτῃ, Βασίλειε, ταφήϊα δύσαο νεκρός.
Mortuus in tumulum Baſilius abit duodena.

Menologium Baſilianum agit de eodem ad 13. Aprilis cum hoc Synaxario: „ Memoria S. P. N. Baſilii Confeſſoris. S.P.N. Ba- „ ſilius ab ineunte ætate Deum dilexit, omnemque virtutem „ aſſecutus, Parii Epiſcopus creatus fuit, impiorum Iconoma- „ chorum temporibus. Quod autem exemplo S. Pauli Divini

„ ac

a Latine recitatur Tom. 2. Apr. pag. 95.

„ ac magni Apoſtoli Chriſti, convenire noluiſſet cum impia „ eorum hæreſi, qui venerandas Domini Noſtri Jeſu Chriſti, „ necnon intemeratæ ejus Genitricis Glorioſæ Dominæ Noſtræ „ Deiparæ ſemperque Virginis Mariæ, Sanctorumque omnium „ Imagines contemnebant; & quod iniquo volumini in ortho„ doxæ fidei ſubverſionem condito ſe ſubſcribere recuſaſſet, „ totam vitam ſuam in perſecutionibus, tentationibus, ærum„ nis atque anguſtiis traduxit, è loco in locum ſemper tranſmi„ grans & fugiens. Atque ita Patrum inſtitutis adhærens, & „ pro eis decertans, atque ab Hæreticorum conventibus uſque „ ad finem abhorrens, migravit ad Dominum.

In Martyrologio Romano tres Anthuſæ coluntur. Prima ad 27. Julii: *Conſtantinopoli Beatæ Anthuſæ Virginis, quæ ſub Conſtantino Copronymo ob cultum Sanctarum Imaginum verberibus cæſa, & exilio relegata, quievit in Domino*. Secunda 22. Auguſti: *Tarſi SS. Athanaſiii Epiſcopi & Mart., Anthuſæ nobilis feminæ, quam ipſe baptizaverat, & duorum ejus ſervorum, qui ſub Valeriano Imp. paſſi ſunt*. Tertia 27. Auguſti: *Paſſio Sanctæ Anthuſæ junioris, quæ ob Chriſti fidem in puteum merſa, martyrium ſumpſit*. Tres item in Menologio Baſiliano Tom. 3. occurrunt. 1. pag. 60. ad 17. Aprilis *filia Conſtantini Copronymi*, de qua mox ſermo erit. 2. pag. 183. ad 27. Julii *quæ ſub Conſtantino Copronymo ob cultum SS. Imaginum verberibus cæſa fuit*. 3. pag. 212. ad 22. Auguſti. *Tarſi paſſa unacum Athanaſio Epiſcopo*. In Menæis denique quatuor Anthuſæ memorantur. Prima ad 12. Aprilis *filia Conſtantini Copronymi*. Secunda ad 27. Auguſti, *Anthuſa junior, & Martyr, in puteum merſa*. Tertia ad 22. Aguſti, *Anthuſa unacum Athanaſio Epiſcopo paſſa*. Quarta ad 22. Februarii *Anthuſa unacum duodecim ſervis, gladio cæſa*. Ex his *Anthuſa Conſtantini Copronymi filia*, hodie, ideſt ad XII. Aprilis, tam in Papebrochianis Tabulis, quam in Menæis deſignatur; in Menologio vero Baſilii, & in Actis Sanctorum ad XVII. Apiilis colitur: de qua hoc Synaxarium (*a*) in utroque Menol. legitur. „ Sancta Anthuſa fuit filia Conſtantini cognomento Caballini, a „ quo juſſa cum viro conjugium inire, non aſſenſit. Poſt ejus „ vero obitum omni metu libera & ſecuritatem adepta, divi-

a In Actis Sanctorum ad XVII. Aprilis pag. 492. & in Menologio Baſiliano Tom. 3. pag. 60.

Digitized by Google

„ tias omnes ſuas diſtribuit. Alias ſiquidem pauperibus diſper-
„ ſit, alias Eccleſiarum & Cœnobiorum incolis donavit, alias
„ in Captivorum redemptionem impendit. Veſtes vero aureas,
„ quas ipſa habebat, in Eccleſiarum ornamentum erogavit.
„ Fuit inſuper plurium Orphanorum mater: abjectos enim &
„ deſtitutos infantes ſimul congregans, eos educabat & inſtrue-
„ bat. Præterea eos qui moriebantur, Deo commendabat;
„ eos vero, qui in ſenio ſupererant, in iis locis, ubi pauperes
„ ſenes aluntur, collocabat. Sæpiſſime autem vocata a religio-
„ ſiſſima Irene ejuſque filio Conſtantino, ut unacum ipſis im-
„ peraret, conſtanter recuſavit; ſed a Sancto Taraſio in
„ Monacham velata, in Monaſterio Eumeniæ ad Dominum
„ emigravit „. Additur in Synaxario Collegii Claromontani
Tom. 2. April. pag. 492. „ Ex eo tempore [quo Monialium
„ velum a Sancto Taraſio in Cœnobio Eumeniæ accepit] nun-
„ quam illa ex Monaſterio pedem extulit, uti neque aliæ ex
„ ſororibus faciunt. Nunquam ab Eccleſiaſticis muniis abſuit:
„ corpore deficiens, nullas unquam preces neglexit: oculi ejus
„ nunquam a lacrymis ſtillandis ceſſabant. Humilitas illius
„ omnem fere modum excedebat; Sororibus omnibus ſervie-
„ bat; Eccleſiam exornabat: aquam portabat, menſæ adſta-
„ bat & inſerviebat. Quum ergo hunc in modum omne vitæ
„ ſuæ tempus peregiſſet, cum virtutum manipulis ad Dominum
„ tranſlata eſt, abſolutis vitæ annis duobus & quinquaginta „.
De hac Anthuſa in Synaxario Menæorum diſtichon iſtud præ-
mittitur:

Ῥίζης δυσώδους καρπὸς εὐώδης μάλα
Ἄνθουσα σεμνὴ, γῆς ἀπανθεῖ καὶ βίου.
Flos fœtidæ perquam ſuaveolens radicis
Florere deſiit & terræ & vitæ Anthuſa,

Cangius in Familiis Auguſtis Byzantinis cap. XIII. de Fami-
lia Leonis Iſaurici, agens de liberis Conſtantini Copronymi,
edit. Pariſ. pag. 125. „ Narrant [inquit] Menologia, Coprony-
„ mi conjugi, Sanctam Anthuſam, quum pareret, filium & fi-
„ liam in lucem edituram, ac utriuſque fortunam prædixiſſe.
„ Sed & Menæa Anthuſam ipſam filiam fuiſſe ejuſdem Copro-
„ nymi volunt, quæ quum conjugio nuncium dixiſſet, ſuper-
„ ſtite adhuc patre, eo extincto in Homonææ [Eumeniæ] mo-
„ naſterium diſceſſit, in quo caſte vitam exegit. Anthuſæ fe-
„ ſtum

„ ſtum agunt Græci XII. Aprilis „. Itaque juxta Cangium, Anthuſa illa, quæ ad 27. Julii in Menologio Baſilii, & in Martyrologio Romano colitur, eadem eſt ac filia Conſtantini Copronymi, tametſi non *filia* ibi dicatur, ſed *Conſtantino Caballino imperante claruiſſe*. Verum res hujus ſecundæ Anthuſæ geſtę, eam a filia Copronymi diverſam fuiſſe oſtendunt. Dicitur enim hæc ſecunda „ Anthuſa abdicato ſæculo in montibus &
„ ſpeluncis ſeſe exercuiſſe, & ſanctum quemdam Monachum
„ ac Presbyterum in Mantinei terris commorantem nacta, hunc
„ in religioſa exercitatione imitandum ſuſcepiſſe, eoque in
„ virtutibus profeciſſe, ut ardentem caminum ingreſſa, nul-
„ lam flammæ læſionem ſenſerit. Poſt obitum vero Sanctiſſimi
„ Presbyteri Siſinii, agnita a Caballino, quod Sanctas Imagi-
„ gines honoraret coleretque, miſſis ad eam nunciis compulſa
„ illarum adorationem abnegare, quum id illa facere recuſa-
„ ret, duris verberibus cæſa fuiſſe. Sed quum Imperatoris
„ uxore in partus difficultatem incidente, illa indicaſſet, bi-
„ nos infantes, maſculum & feminam, Imperatricem eſſe eni-
„ xuram, idque, ſicut prædixerat, contigiſſet, a tormentis li-
„ berata, ſic Imperatricem erga ſe affeciſſe, ut matris loco ab
„ ea haberetur. Atque hunc in modum obdormiviſſe „. Quæ omnia a prioris Anthuſæ geſtis longe abhorrent. Quid vero? ſi Anthuſa illa Copronymi filia, non alia fuerit ab ea femella quæ unacum maſculo ab uxore Copronymi, ut ſupra, edita fuit, nomenque Anthuſæ ab iſta [quam ſecundam vocamus] acceperit? Tertia Anthuſa, Tarſi paſſa unacum S. Athanaſio Epiſcopo, & duobus famulis Chariſſimo & Neophyto, uti in Menologio Baſiliano & Græco communi, necnon in Martyrologio Romano ad 22. Auguſti legitur, una eademque eſt, ac illa, quæ in Menæis ad 22. Februarii perhibetur cum XII. *ſervis gladio cæſa*; niſi quod *duodecim ſervi*, pro *duobus* obrepſiſſe videtur: & gladio cæſa dicitur, quæ ad 22. Auguſti, vitam ſolitariam amplexa, in pace obdormiſſe perhibetur in utroque Menologio. Quarta demum Anthuſa, junior dicta, & in puteum ob confeſſionem fidei merſa, in Menologio quidem Baſilii omittitur; at in Menæis æque ac in Martyrologio Romano ad 27. Auguſti celebratur.

Digitized by Google

XIII.

Artemon.

Kalendarium Moſcoviticum: *Mucen. Artemona*, *Martyris Artemonis*. Poſſevinus: *S. Mart. Artemonii*. Vaticani Ruthenici & Slavicus noſter ſilent. Papebrochius: *Artemon*. Græci in utroque Menologio ad XII. hujus: τῦ ἁγίυ Ἱερομάρτυρος Ἀρτέμωνος, *S. Sacromartyris Artemonis*: & in Baſiliano quidem cum hoc Synaxario: ,, Artemon Chriſti Martyr, Diocletiano
,, Imperatore, Presbyter fuit Sanctæ Laodiceæ Eccleſiæ. An-
,, no autem ante ſuum obitum, Græcorum fanum unacum Epi-
,, ſcopo ſuo Siſinio ingreſſus, Idola ſubvertit. Quumque id ab
,, Idololatris Præſes regionis reſciviſſet, abiit ad Epiſcopum
,, comprehendendum. At morbo correptus, in grave vitæ di-
,, ſcrimen adductus eſt. Rogavit proinde Epiſcopum, ut pro
,, ipſo preces offerret. Quod ſi contingeret ipſum incolumem
,, reddi, aureum ſimulacrum ſe ei excitaturum ſpopondit.
,, Porro ſanitatem adeptus, Cæſaream petiit. Quumque in iti-
,, nere Artemonem Presbyterum inveniſſet, eum comprehen-
,, dit, & vinctum traxit, adduxitque ad civitatem, atque in
,, carcerem detruſit. Deinde conatus eſt ei perſuadere, ut
,, Chriſtum abnegaret. Sed quum ad id illum inducere nequi-
,, viſſet, membra aliquot ex ejus corpore exſecuit, & in cra-
,, ticula aſſavit. Poſtea inflammari lebetem juſſit, in quem ille
,, immitteretur, ac uſtularetur. At duæ aquilæ ipſum præſi-
,, dem repente attollentes, in lebetem injecerunt. Sanctus
,, vero quum parum ſupervixiſſet, in pace deceſſit ,,. In Menæis agitur de hoc Sancto Artemone Presbytero Laodiceno ad diem VIII. Octobris, & ad diem XXIV. Martii, cum Synaxario. In Martyrologio Romano Commemoratio ejus fit ad VIII. Octobris ſic: ,, Laodiceæ S. Artemonis Presbyteri, qui ſub
,, Diocletiano per ignem martyrii coronam accepit ,,. Baron. *Agunt de eodem hac die Græci in Menologio recenſentque ejus martyrium*. Papebrochius igitur allucinatur, dum Presbyterum Artemonem cum Epiſcopo confundens, ad XIII. hujus ſic ſcribit: ,, Artemon Epiſcopus Martyr, hodie in Typico cum ti-
,, tulo *Hieromartyris ſolus* notatur; eſt ergo Epiſcopus Seleu-
,, ciæ, diſcipulus Pauli, de quo ex Menæis egimus ad 24. Mar-
,, tii ,,. Atqui *Hieromartyr* tam de Epiſcopo, quam de Presbytero Martyre dicitur. Rectius in Prætermiſſis ad diem XII.

Apri-

Digitized by Google

Aprilis. „ Sanctus Artemon [inquiunt Bollandiani] Presby-
„ ter & Martyr Laodiceæ ſub Diocletiano, inſcriptus hodie eſt
„ cum inſigni elogio MS. Menologio Baſilii Imperatoris & Sy-
„ naxario Pariſienſi, & cum aliquo diſticho Menæis excuſis; in
„ his autem plenius colitur XXIV. Martii. Verum, uti ibidem
„ inter Prætermiſſos diximus, iterum in illis, & variis MSS.
„ & Menologio Sirleti, uti & Romano Martyrologio de eo agi-
„ tur ad diem VIII. Octobris.

XIV.

MARTINUS.

Kalendarium Moſcovit. *Sviatago Martina*, *Sancti Martini*. Poſsevinus: *S. Patris Marciani*, pro *Martini*. Papebrochius: *Martinus*. Codices Vaticani Ruthenici cum noſtro Slavico vacant. Menologium Baſilianum de *Sancto Martino Papa* agit die 15. Septembris cum Synaxario Tom. 1. pag. 42. Ephemerides Metricæ ad XIII. April.

Ἀμφὶ ξίτῃ δεκάτῃ θάνε Μαρτῖνος πέρα πόντε
Martinus terna decima trans æquor obivit.

In Menæis quoque colitur cum Officio & Synaxario die XIII. Aprilis: *τῦ ἁγίυ Μαρτίνυ Πάπα Ρώμης*, *S. Martini Papæ Romæ*. Colitur a Latinis XII. Novembris. Apud Græcos vero, præter diem XIII. Aprilis, fit ejus commemoratio die 15. Septembris: necnon unacum Sancto Maximo & Sociis die XX. Septembris. Ejus Acta [ut notat Baronius ad XII. Novemb.] præter illa, quæ in libro de Rom. Pontificibus leguntur, & ea, quæ ex antiquis MSS. edidit Surius Tom. 6. exſcripſimus ex Codice Bibliothecæ Sancti Petri in Vaticano, quorum eſt exordium; *Gloria & magnificentia ſoli Deo &c.* Sed his omnibus præferimus quæ Anaſtaſius Bibliothecarius ſcripſit ad Martinum Epiſcopum Narnienſem tempore Martini Papæ Secundi, alias Marini, Indict. XV. qui idem auctor Latinitate donavit nonnulla, quæ ex Græcorum monumentis de eodem accepit. Cætera de Epiſtolis ejuſdem Sanctiſſimi Pontificis apud eundem Baron.

Ad hanc diem XIV. Aprilis Culcinius in Specim. pag. 12. de SS. Antonio, Joanne, & Euſtachio hæc ſcribit. „ Hi Sancti
„ Martyres paſſi ſunt ſub Olgerdo (*a*) magno Lithuaniæ Du-
„ ce

a Henſchenius Tom. 2. Apr. pag. 265. num. 2. „ Olgerdus Magnus Dux Lithuaniæ fuit pater Jagellonis, & præfuit ab anno 1329. uſque ad ann. 1381. quando relicta numeroſa prole mortuus eſt. Cujus res geſtas & plurima ab eo bella geſta deſcribit Albertus wiiuk Kojallovvicz Par. 1. Hiſt. Lithuan. lib. 8.

Digitized by Google

„ ce anno 1342. Quum vero Acta ipſorum habeant Collecto-
„ res ſub die præſenti, idcirco ea omitto, & addo hoc tantum,
„ Corpora eorumdem hactenus reperiri non poſſe, quamvis
„ credantur deliteſcere ſub terra in horto noſtri Monaſterii
„ Vilnenſis SS. Triadis „. Hæc Culcinius. Henſchenius igitur
ad XIV. Aprilis pag. 265. edidit „ Horum Sanctorum Acta ex
„ antiquis manuſcriptis Livonicis & Ruthenicis in Latinum fi-
„ deliter converſa, & ad ſe Vilnâ miſſa a Matthia Caſimiro Sar-
„ bievio Soc. Jeſu Sacerdote, atque a Georgio Tyskevicio tunc
„ Methonenſi Epiſcopo, Suffraganeo, atque Adminiſtratore
„ Euſtachii Vollovicii Epiſcopi Vilnenſis, dein ad Epiſcopa-
„ tum Samogienſem, ac tandem ad Vilnenſem promoto, ut
„ edi poſſent, Chirographi ſui ſigillique fide publica munita.
„ Initium. Hi fuerunt natione Lituani, ſimiliter ut alii natio-
„ nis ejuſdem homines, igni ſervientes. Antonius igitur &
„ Joannes fratres fuerunt. Cætera „. Albertus Wiiuk Kojalo-
wicz ex eadem Soc. Jeſu Sacerdos, & Univerſitatis Vilnenſis
Pro-Cancellarius inſcripſit anno 1650. dicto Tyskevicio, tunc
Epiſcopo Vilnenſi, Miſcellanea rerum ad Statum Eccleſiaſticum
in magno Lithuaniæ Ducatu pertinentium: ac primo proponit
Patronos proprios magni Ducatus Lithuaniæ, quorum alii ſunt
ex Ritu Latino, alii ex Ritu Græco, & inter hos, prædictos
Sanctos Joannem, Antonium & Euſtachium, hoc elogio. „ San-
„ cti Joannes, Antonius, Euſtachius Martyres, Olgerdi ma-
„ gnæ Lithuaniæ Ducis Aulici Cubicularii, nobiles Lithuanii,
„ populariter vocati Kukley, Mihley, Nizilo: a familia Chri-
„ ſtiana ipſius Duciſſæ Ruſſæ ad fidem converſi, a Neſtorio
„ Chriſtiano Presbytero baptizati, ob conſtantiam in religione
„ ſuſcepta, præſertim quod vetitos cibos ſtatis diebus comede-
„ re recuſarent, juſſu Olgerdi (a) necati ſunt; Joannes ſu-
„ ſpenſus XXIV. Aprilis, Antonius XIV. Junii, Euſtachius de-
„ nique poſt multa alia tormenta, ac præſertim verberationem,
„ crurium confractionem, cutis capillorumque [quos ſibi ethni-
„ co more radi non permittebat] violentam detractionem,
„ XIII. De-

---

a In quercu ſuſpenſi. Acta num. 8. Poſt eorum necem, nemo damnatorum in ea quercu pendere adjudicatus eſt (fuit autem locus ille ſupplicii publici) ſed convenientes Chriſtiani, petierunt a Principe dari ſibi locum illum; qui libenter locum conceſſit, exædificata eſt Eccleſia. Nonnihil autem Reliquiarum ſacrarum translatum eſt ad Cathedralem quoque Eccleſiam: Ipſa autem Corpora Sanctorum jacent apud Baſilianos in Eccleſia SS mæ Trinitatis nominata.

Digitized by Google

„ XIII. Decemb. ſuſpendio vitam hanc finivit. Paſſi ſunt Vilnæ
„ poſt annum Chriſti 1328. Sepulti Vilnæ in Templo Sanctiſſi-
„ mæ Trinitatis Ritus Græco-Ruſſi uniti, a quibus memoria
„ illorum recolitur ad XIV. Aprilis. Relati in numerum San-
„ ctorum ſub Alexio Metropolita Kiovienſi unito „. Hactenus
Kojalovicz: & confirmant Acta, in quibus tamen Antonius dici-
tur paſſus XIV. Januarii, & Euſtachius XXXI. Decembris. In Ta-
bulis Papebrochianis Antonius & Joannes pileos capitibus, cru-
cem manu geſtant: Joannes quoque juvenili ſpecie imberbis in-
ter Antonium & Euſtachium bene barbatos ſtat medius: quem
tamen ex Actis patet utroque majorem natu fuiſſe. De Euſta-
chio etiam conſtat juvenem omnino fuiſſe. Itaque vel nominum
ordo in Tabula, vel ſitus ſubjectarum Imaginum mutandus
fuit.

XV.

ARISTARCHUS, PUDENS, TROPHIMUS.

Ruthenici Vaticani, & Slavicus noſter vacant uſque ad diem XXII. hujus. Kalendarium Moſcovit. *Apoſt. Ariſtarcha*, *Apoſtoli Ariſtarchi*. Papebrochius: *Ariſtarchus*, *Pudens*, *Trophimus*. Poſſevinus: *S. Apoſtoli Ariſtarchæ*, pro *Ariſtarchi*. Menologium Baſilianum ad hanc diem: *Certamen Sanctorum Apoſtolorum ex ſeptuaginta*, *Ariſtarchi*, *Pudæ*, *& Trophimi*, cum hoc Synaxario:
„ Hi tres SS. Chriſti Apoſtoli Ariſtarchus, Pu-
„ des ac Trophimus quum eſſent ex LXX. Apoſtolis, ſecuti ſunt
„ magnum Apoſtolum Paulum, prædicantes etiam ipſi Chri-
„ ſtum... Demum Romæ poſt illius mortem, & ad Jeſum
„ Chriſtum Dominum noſtrum ex hac vita tranſitum, etiam
„ ipſi, juſſu dementis Neronis, ſacris capitibus obtruncati fue-
„ runt. Hæc autem omnia Sanctiſſimus ac Beatiſſimus vir Do-
„ rotheus Romæ natus Romano idiomate in ſuis Commentariis
„ ſcripta reliquit: nec modo de his, ſed etiam de reliquis Apo-
„ ſtolis, & aliis pluribus Sanctis, ſimulque de ſacris Prophetis
„ hiſtoriam conſcripſit. Hic ſiquidem Sanctus ob multam inge-
„ nii ſui felicitatem multiplici doctrina & eruditione quibuſvis
„ longe præſtitit „. In Menæis ad XIV. hujus coluntur cum Officio & Synaxario: *τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἐκ τῶν ο'. Ἀριστάρχου, Πούδη, καὶ Τροφίμου*, *Sanctorum Apoſtolorum ex* LXX. *Ariſtarchi*, *Pudentis*, *& Trophimi*. A Latinis celebrantur variis diebus; *Ariſtarchus*, V. *Auguſti*. *Pudens ſeu Puda*, XIX. *Maji*, *Trophi-*

mus

mus XXIX. *Decembris*. De Ariſtarcho Act. Apoſt. cap. 19. 20. & 27. Paulus ad Coloſs. cap. 4. & ad Philemonem. De Pudente, S. Paulus 2. ad Timoth. cap. 4. qui juxta Græcos alius eſt a Sancto Pudente Senatore, patre Sanctæ Pudentianæ Virginis, qui ab Apoſtolo Paulo dicitur Romæ baptizatus: ibidemque innocentem tunicam (quam in Baptiſmo induerat) uſque ad vitæ coronam immaculate cuſtodiſſe. De Trophimo demum Acta Apoſt. cap. 20. 21. & Paulus 2. Cor. cap. 4. A Græcis colitur etiam *Ariſtarchus ad 27. April.* unacum Marco, & Zenone, qui ex LXX. dicuntur: ubi Ariſtarchus ab Apoſtolo Petro fertur ordinatus Apameæ in Syria Epiſcopus; Marcus qui & Joannes, Bybli Epiſcopus, & Zenas Dioſpolis. Tabulæ Papebrochianæ repræſentant *Ariſtarchum* & *Pudentem* habitu Pontificali indutos, *Trophimum* autem Diaconali.

XVI.

AGAPE, IRENE, CHIONIA.

Kalendar. Moſcovit. *Muc. Agapiy*, *Martyris Agapiæ*. Poſſevinus: *S. Matris Irenæ*. Papebrochius: *Agapia*, *Irene*, *Chionia*, ſorores Martyres Theſſalonicæ. Ephemerides Metricæ.

Χιονίαν, Ἀγάπην ἕκτῃ δεκάτῃ κατέκαυσε.

Exurunt Agapen ſexta decima atque Chioniam.

Menæa ad XVI. hujus τῶν ἁγίων γυναικῶν Εἰρήνης, Ἀγάπης, καὶ Χιονίας, *Sanctarum mulierum Irenes*, *Agapes*, *&* *Chioniæ*, cum Officio & Synaxario: cujus hæc ſumma. „ Chryſogonus abſciſſo pro Chriſti nomine capite, martyrio ſub Diocletiano „ defunctus, per quietem apparuit Zoilo cuidam ſervo Dei, „ prænunciavitque illi, fore, ut Irene, Agape, & Chionia „ ſorores, quæ idem cum eo ſtagnum incolebant, citra diem „ nonum ſimul cum Anaſtaſia in nobile certamen deſcenderent. „ Quæ quum audiſſet Sancta Anaſtaſia, Chryſogonum ſecuta, „ convenit ſorores illas, eiſque ſerviebat. Diocletianus igi„ tur comprehenſas, tradidit regionis præfecto, ut torqueret. „ Rurſuſque præfectus alter nomine Siſinius, excruciatas Aga„ pen, & Chioniam, igni conſumſit: Irenem autem, unus „ militum quum arcum ſuum tetendiſſet & ſagittam miſiſſet, „ morti tradidit „. In Romano Martyrologio coluntur *Agape* quidem, & *Chionia* ad 3. Aprilis, hoc elogio: „ Theſſalonicæ „ paſſio Sanctarum Virginum Agapis & Chioniæ ſub Diocletia„ no Imperatore, quæ quum Chriſtum negare nollent, primo

„ in

Digitized by Google

„ in carcere maceratæ, poſtea in ignem miſſæ, ſed a flammis „ intactæ ibi oratione ad Deum fuſa, animas reddiderunt „. *Irene* vero ad v. Aprilis ſic: „ Theſſalonicæ S. Irenes Virginis, „ quæ quum ſacros libros contra Diocletiani edictum occultaſ„ ſet, poſt tolerantiam carceris, ſagitta percuſſa eſt, & igne „ cremata juſſu Dulcetii Præſidis, ſub quo & ſorores ejus ſimul „ Agape & Chionia paſſæ antea fuerant „. Vide notas Baronii ad III. & V. Aprilis. Acta a notariis excepta recitantur a Metaphraſte, quæ Latine reddita habet Lipom. Tom. 7. & Surius Tom. 2. ad I. Aprilis. Incipiunt: „ Quanto ex adventu, & „ præſentia Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti major gra„ tia „. Græca vero incipiunt: Ἀναστασία γυναικῶν ἡ καλλίστη, Ῥώμης τῆς περιδόξου φυτὸν, γένους δὲ περιφανείᾳ; apud Allatium de Simeonum ſcriptis pag. 124. quæ cenſet proprio Metaphraſtæ ſtylo ſignata: ſunt autem a Gentiano Herveto latinitate donata, & a Lipomano Tom. 5. ad XXII. Decembris edita, hoc exordio: „ Anaſtaſia mulierum pulcherrima, inclytæ quidem Romæ „ erat nata, generis autem ſplendore &c. „. Latina edidere Bollandiani ad 3. Aprilis pag. 248. ſub titulo: „ Acta marty„ rii, auctore antiquo in Vita Sanctæ Anaſtaſiæ, ex plurimis „ manuſcriptis, & Mombritio „. Initium: „ Eo tempore, „ quum Diocletianus in Aquilejæ partibus poſitus, interficeret „ Chriſtianos, relatio cucurrit de Chriſtianis Præfecturæ Ur„ banæ. Tunc reſcripſit Rex &c.

Menologium Baſilii a Menæis Græcis non parum differt: nam primo de SS. Irene, Agape, & Chionia agit ad 3. Aprilis. Deinde Irenen igni & ipſam ſimiliter ac alias duas combuſtam aſſerit. Alias demum circumſtantias refert, quæ videntur indicare, tres haſce ſorores Theſſalonicenſes ab aliis tribus Aquilejenſibus diverſas fuiſſe. Accipe Synaxarium. „ Irene, Agape, „ & Chionia, Chriſti Martyres fuerunt, Imperatore Maximia„ no, ex civitate Theſſalonica. Quum autem ob perſecutio„ nem omnia reliquiſſent, in montem quemdam receſſerunt, „ & ibidem quietam vitam agebant, jejunantes, ac Deo pre„ ces aſſidue offerentes. Verum detectæ ac comprehenſæ, ad „ Præſidem adductæ fuerunt, a quo Chriſtum negare juſſæ, „ minime aſſenſerunt. Quapropter Agapen quidem, & Chio„ niam igne ſuſtulit. Irenem vero inveniens ſacros libros haben„ tem, quos ſacræ mulieres legere conſueverant, illos quidem

„ igne combuſſit: ipſam vero deferri juſſit in lupanar, ut ab
„ impudicis pollueretur. Sed Dei gratia protecta, ſervata eſt
„ illibata, nemine ad eam accedere audente. Quod quum Præ-
„ ſes intellexiſset, denuo illam coram ſe adduci juſſit, urgens,
„ ut Chriſtum deſereret. At quum id facere renuiſset, etiam
„ ipſam igni tradidit. Atque ita conſummatæ tres Chriſti Mar-
„ tyres, regnum cælorum adeptæ ſunt„. Idem tamen Menologium Baſilianum ad XXII. Decembris, poſtquam de S. Anaſtaſia & de S. Chryſogono egiſset, pergit deſcribens *Certamen Sanctarum mulierum Irenes, Agapes, & Chioniæ*, his verbis:
„ Quo tempore Chryſogonus Martyr, Diocletiani Imperatoris
„ juſſu, ob Chriſti confeſſionem, capite plexus eſt, juxta palu-
„ dem, apud quam habitabant SS. tres ſorores Agape, Chio-
„ nia, & Irene, unacum Zoilo quodam Dei ſervo; apparuit
„ idem Chryſogonus in ſomnis Zoilo, dicens, fore ut S. Ana-
„ ſtaſia certamen ſubiret cum SS. tribus Sororibus, quæ citra
„ nonum diem agonem martyrii conſummaturæ eſsent„. Cætera ut in Synaxario Menæorum ad XVI. April. niſi quod de Irene, in Baſil. ſic legitur: „ Sanctam vero Irenem quidam miles
„ gladio confecit„. Subjungitur martyrium Sanctæ Theodotæ cum filiis ſuis, legendum in Baſiliano Tom. 2. pag. 513. Atqui Henſchenius hæc Acta Græca cenſet eſse ex Latinis emendanda. Clariſſimus vero Daniel Farlatus Presbyter Soc. Jeſu Tom. 2. Illyrici Sacri cap. 4. de perſecutione Diocletiani, §. 2. de Martyribus Aquilejenſibus, a pag. 425. contendit, *Agapen, Chioniam, & Irenen* ſorores Aquilejenſes, Salonæ paſsas, ab homonymis *Agape, Chionia, & Irene* Theſsalonicenſibus eſse diſtinguendas. Argumenta ejus a pag. 426. vide.

XVII.

SIMEON. ACACIUS.

Kalend. Moſcovit. *Prepod. Symeona, S. Simeonis.* Poſſevin. *S. Patris Simeonis.* Papebr. *Simeon.* Menæa: τῦ ἁγίυ Ἱερομάρτυρος Συμεὼν τῦ ἐν περσίδι, ϗ τῶν σὺν αὐτῷ: *Sancti Sacromartyris Symeonis in Perſide, & Sociorum ejus*: cum officio, & Synaxario. Ephemerides Metricæ.

Ἑβδομάτῃ Συμεὼν δεκάτῃ ἀπὸ αὐχένα τμήτη.

Septena decima Symeon dat colla ſecuri.

Epiſcopus Seleuciæ & Cteſiphontis in Perſarum tunc Regno, cæterum in Meſopotamia & Aſſyria ſitarum urbium, (de quibus vide

vide Cell. Geograph. antiq. lib. 3. cap. xv. & cap. xvii.) ac martyr inſignis cum variis ſociis, qui a Latinis colitur xxi. Aprilis, a Græcis in Menæis quidem xvii. Apr. at in Menolog. Baſiliano Par. 3. pag. 54. ad diem xiv. Aprilis: ubi dicuntur Simeon Epiſcopus, Presbyteri, Diaconi, Præpoſitus, aliique centum & quinquaginta, juſſu Saporis Perſarum Regis, capite obtruncati. Additur ibidem pag. 55. martyrium Sancti Φασὶκ Phaſic, & filiæ ejus Ἀσκητρίας Aſcetriæ ſeu Sanctimonialis. Necnon martyrium Sancti, Ἀζὰτ, *Azat Eunuchi, & mille Martyrum*: nam recurrentem magnam Paraſceven Chriſtiani in Perſide celebrabant. Comprehenſo autem & occiſo S. Simeone Epiſcopo, & aliis etiam plurimis cum eo interemtis (ab ipſo ſiquidem magnæ Paraſceves die per decem uſque ſequentes dies quicumque comprehendebantur Chriſtiani, occidebantur) hi autem Sancti tenti fuerunt & cum ipſis Azates Eunuchus, & coram Rege adducti, & ab ipſo interrogati, quum Chriſtum animo fidenti profeſſi eſſent, fuerunt omnes interemti. Pœnitentia autem ductus Sapores ob mortem S. Azatis (qui dives erat & in palatio primus, dilectus plurimum atque in honore habitus a Sapore:) lege cavit, nequis poſterum Chriſtianus occideretur: & ad aliquod tempus ejuſmodi edictum obſervatum fuit. Subjungitur certamen SS. Martyrum *Jacobi Presbyteri & Azæ* Diaconi: quibus a lictore capite obtruncatis, quum lictor ad proximam paludem deſcendiſſet, atque ibidem enſem abluiſſet, ipſius paludis aqua in ſanguinem converſa eſt: atque ita diu permanſit, ac demum exaruit. Hæc in Baſiliano ad xiv. Apr.

Ex eodem Menol. placet hic indicare omnium, quotquot in Perſide ſub Sapore Rege paſſi dicuntur, commemorationes. Itaque ad xxix. Martii coluntur *SS. Jonas & Barachiſius* monachi martyres in Perſide, ad Principes Perſarum adducti (imperante Conſtantino magno) verberati, glaciei concretæ totam noctem expoſiti: Jonas quidem ſerra diſſectus & in lacum projectus fuit; Barachiſius autem nudus per ſpinas tractus, & in cocleam conjectus, infuſa in ejus guttur pice ebulliente, vitam finivit. Ad v. Apr. Sancta Martyr Pherbuta ſoror Simeonis Epiſcopi unacum ſorore & ancilla, poſt mortem S. Simeonis, Judæis uxori Saporis Perſarum Regis ſuggerentibus, per medium diſſectæ. Ad vi. Apr. SS. centum & quinquaginta Martyres in Perſidem a Sapore Rege, irruptione in Romanam ditionem facta temporibus Conſtantii

 Impe-

Imperatoris, capti, deportati, in ignem projecti, & conſummati. Ad IX. Apr. Bademus Archimandrita cum ſeptem diſcipulis, juſſu Saporis, capite obtruncatus. Eadem die, quum Sapores Perſarum Rex, anno Regni ſui 53. expeditione in Romanorum terras facta, & urbe frequentiſſima capta, milites omnes qui in eâ erant, occidi juſſiſſet, gentem ad bellum minime idoneam, nimirum ſenes, pueros, mulieres, Heliodorum Epiſcopum, Presbyteros, Diaconos, & omnes Clericos incolumes ſervari mandavit. Quumque ei Perſarum quidam retuliſſent, Heliodorum morti proximum, in ſui locum unum ex Presbyteris Epiſcopum ordinaſſe, ad Regem adducti, quum ſolem adorare renuiſſent, omnes decollati ſunt. Ad XV. Maji, Simeon, Iſaacius, & Bachtiſoës ſub Sapore capite obtruncati. Ad XVI. Maji Abdieſus Epiſcopus cum 39. Chriſtianis ſub Rege Perſarum paſſus. Item, Abdas Epiſcopus cum 28. Sociis, quorum alii Presbyteri, & Diaconi, & Sanctæ Virgines, & Mulieres, una cum Abdieſu, omnes capite plexi. Ad V. Sept. Abdias Martyr Perſa. Ad 19. Octob. Sadoth Epiſcopus, & Socii 120. Martyres. Ad 3. Novemb. Acepſimas Epiſcopus, Joſeph Presbyter, & Aithalas Diaconus. Ad 13. ejuſdem, Miles Epiſcopus, Eboras, Papas, & Seboës Martyres. Ad 20. ejuſdem, Nerſas Epiſcopus, & Joſeph Martyres. Item Joannes, Saborius, & Iſacius Epiſcopi, Dapius & Iſaacius Presbyteri. Item Boëthazat Eunuchus, Saſanne, Thecla, & Anna Virgines, & Socii Martyres. Ad XI. Decemb. Aithalas & Apſæus Diaconi Mart. Ad IV. Febr. Abramius cujuſdam urbis in Perſide Epiſcopus & Martyr. Ad XX. Febr. Sadoch Epiſcopus & Socii 128. in Perſide. Horum meminit Menologium Baſilianum. Quæ in Menæis Græcorum referuntur Martyrum Perſarum res geſtæ, apud Bollandianos videri poſſunt. In Martyrolog. Rom. hi Martyres Perſæ laudantur. Ad XI. Decemb. Barſabas. Ad 31. Mart. Benjamin. Ad 13. Mart. Chriſtina V. & M. Ad XXIX. Sept. Dadas, Caſdoa, & Gabdelas. Item Gudelia. Ad VIII. Aug. Hormiſdas. Ad IV. Aug. *Ja*, & Sociæ cum IX. millibus captivis. Ad I. Nov. Joannes & Jacobus. Ad 29. Mart. Jonas & Barachiſius. Ad 17. Octob. Mamelta. Ad 20. Nov. Nerſes Epiſcopus & Socii Mart. Ad 20. Febr. Sadot, & alii 128. Ad 21. Apr. Simeon Epiſcopus & Socii. Ad 22. Apr. Plurimi Martyres ſequenti anno poſt S. Simeonem paſſi: in quibus Azades Eunuchus, Milles Epiſcopus;

pus;

Digitized by Google

pus; Acepſimas Epiſcopus, cum Presbytero Jacobo, item Aithala & Joſepho Presbyteris; Azadane & Abdieſo Diaconis, & aliis Clericis. Mareas & Bichor Epiſcopi, cum aliis xx. Epiſcopis, & Clericis fere 250. Monachis etiam & ſacris Virginibus; inter quas Tarbula S. Simeonis ſoror cum ſua pediſſequa. Ad 27. Mart. Zanitas, Lazarus, Marotas, Narſes, & alii quinque. Ad 10. Mart. XLII. Mart. Ad 6. Apr. CXX. Martyres. Ad IX. Maji, CCCX. Martyres.

Nos ex Actis Martyrum Orientalium, quorum Epitomen in Bibl. Orient. Tom. I. a pag. 185. dedimus, hoſce Perſas Martyres ſub Sapore paſſos eruimus. I. Jonas, Brichjeſus, Zebina, Lazarus, Maruthas, Narſes, Elias, Mahares, Habibus, Saba, & Scembaita, Anno Saporis Perſarum Regis 18. die 29. menſis Canun prioris (Decembris).

II. Anno Saporis 30. Sapores & Iſaacius Epiſcopi: necnon Maanes, Abraham, & Simeon.

III. Anno 117. Regni Perſarum, Saporis Regis 31. die 14. Niſan (Aprilis) Feria VI. in Paraſceve, Simeon Barſaboë Seleuciæ & Cteſiphontis Epiſcopus, Abdechalas & Ananias Presbyteri: aliique centum diverſi ordinis viri: necnon Guſtazades Eunuchus, Regis nutricius, Phaſic Præpoſitus, ejuſque filia virgo Deo ſacra.

IV. Anno Saporis 32. Ab hora 6. feriæ 6. quæ in 14. Apr. diem incidit, qua edictum illud promulgatum fuit, uſque ad alteram Dominicam hebdomadæ ſecundæ Pentecoſtes, diebus ſcilicet decem, a cædibus numquam ceſſatum. Plures martyres interfecti; virorum, mulierum, puerorum nomina ignota, milites Regii non pauci martyres. *Azadas*, eunuchus Regi cariſſimus, præcipiti judicii forma interfectus: cujus cæde comperta, Rex moerore afflictus, edicto cavit, ne deinceps in obvios quoſque ſæviretur, ſed eorum dumtaxat judicia exercerentur, qui Chriſtianorum duces eſſent. Interea Judæis ſuggerentibus Reginam quæ morbo laborabat, non aliter ſanitatem conſequi poſſe, quam, ſi *Tarba* Virgine Deo ſacra, S. Simeonis ſorore, una cum ſorore, & ancilla item Virginibus, per medium diſſectis, Regina per medium earum traduceretur, quum Tarba ſociæque Chriſtum confeſſæ eſſent, ſerra mediæ diſſectæ ſunt, die quinta menſis Jar. [ideſt Maji.]

V. *Milles* Epiſcopus Suſæ, *Abroſimus* Presbyter, & *Sina* Diaco-

Diaconus, paſſi die 13. Teſri poſterioris [ideſt Novembris:] anno Perſecutionis ſecundo.

VI. Sciadoſtus (*Sadoſt*) Seleuciæ & Cteſiphontis Epiſcopus cum ſociis 128., quorum aliqui Presbyteri, Diaconi, & Clerici, aliæ Virgines ſacræ, anno ſecundo Perſecutionis, die 20. Scebat [Februarii.]

VII. Barſebias Cœnobiarcha, cum x. ſociis, & quodam Mago, eodem anno quo S.Milleſius (ideſt, Perſecutionis ſecundo) die 17. menſis Haziran (Junii.)

VIII. Narſes Epiſcopus Scehercadtæ & Joſeph ejus diſcipulus, unacum aliis xx. ſociis, anno Perſecutionis IV, die 10. Teſri poſterioris (Nov.) Item Joannes Epiſcopus, Sapores Epiſcopus, Iſaac Presbyter, Papas Presbyter, Uhanam Clericus, Guſtazades eunuchus: Laici, Suſanes, Mares, Timæus, Zachones: Bautha nobilis femina: Thecla, Danaca, Tatona, Mama, Mazachia, & Ana Virgines. Item Abiatha, Hatha, & *Mamelcha* Virgines.

IX. Daniel Presbyter, & Varda virgo Deo ſacra, exacto poſt B.Milleſii martyrium biennio, die 25. Scebat (Febr.) anno Perſecutionis IV.

X. Centum viginti Martyres, Anno Perſecutionis V. e quibus novem mulieres, reliqui Sacerdotes, Diaconi, Clerici, Virgines Deo ſacræ, die VI. menſis Niſan (Aprilis) a Jazdundocta nobili matrona ſepulti.

XI. Anno Perſecutionis VI. Barbaſceminus Epiſcopus Seleuciæ & Cteſiphontis, cum ſociis XVI., quorum alii Presbyteri, Diaconi & Clerici, die IX. Canun poſterioris (Januarii) Poſt Barbascemini obitum vacavit Sedes Seleuciæ &Cteſiphontis annos circiter viginti, ſæviſſimo Saporis edicto electionem diſturbante. Eodem vero tempore, quo Barbaſceminus martyrii coronam adeptus eſt, plurimi alii martyres variis in locis interemti ſunt, quorum nomina ſibi ignota ait auctor Actorum.

XII. Anno Perſecutionis VII. Jacobus Presbyter, & ſoror ejus Maria Virgo Deo ſacra die XVII. Adar (Martii.)

XIII. Iiſdem temporibus Tecla, Maria, Martha, Maria, & Ema, Virgines Deo ſacræ, a Paulo Presbytero apoſtata capitibus obtruncatæ die VI. Haziran (Junii.)

Anno

Digitized by Google

XIV. Anno Perſecutionis xv. Barhadbeſciaba Diaconus die 20. Thamuz (Julii.)

XV. Anno Saporis 53. Irruptione Perſarum in Romanam ditionem facta, captivi abducti ſunt ad IX. millia, inter quos Heliodorus Epiſcopus, Dauſas & Mariabus Presbyteri, Ebedjeſus Diaconus, aliique Presbyteri, Diaconi, Clerici, viri ac mulieres. Vide Acta martyrum Orientalium Par. I. pagin. 134. ad 140.

XVI. Anno Perſecutionis 36. Quadraginta martyres, in quibus Epiſcopi XVI., Abdas (*a*), Ebedjeſus, Abdalla, Simeon, Abraham, Aba, Jabael, Joſeph, Anes, Ebedjeſus, Abdalla, Johannes, Ebedjeſus, Manes, Barhadbeſciaba, Razichia, Abdalla, & Ebedjeſus. Diaconi IX. Eliabus, Ebedjeſus, Anes, Marjabus, Mares, Abda, Barhadbeſciaba, Simeon, Mares. Clerici VI. Papas, Evoleſus, Ebedjeſus, Phachida, Samuel, Ebedjeſus. Virgines Deo ſacræ VII. Maria, Tata, Ema, Adrane, Mama, Maria, Maracha: die 22. Jar (Maji.)

XVII. Per idem tempus, Bademus Cœnobiarcha cum VII. Sociis, die x. Niſan (Apr.) poſt cujus obitum, Monachi VII. Socii poſtquam in carcere ad 4. circiter annos manſiſſent, extincto demum Sapore Rege, dimiſſi ſunt.

XVIII. Anno Perſecutionis 37. Acepſimas Epiſcopus, Joſeph Presbyter, & Aithalas Diaconus: primus die x. Teſri prioris (Octobris) ſecundus Feria 6. hebdomadæ primæ Pentecoſtes: tertius fer. 4. hebdomadæ ultimæ Pentecoſtes. Vide me in Bibl. Orient. Tom. I. a pag. 185. ad 194. & Acta eorundem Martyrum Syriace & Latine a meo ex ſorore nepote Stephano Evodio Archiep. Apam. edita a pag. 10. ad 233.

Ad S. Simeonem redeo. Ejus Acta paſſum eum referunt die 14. Apr. Ita & Menol. Baſilianum. At Græci eum colunt die 17. Aprilis; Latini vero die 21. ejuſdem; hoc elogio: ,, In Perſide natalis S. Simeonis Epiſcopi Seleuciæ & Cteſiphontis, qui ,, jubente Sapore Perſarum Rege comprehenſus ferroque onuſtus, iniquis tribunalibus exhibitus, quum Solem adorare ,, nollet, & de Jeſu Chriſto voce libera & conſtantiſſima teſtaretur, primum carcerali ergaſtulo cum aliis centum, ex quibus alii Epiſcopi, alii erant Presbyteri, alii diverſorum ordi- ,, num

a Cum 35. Sociis.

„ num Clerici, longo tempore maceratus eſt. Deinde quum „ Uſthazanes (*a*) Regis nutricius, qui ante jam lapſus a fide, „ ſed per eum ad pœnitentiam fuerat revocatus, martyrium „ conſtanter ſubiiſſet, poſtridie, qui erat annuus Dominicæ „ Paſſionis dies, omnibus ante Simeonis oculis, qui unumquemque eorum ſtrenue exhortabatur, gladio jugulatis, noviſſime & ipſe decollatus eſt. Paſſi ſunt etiam cum eo clariſſimi viri Abdechalas & Ananias ejus Presbyteri. Puſicius quoque Præfectus Regis artificum, eo quod Ananiam titubantem corroboraſſet, collo circa tendinem perforato, & lingua „ exinde extracta, crudeli morte occubuit, poſt quem & filia „ ejus, quæ erat ſacra Virgo, necata eſt „. In Menol. Baſil. ad 14. Apr. Tom. 3. pag. 54. Simeon paſſus dicitur unacum Præpoſito [ideſt Puſicio] Presbyteris, Diaconis, aliiſque *centum & quinquaginta*. Ibid. ſubjungitur diſtinctum Synaxarium, primo de *Phaſic* (Puſicio) Præpoſito; ejuſque filia Virgine: deinde de mille martyribus & Azate eunucho, qui paſſi ſunt inter Fer. 6. Paraſceves, qua S. Simeon cæſus fuerat, & inter Dominicam in Albis. Item p. 56. de SS. Jacobo Presbytero & Aza Diacono: qui tamen non eodem, ac ii qui ſupra ſunt memorati, anno martyrium ſubiere. In Menæis Synaxarium ad XVII. Apr. legitur de S. Simeone & Sociis [editum in Actis Martyrum Orientalium Græce & Latine pag. 6.] Titulus: Τῦ ἁγίυ Ἱερομάρτυρος Συμεὼν Ἐπισκόπυ Περσίδος, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, Ἀβδελλᾶ Πρεσβυτέρυ, Χυσδαζὰτ, Φυσὴκ, καὶ ἑτέρων χιλίων ἑκατὸν πεντήκοντα: *Sancti Sacromartyris Symeonis Epiſcopi Perſidis, & Sociorum ejus, Abdellæ Presbyteri, Chuſdazat, Phaſec, & aliorum mille, centum, quinquaginta*. Ita & Sirleti Menologium ad XVII. Apr. Ubi *Abdellas* pro *Abdecala* (*b*) & *Chuſdazat* pro *Guſtazade* & *Phuſec* pro *Puſic*, dicuntur; omittitur autem *Ananias Presbyter*, & ſacra Virgo Puſicii filia: numerantur demum *mille*, *centum*, *& quinquaginta*, qui in Actis Syriacis S. Simeonis dicuntur *centum*; in Menol. Baſilii, *centum quinquaginta*. Ita & in hiſce Græcis Diſtichis, quæ Synaxario præmittuntur, eorum Sanctorum nomina, & numerum habes.

Ἐπι-

a *Guſtazades*.
b Syris *Abd-aicla*, ideſt, *Servus Templi*.

Ἐπίσκοπόν σε Συμεὼν ἐγὼ μέγαν:
Ἐκ δὲ ξίφȣς μέγιςον ἀθλητὴν ἔγνων:
Epiſcopum te, Symeon, ego magnum:
Ex gladio autem maximum pugilem agnovi.
Ἄρκτȣ τὸ δεινὸν Ἀβδελλᾶς ἔδυ ςόμα,
Βδέλλης ἀπλήςȣ τȣ̃ σατᾶν φυγὼν ςόμα.
Urſæ infeſtum Abdellas ſubiit os,
Hirudinis inſatiabilis Satanæ fugiens os.
Ἐπιξαπέντος τȣ̃ θύειν ἢ τεθνᾶναι,
Θανεῖν Χȣσδαζὰτ εἵλετο τμηθεὶς ξίφει.
Quum juſſus eſſet, ſacrificare, aut mori,
Mori Chuſdazat elegit, percuſſus gladio.
Τὸ δέρμα, Φȣσὴκ, ἐκδαρείτω μȣ λέγει,
Χιτὼν ὑφανθεὶς τȣ̃ Σατανᾶ ἡ κρόκη.
Cutis, Phuſec, detrabatur mibi, ait,
Tunica intexta Satanæ ſubtegmen.
Πίπτοντας ἀνδρῶν ἀμφὶ χιλίȣς ξίφει
Ἰδὼν ἔφης αὖ Παῦλε Μαρτύρων νέφος.
Cadentes viros circiter mille gladio
Videns, dixiſti, Paule, Martyrum nubem.
Τέμνȣσιν ἀνδρῶν ξιπλοπεντηκοντάδα,
Τὴν ξιπρόσωπον προσκυνȣ̃σαν ȣ̉σίαν.
Secant viros ter (a) quinquaginta,
In tribus perſonis adorantes eſſentiam:

Adjicitur verſus de S. Simeone ſolo.

Ἑβδομάτη Συμεὼν δεκάτη ἀπὸ αὐχένα τμήθη.
Septena decima Simeon dat colla ſecuri.

Mille igitur, qui Sanctis Centum [ſeu uti Græca habent, 150.] martyribus adduntur, ii ſunt, qui poſt S. Simeonem, inter feriam VI. Paraſceves, & inter Dominicam in Albis cæſi fuerunt, quemadmodum in Actis Syriacis num. IV. narratur.

Porro Acta S. Simeonis & Sociorum [præter Syriaca quæ ſupra laudavimus], habentur apud Sozomenum lib. 2. cap. 8. 9. & 10. quæ recitant Bollandiani Tom. 2. Apr. ad diem XXI. a pag. 845.

In Tabulis Capponianis, S. Simeon depingitur habitu Pontificali, nudo radiatoque capite, Palliatus, dextra benedicens,

a Acta Martyr. Orient. Part. 1. pag. 7. per errorem, *tricies quinquaginta*.

Digitized by Google

librumque clauſum læva geſtans. In Papebrochianis, a Pictore Muſco oſcitanter exhibetur ut Abbas vel Monachus. Quum autem ibidem ab eodem Pictore ad diem ſequentem, *Joannes* Gregorii Decapolitæ diſcipulus, non ut debuerat, monachi habitu, ſed Pontificio ſit repræſentatus, hinc palam fit, eundem Pictorem loco Simeonis Epiſcopi Joannem monachum, & loco Joannis monachi, Simeonem Epiſcopum depinxiſſe.

Quiſnam autem ſit *Acacius*, qui in Capponianis noſtris, tamquam Epiſcopus, Simeoni Epiſcopo & martyri adjungitur; exponunt doctiſſimi Bollandiani Tom. 3. Martii ad diem XXXI. pag. 903. nimirum is eſt *S. Acacius Epiſcopus Melitenæ & Confeſſor*, de quo in parvo Græcor. Menologio a Genebrardo Latine reddito, ad hanc diem XVII. Apr. iſta leguntur: *Simeon Perſa Epiſcopus, & Acacius Melitinæ Epiſcopus*. Ita & ad eandem diem XVII. Apr. Menæa MSS. Taurinenſia Ducis Sabaudiæ, Regis Sardiniæ: *μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις πρς ἡμῶν Ἀκακίου Ἀρχιεπ. Μελιτηνῆς τοῦ Θαυματουργοῦ*: *Memoria S. P. N. Acacii Archiep. Meletinæ, Thaumaturgi*. Agunt Græci de eodem ad 31. Martii: *τοῦ ὁσίου πρς ἡμῶν Ἀκακίου Ἐπισκόπου Μελιτηνῆς τοῦ ὁμολογητοῦ*, *S. P. N. Acacii Epiſcopi Meletinæ Confeſſoris*: cum Synaxario, & hiſce verſibus.

> Πρώτῃ Ἀκακίῳ βιότου πέρας ἐν τριακοστῇ.
> *Trigeſima prima Acacius finem adeptus eſt vitæ.*
> Ἀκακίῳ θνήσκοντι τῷ γῆς Ἀγγέλῳ,
> Χώραν ἑτοιμάζουσιν Ἄγγελοι πόλου.
> *Morienti Acacio, qui fuit terræ Angelus,*
> *Polum incolentes Angeli locum parant.*

Ejuſdem fit commemoratio in Menol. Baſil. ad diem XXIX. Martii, cum hoc Synaxario, quod iiſdem fere verbis legitur in Menæis ad XXXI. Martii. „ S. P. N. Acacius, Confeſſor Chriſti, „ vixit iniquo Decio imperante. Quum autem Chriſtum prædicaret, ab idololatris eſt comprehenſus: vinctuſque ad Marcianum regionis præfectum adductus fuit: cui adſtans, nomen Domini confeſſus eſt, diſſeruitque de divinitate, deque „ Chriſti diſpenſatione, & de Cherubim atque Seraphim; Græcorum autem riſit Deos, eorumque errorem arguit. Quare „ graviſſime tortus, in carcerem eſt conjectus. Commentaria „ interim de eo ad Decium Imp. Marcianus tranſmiſit, qui mandavit, ut ſanctus abſque injuria & cruciatu dimitteretur.

„ Hunc

„ Hunc in modum dimiſſus, Chriſti ſtigmata in carne ſua circumferens, pluresque illuminans, & ad Chriſti gregem deducens; miraculis & doctrinis oppido clarus, in pace requievit „. Mirum, quam hujus S. Acacii nomen in Martyrologiis Latinis ſit corruptum: *Achatius*, enim, *Achartius*, *Acatius*, & *Acarius*, dictus reperitur. Vide Bollandianos Tom. 3. Martii pag. 903. & ſeq. Quod autem in Baſiliano dicitur de eodem, *diſſeruit de Divinitate &c.*, id refertur ad *Acta diſputationis*, quæ ſub ejus nomine e Latinis MSS. Codicibus, & Mombritio edidere iidem Bollandiani Tom. cit. pag. 904. Initium: „ Quotieſcumque ſervorum Deiglorioſa facta memorantur, illi referimus gratias, qui & patientem tuetur in pœna, & victorem coronat in gloria. Marcianus itaque Conſularis a Decio Imp. provectus; Chriſtianæ legis inimicus, quemdam Chriſtianum nomine Acacium adduci juſſit, quem ſcutum quoddam & refugium Antiochiæ religionis (a) audierat „. Cetera ibi legenda: nam ſunt Acta Proconſularia. In MS. Cod. Barocc. 148. in Bibl. Bodlejana, Vita S. Acacii Melitenes Epiſcopi: οὗτος τοίνυν ὁ ἅγιος. In Menæis excuſis ad xv. Sept. recolitur Inventio Reliquiarum ejuſdem: ἡ εὕρεσις τοῦ λειψάνου, τοῦ ἁγίου Ἀκακίου Ἐπισκόπου Μελιτινῆς. *Inventio Reliquiarum S. Acacii Epiſcopi Melitinæ*: ubi adduntur hi verſus.

Τιμῶντες ἡμεῖς εὕρεσιν σοῦ λειψάνου,
Εὕροιμεν, Ἀκάκιε, τῶν κακῶν λύσιν.
Inventionem nos tuarum Reliquiarum honorantes,
Finem malorum inveniamus, Acacie.

XVIII.

S. JOANNES.

Kalend. Moſcovit. *Prepodob. Joanna*, *S. Joannis*. Poſſevin. *S. Patris Joannis*. Papebroch. *Joannes*. *Sabas*. *Athanaſia*. Menol. Baſilianum de *S. Saba* Gotho Mart. ad xv. Apr. De ſancto vero *Joanne*, diſcipulo S. Gregorii Decapolitæ, ad hanc diem XVIII. Apr. De *Athanaſia* autem ſilet. Martyrol. Rom. ad XII. Apr. „ In Cappadocia Sancti Sabæ Gothi, qui ſub Valente Imper., quum Athanaricus Gothorum Rex Chriſtianos inſequeretur, poſt dira tormenta in flumen projectus eſt. Quo etiam tempore (ut S. Auguſtinus ſcribit) quamplurimi ex Gothis Orthodoxis martyrii corona ſunt inſigniti „.

 Ex-

a Al. *regionis*.

Digitized by Google

Exſtant ejus Acta, ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ ἡ παροικοῦσα ἐν Γοτθίᾳ, Græce e MS. Vaticano 1660. in Actis Sanctor. Tom. 2. April. pag. 966. & Latine pag. 88. Exſtant & Latine apud Surium ad 12. Apr. & Metaphraſtæ tribuuntur. Vide Baron. in not. ad 12. Apr. Græci agunt de Sancto Saba ad 18. Apr. τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Σάββα τοῦ ςρατηλάτου, *S. Martyris Sabbæ tribuni militum*. Cum Synaxario, & hiſce verbus.

> Ὀγδοάτῃ δεκάτῃ ποταμοῦ Σάββαν κτάνε ῥεῖθρον.
> *Octava decima fluvii Sabbam enecat unda.*
> Ὑπελθε Σάββα φθαρτὸν ἡδέως ὕδωρ,
> Ὡς αὖ πίνῃς ἄφθαρτον ἡδονῆς ὕδωρ,
> *Mortale flumen leniter, Saba, ſubi,*
> *Ut flumen immortale lætitiæ bibas.*

Martyrio coronatus dicitur in Actis Græc. Lat. „ Quinta die Sab„ bati poſt Paſcha, ideſt, pridie Idus Aprilis, Valentiniano „ & Valente Imperatoribus, Conſulatum gerentibus Modeſto & „ Arintho: Ideſt, anno Chr. 363. (non 372. uti habet Fabric. Tom. IX. Bibl. Græc. pag. 139.)

Joannes S. Gregorii Decapolitæ (*a*) Diſcipulus, colitur in utroque Menolog. ad 18. Apr. & in Menæis quidem ſic: τοῦ ὁσίου πρς ἡμῶν Ἰωάννου μαθητοῦ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Δεκαπολίτου. *S. P. N. Joannis, diſcipuli S. Gregorii Decapolitæ*, cum officio, ſed ſine Synaxario. Quod tamen Synaxarium de eodem Joanne diſcipulo Decapolitæ in Menæis habetur ad XI. Aprilis: cum hoc diſticho.

> Ἰωάννη σκίρτησον ὡς Ἰωάννης·
> Οὐ γαςρὸς ἐντὸς, ἀλλὰ τῆς Ἐδὲμ ἔνδον.
> *Joannes, exulta ut Joannes,*
> *Non tamen in ventre, ſed intus in Paradiſo.*

At in Menol. Baſiliano hoc fere ipſum habetur Synaxarium: „ S. P. N. Joannes a teneris unguiculis mundum odio habuit, „ & Chriſtum amore complexus, ad magnum Gregorium De„ capolitam acceſſit, & ab eo monachus factus, exinde unacum „ ipſo vitæ certamina ſuſtinuit, in omnibus Deo inſerviens. „ Uſque adeo autem in obedientia celebris, in ſubjectione ob„ ſequens, & ad miniſteria quæcumque paratiſſimus fuit, ut „ magnus Gregorius de ipſo maxime gauderet, Deumque glo- „ rifi-

a Non in *Decapoli* Syriæ, ſed in *Decapoli* Iſauriæ. Vide Bolland. ad 18. Apr. pag. 583. num. 1.

Digitized by Google

„ rificaret. Poſt mortem vero S. Gregorii, ipſiuſque ad Deum „ (*a*) tranſitum, abiit in regionem longinquam & incognitam, „ quia & Dominus peregrinum egerat atque apud extraneos fuit „ natus, & multa ſuſtinuit. Deinde ſacra loca petens, in B. Cha„ ritonis Lauram ſe recepit, ibique ſe ipſum pluribus virtutis „ exercitationibus addixit. Atque ita quum recte vixiſſet, in „ pace ad Deum pacis, quem impenſe amaverat, emigravit „. In vita S. Joſephi Hymnographi, dicitur Joſephus a ſua captivitate Cretenſi liberatus, S. Gregorium Decapolitam mortuum reperiſſe ac luxiſſe, ac dein num. 24. ſubjungitur, quod „ in eodem loco S. Joſephus conſtanter perſeveraverit, in quo „ divinus Gregorius incluſus philoſophica ſeſe in palæſtra exer„ cuerat: elegitque ſibi ſocium laborum ſuorum Joannem quem„ dam, qui magni Gregorii diſcipulus erat atque æmulator; „ cum quo multo tempore vitam traducens, videbatur ſibi Gre„ gorium ipſum videre, ac multa dabat & accipiebat virtutum „ documenta. Etenim Joannes etiam plurimas in lingua chari„ tes reſidentes habebat. Poſtquam autem iſte ſimiliter jejuniis „ vigiliiſque corpore edomito atque conſumto ad Deum emi„ gravit; divinus Joſeph, loco illo relicto, in magni atque „ aurea lingua præditi Joannis templo libenter converſabatur, „ in quo tamquam theſaurum quemdam, ſacratiſſimas Grego„ rii reliquias, ejuſque diſcipuli collocavit „. Joannes itaque Gregorii diſcipulus e monaſterio illo quod in Bithynia ſitum erat, non diſceſſit: adeoque ad alium *Joannem*, Palæolauritam ſcilicet, referenda ſunt, quæ in Menol. Baſiliano ab iis verbis, *Poſt mortem S. Gregorii* &c. uſque ad finem recitantur. Colitur hic alter *Joannes*, dictus *Palæolaurita*, in Menæis ad xx. Apr. de quo iſtud exſtat elogium: τῦ ὁσίȣ πρς ἡμῶν Ἰωάννȣ τῦ Παλαιολαυρίτȣ. *S. P. N. Joannis* (*b*) *Palæolauritæ*.

Νέον τι κέρδος τὸν παλαιολαυρίτην
Ἰωάννην χαίρȣσιν εὑρόντες νόες.
Novum lucrum, Lauræ veteris incolam
Joannem invenientes mentes, exultant.

Ideſt, in vetere Laura novum reperiens lucrum, Angelica turba exultat. Synaxarium. „ Hic ab incunabulis amore

„ Dei

a S. Gregorii mortem ad ann. circiter 850. contigiſſe, conjectantur Bolland. ad 18. Apr. pag. 584. col. 2.

b De S. Jo. Palæolaurita Bolland. ad 19. Apr. pag. 625. De Diſcipulo vero S. Greg. Decapolitæ ad 18. Apr. pag. 583.

„ Dei ſaucius, Deo adhæſit, relictiſque mundi voluptatibus „ & gloria vitæque ſplendore, relicta patria & domeſticis, ſu- „ blataque Chriſti cruce, in alienam & ignotam venit provin- „ ciam, imitatus Chriſti qui in peregrino ſolo natus & in pere- „ grinatione vitam egit. Quumque ſacra loca inviſiſſet, in „ B. Charitonis Laura manſit, & omne virtutum genus præcla- „ re exercuit, ac demum ex peregrinis hoſpitiis, in cæleſtia, „ beata atque æterna tabernacula migravit „. Hic autem Joan- nes in Typico S. Sabæ ab altero S. Gregorii diſcipulo diſtingui- tur, dum ille ad XVIII. hic ad XX. Apr. ponitur. Quando au- tem Palæolaurites vixerit, aut unde ortus fuerit, Græci non exponunt. Cæterum de S. Gregorii diſcipulo, in Martyr. Rom. ad 27. Apr. agitur, hoc elogio: *Conſtantinopoli S. Joannis Ab-* „ *batis*, qui pro cultu ſacrarum Imaginum ſub Leone Iſaurico „ plurimum decertavit „. Delendum tamen *Iſaurici* nomen; nam S. Gregorius Decapolita ejuſque diſcipulus Joannes ſub Leone Armenio pro ſacris Imaginibus decertarunt, non ſub Iſau- rico, quemadmodum ſupra in S. Joſepho Hymnographo di- ctum eſt.

Culcinius in Specim pag. 79. ad XVIII. Apr. „ In meis li- „ bris recenſentur hac die *Jo. Diſcipulus Gregorii Decapolitæ*: „ *Coſmas Epiſcopus Chalcedonenſis*, qui obiit anno 816. & *Jo*: „ *Epiſcopus Antiochenus*, qui claruit ſub Theodoſio juniore. „ Eradendus eſt itaque Sabas Gothus Martyr, qui apud me „ commemoratur die XV. præſentis: nam ipſe non fuit mona- „ chus; & loco ipſius ponendus *Jo: Diſcipulus Decapolitæ*. Lo- „ cus vero Joannis reſtituendus vel *Joanni Antiocheno*, vel „ *Coſmæ Chalcedonenſi Præſulibus* „. In tabulis ſiquidem Papebroch. ad XVIII. Apr. Pictor Moſchus primo depingit *Epiſcopum*, cum Epigraphe Ιω. ideſt *Joannes*: deinde *monachum* cum titulo Σαββα. tertio Athanaſiam habitu ſanctimonialium. Atqui *Joannes* Decapolitæ Diſcipulus non fuit *Epiſcopus*, neque *Sabbas* monachus. Aut itaque primus ut monachus depingi de- buit, ut ſignaret Joannem Decapolitæ diſcipulum, & ſecundus *ut miles*, ut denotaret Sabam Gothum: Aut delenda *Sabæ* Go- thi epigraphe, & loco ipſius ſubſtituendum nomen *Joannis* mona- chi, & pro *Jo. Epiſcopo*, intelligendus, non quidem *Jo: An- tiochenus* (uti Culcinius conjectatur) ſed *Georgius Antiochiæ in Piſidia Epiſcopus*, qui ex monacho factus Epiſcopus, multa pro

ſacris

Digitized by Google

ſacris Imaginibus paſſus, in exilio vitam conſummavit, de quo Synaxarium habetur tam in Menolog. Baſilii, quam in Menæis ad hanc diem XVIII. Apr. nec non in Martyrolog. Rom. cum hoc elogio: „ Antiochiæ Piſidiæ S. Georgii Epiſcopi, qui ob cul- „ tum Sanctarum Imaginum exul occubuit „. Vide Bolland. ad hanc diem pag. 626. Verum, quum Pictor Moſchus ſive in picturis ſive in epigraphe erraverit, nos picturam potius, quam inſcriptiones emendantes, dicimus, primum monachi habitu (Joannem ſcil.) depingendum eſſe: alterum ut militem, nempe Sabam Gothum. Præterea, quum in Græcis Menæis ad 27. Apr. *Joannes Catharorum monaſterii Hegumenus* pro ſacris Imaginibus decertaſſe dicatur ab anno 787. quo Synodus Nicæna celebrata eſt, uſque ad annum circit. 832. quo in exilio ſub Theophilo Imp. occubuit, (quemadmodum & Bollandiani ad 27. Apr. pag. 496. demonſtrant) Baronium erraſſe manifeſtum eſt, dum Joannem Decapolitæ diſcipulum cum hoc Joanne Catharorum Hegumeno confundit, & in Martyrol. Rom. ejus elogium ſic reformandum: *Qui ſub Leone Armenio & Theophilo Imp. pro cultu ſacrarum Imaginum varia certamina & exilia perpeſſus eſt.*

Athanaſia, vidua ac ſanctimonialis in inſula Ægina, cum longo elogio celebratur a Græcis in Menæis: *τῆς ὁσίας μητρὸς ἡμῶν Ἀθανασίας*, *Sanctæ Matris noſtræ Athanaſiæ*: & in Menol. Sirleti, in tabulis Kalendarii Moſcovitici. In Actis Græcis dicitur mortua eſſe pridie feſti Aſſumptionis Deiparæ, ac proinde Lipomanus ejus vitam, uti & Martyrol. Romanum, ad 14. Auguſti celebrat, cum hoc elogio: *In Ægina inſula S. Athanaſiæ viduæ monaſtica obſervantia & gratia miraculorum illuſtris*. Baron. in not. ad 14. Aug. „ Agunt de eadem hac die „ Græci in Menolog. Ejus autem Acta deſcripſit Metaphraſtes, „ quæ Surius retulit in Tom. 4. hac die: in quibus dum mentio „ habetur de S. Joannicio, qui ea quæ de ipſa eſſent futura „ prævidit, colligi poteſt eam vixiſſe circa tempora Michaëlis & „ Theodoræ Auguſtorum. Alia fuit ejuſdem nominis clariſſima „ femina, quæ Conſtantinopoli vixit cum S. Matrona, de qua „ plura in Actis ejuſdem Matronæ apud Lipom. Tom. 5. Itemque ejuſdem nominis alia, de qua inferius ad VII. Idus Octo- „ bris, ideſt Athanaſia conjux S. Andronici, de qua Martyrol. „ Rom. ad IX. Octobris. Porro S. Athanaſiæ hujus Æginenſis

vita

vita Latina incipit: *Apoſtoli Pauli præceptum eſt*, auctore Synchrono, in Actis Sanctorum Tom. 3. Auguſti, ad 14. ejuſdem menſis pag. 170. collata cum Græca, cujus titulus: βίος καὶ πολιτεία τῆς ὁσίας μητρὸς ἡμῶν Ἀθανασίας, καὶ μερικὴ τῶν αὐτῆς θαυμάτων διήγησις: *vita & converſatio S. Matris noſtræ Athanaſiæ, & peculiaris miraculorum ejus narratio*. Apud Surium ſic inſcribitur: „ vita & inſtitutio S. Matris noſtræ Athanaſiæ, ejuſ„ que miracula a quodam viro pio narrata, qui partim ea vi„ dit, partim a mulieribus ipſius matris familiaribus audivit „. Annus obitus ejus apud Surium notatur annus 856., annus vero circiter 860. placet Caſtellano in ſuo Martyrol. univerſali: errant tamen Wionus ac Bucellinus qui circa ann. 1050. Sanctam ponunt. „ Culcinius in Specim. pag. 79. De S. Athanaſia nil ha„ bent hac die (XVIII.) Apr. mei libri: ſed novi ipſius ſancti„ tatem, & vitam compendio Actorum Ordinis mei (*Baſiliani*) „ inſerui ex Surio. Scripturam, quam (in Tab. Papebroch.) ma„ nu præfert hæc Sancta Abbatiſſa, legi & intellexi tantum, „ *Hoſpodi*, Domine, ab initio; cætera non bene exarata nemo „ prorſus intelliget.

XIX.

JOANNES.

Kalendarium Moſcoviticum: *Pr. Joanna Betchop.*, *Sancti Joannis veteris Lauræ*. Poſſevinus perperam, *S. Patris Joannis Eutychii*. Papebrochius, *Joannes: Palæolaurita Monachus*. *Cur ei Poſſevinus hic addat nomen* Eutychii, *non divinamus, nec Vitam ſeorſim ſcriptam invenimus*. Nomen Βετχον. quod abbreviatum, *veterem Lauram* ſonat, Poſſevinus in *Eutychii* convertit. Porro de Joanne Palæolaurita vide ſupra obſervata ad diem antecedentem, quibus adde. In Menologio Baſiliano de eo agitur ad 26. Julii, ſine tamen Synaxario, ſic: καὶ μνήμη τοῦ ὁσίου Ἰωάννου τοῦ Παλαιολαυρίτου: *Et Commemoratio Sancti Joannis Palæolauritæ*. Eadem verba in Menæis excuſis ad 26. Julii: καὶ τοῦ ὁσίου Ἰωάννου τοῦ Παλαιολαυρίτου, & nihil aliud. Ephemerides Metricæ de *Theodoro*, non de *Joanne*, ſic:

Ἀμφ' ἐνάτῃ δεκάτῃ Θεοδώρῳ σταυρὸς ἄεθλος.
Crux decima nona certamen ſit Theodori.

Deſignatur Sanctus Theodorus cum Philippa matre Martyr Perge in Pamphylia, de quo Latini ad xx. Septembris, & Græci ad XIX. Aprilis.

THEO-

Digitized by Google

XX.

THEODORUS.

Moſcovit. Kalend. πρεπ. Θεοδώρα, *S. Theodori*. Poſſevinus perperam: *S. Patris Theodoſii*, pro *Theodori*. Papebroch. *Theodorus*. Græci in utroque Menologio, τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου τοῦ Τριχινᾶ, *S. P. N. Theodori, qui Trichinas cognominatus eſt*, hoc eſt, *Piloſus*, utpote qui veſtem ex pilis contextam geſtaret; cum Synaxario. Latini de eodem in Martyrol. Romano ad hanc ipſam diem: „ S. Theodori Confeſſoris, ab aſpera „ cilicii veſte qua tegebatur, cognomento Trichinas, qui mul- „ tis virtutibus, præſertim adverſus dæmones, claruit: ex cu- „ jus corpore unguentum ſcaturiens, ægrotis ſanitatem imper- „ tit „. Hexametrum Græcum:

Εἰκάδι σὸς, Θεόδωρε, λιπ᾽ ὄστεα θυμὸς ἀγήνωρ.
Mens tua, vicena, Theodore, eſt carne ſoluta.

Pictor Moſchus in Tabulis Papebrochianis ad XX. hujus, pro Theodoro Trichina, exhibet Epiſcopum; Trichinam autem differt ad diem ſequentem poſt Sanctum Januarium Epiſcopum, eundem Trichinam Theodorum depingens cilicina veſte tectum. Tabulæ etiam noſtræ Capponianæ repræſentant hac die XX. Apr. *Theodorum* habitu Pontificio indutum; eademque oris & veſtimentorum forma, ac *Theodorum* Sicæotam Epiſcopum Anaſtaſiopolis, qui in iiſdem Tabulis ad XXII. hujus colitur. Error proinde Pictoribus imputandus.

XXI.

JANUARIUS, ET SOCII. THEODORUS.

Kalendarium Moſcoviticum: *Muc. Januaria, Martyris Januarii*. Poſſevinus perperam: *S. Martyris Varii*, pro, *Januarii*. Papebrochius: *Januarius, Theodorus, Anaſtaſius*. In Menæis hac die: τοῦ ἁγίου Ἱερομάρτυρος Ἰαννουαρίου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, *Sancti Sacromartyris Januarii, & Sociorum ejus*, cum Officio, & Synaxario, τοῦ ἁγίου Ἱερομάρτυρος Ἰαννουαρίου Ἐπισκόπου, Προβέλου (a), Σώσου, καὶ Φαύστου Διακόνων, Δησιδερίου Ἀναγνώστου, Εὐτυχίου, καὶ Ἀκυτίωνος, *S. Sacromartyris Januarii Epiſcopi, Probuli, Soſſi, & Fauſti Diaconorum, Deſiderii Lectoris, Eutychii, & Acutionis*. Error in nominibus, quæ ſunt, *Proculus, Soſius, Feſtus, Eutyches, Acutius*. Hexametrum.

(a) Leg. Προκύλου, Σωσίου, Φήστου, Εὐτύχους, Ἀκυτίου.

Τὴν Ἰαννυάριοιο κάρην τάμεν εἰκάδι πρώτῃ.
Vicena prima caput amittis Januari.

Subjungitur Synaxarium, cum quatuor diſtichis, quorum 1. de Januario, 2. de Soſſo, Proculo & Feſto, 3. de Deſiderio, 4. de Acutio & Eutychio: tum narratur breviter eorum martyrium, Diocletiano Imperatore, ſub Timotheo Campaniæ Præſide; demum Januarii miraculum poſt mortem recitatur in filio viduæ Maximinæ, qui mortuus ex palliolo cum Sancti effigie ei ſuperſtite, ad vitam ſuſcitatus eſt. Menologium Baſilianum hac die de SS. Januario & Sociis nihil; ſed ad diem XIX. Septembris Tom. 1. pag. 52. hæc habet: „ Certamen Sacroſancti Martyris Januarii Epiſcopi Beneventi, & Sociorum ejus. Sacroſanctus Martyr Januarius unacum Sociis, Diocletiano Imperatore, claruit. Erat autem urbis Beneventi Epiſcopus: ob Chriſti vero confeſſionem in vincula Puteolis conjectus fuit, unacum Soſſo, Proclo, Eutychio, & Acuſtio Diaconis. Timotheus autem regionis Præfectus Puteolos profectus, quum Sanctum in vinculis reperiſſet, è carcere eductum, in caminum injecit. Sed quum inde illæſus & incolumis evaſiſſet, majori furore correptus, præcepit lictoribus, ut nervos pedum ejus præciderent. Quod ſupplicii genus quum Sanctus fortiter pertuliſſet, iterum in cuſtodiam conjicitur. Quum autem Feſtus & Deſiderius Clerici ex urbe Benevento viſitandi eum cauſa veniſſent, comprehenſi & ipſi, vinculis unacum Epiſcopo & Diaconis in carcere conſtringuntur. Inde educti, & ad beſtias damnati, neque ab iis læſi, Præfecti juſſu, capite plexi ſunt „. Pictor Menolog. Baſiliani exhibet Sanctum Januarium inclinantem caput, & Satellitem enſem evaginatum tenentem, ad ejus caput amputandum: è regione ſtantes quinque ſocios Januarii, hinc vero leonem & inde lupum. Latini in Martyr. Romano de iiſdem agunt ad XIX. Septembris. Acta a Joanne Diacono deſcripta recitat Sur. tom. 5. & Mombritius Tom. 2. Extant, Baronio teſte, in Bibl. Vallicellana alia, in quibus notantur Conſules, quibus iidem Martyres paſſi ſunt, nimirum *Conſtantio V. & Maximiano Coſſ.* ideſt, anno Chriſti 305. Exordium: *Temporibus Diocletiani Imp. Conſulatu Conſtantii quinquies & Maximiani*. Hæc eadem Acta cum eruditis notis edidit cl. Mazochius in Append. ad Tom. 1. Commentarii ſui in vetus Marmoreum Sanctæ Neapolitanæ Ec-

clesiæ

eleſiæ Kalendarium a pag. 269. ubi ea vocat *Acta ſincera Sancti Januarii Mart. atque è Græco olim translata*: confert demum cum Actis Græcis quæ exſtant in Menologiis, cumque aliis quæ cl. Falconius in unum faſciculum collecta edidit. Vide eum a pag. 265. ubi Acta omnia recenſet.

Theodorus, juxta Pictorem Tabulæ Papebrochianæ, alius non eſt a Theodoro Trichina: ſic enim cilicina veſte indutus repræſentatur. Verum, quia Græci de Trichina die antecedenti agunt, ut ſupra dictum eſt, idcirco deſignatur hac die XXI. Aprilis *S. Theodorus Martyr* Perge in Pamphylia, cujus fit apud Græcos commemoratio ad XIX. hujus, apud Latinos vero ad XX. Septembris: & in Menæis quidem, in hæc verba: *μνήμη τοῦ ἁγίου* Μάρτυρος Θεοδώρου τοῦ ἐν Πέργῃ (a) τῆς Παμφυλίας, *Commemoratio S. Mart. Theodori in Perge Pamphyliæ*. Hexametrum ſupra recitavi; diſtichon accipe:

> Κοινωνὸς ὤφθης Θεοδώρε τοῦ πάθους
> Τῷ καὶ παθητῷ καὶ παθῶν ὑπερτέρῳ.
> *Particeps in paſſione, Theodore, ei apparuiſti,*
> *Qui & paſſibilis factus eſt, & paſſionibus ſuperior.*

Subjungitur Synaxarium bene prolixum, in quo dicitur ſub Antonino Imperatore, & Theodoto Præſide in cruce ſuſpenſus, paſſique cum ipſo *Philippa* mater, capite plexa, & *Socrates* atque *Dionyſius* milites, lanceis transfixi. Additurque de Sancta Philippa Theodori matre, hoc diſtichon:

> Φιλῶ Φιλίππαν ὡς Ἀθλητοῦ μητέρα:
> Φιλῶ Φιλίππαν καὶ ὡς Ἀθληφοροῦσαν.
> *Amo Philippam tamquam Athletæ matrem:*
> *Amo Philippam & tamquam Athletico agone illuſtrem.*

In Menologio Baſiliano agitur de hoc Theodoro ad XXI. Septembris: ubi pictura repræſentat Theodorum cruci affixum, matrem Philippam caput lictori obtruncandum offerentem, Socratem & Dionyſium truncato capite jacentes. Synaxarium ita ſe habet Tom. I. pag. 57. „ Certamen S. Mart. Theodori, „ qui in Perge Pamphyliæ urbe martyrium paſſus eſt. Theodo„rus Martyr claruit Antonino Romanorum Cæſare, ante San„ctum Theodorum qui Amaſeæ martyrium ſubiit, annis 76. „ natus. Militavit autem & ipſe in Tyronum legione, quod & „ ætate florens, & ſtatura magnus, & forma oris venuſtus eſ-

 „ ſet,

(a) In Menæis excuſis, πέργη, Typographi oſcitantia.

Digitized by Google

„ ſet. Sed quum Idolis ſacrificare cogeretur, neglecta terre„ ſtri militia, atque Imperatore corruptioni obnoxio; ego, in„ quit, cæleſti Regi Chriſto ſtipendia facio, ex quo baptizatus „ ſum; terreno autem ſervire nolo. Quare correptus a Præſi„ de cæſuſque, in fornacem injicitur. Sed quum inde, ne mi„ nimum quidem detrimentum paſſus, exiiſſet, ea res milites „ duos Socratem, & Dionyſium, miraculi magnitudine atto„ nitos, ad fidem Chriſti pertraxit: ſtatimque capite damnati „ ſunt unacum Philippa Sancti Theodori matre, quæ paulo „ ante viſendi filii ſtudio venerat. Theodorus autem variis „ primum tormentorum generibus excruciatus, noviſſime in „ crucem actus, in cælos lætus evolavit „. Henſchenius Synaxarium iſtud fortaſſe non legerat, dum in prætermiſſis ad XIX. Aprilis pag. 618. col. 2. de *SS. Theodoro*, *Philippa*, *Socrate & Dionyſio* ſic ſcribit: „ Memorantur in Menæis, Me„ nol. Sirleti, & MS. Synaxario Claromontano, in quo iterum „ XXI. Septembris, & in Menolog. Baſilii Imp., non additis „ Socrate & Dionyſio XX. Septembris. At Baronius SS. So„ cratem & Dionyſium hoc die (XIX. Apr.) retinuit, non in„ dicato loco „. Atqui in Menologio Baſilii non ad XX. Septembris, ſed ad XXI., neque ſine Socrate & Dionyſio, ſed unacum Theodoro diſertim memorantur Socrates, & Dionyſius. Culcinius quoque allucinatur, dum in Specim. pag. 79. ad XXI. Aprilis, hunc Theodorum facit Pergæ Epiſcopum, ſic ſcribens: „ Divo Januario Epiſcopo ac Sociis, additur hac die Sacromar„ tyr Theodorus Epiſcopus Pergæ in Pamphylia „. In Menologiis Græcorum neque Sacromartyr dicitur, neque Epiſcopus, ſed Sanctus Martyr Theodorus, idemque miles in Tyronum legione.

Anaſtaſius in Menæis ad XXI. Aprilis colitur cum Synaxario: at in Menologio Baſilii ad diem XX. cum hoc elogio: „ Me„ moria S. P. N. Anaſtaſii (*a*) Sinaitæ. Pater noſter Anaſta„ ſius divino ſpiritu afflatus, mundum & omnia quæ in eo ſunt, „ relinquens, ſuamque crucem tollens, juxta ſacri Evangelii „ præceptum, alacri animo ſecutus eſt Chriſtum, & abiens ad „ quoddam Monaſterium, ibidem factus eſt monachus. Cu„ piens autem majora ſubire certamina, & perfectiorem adipi„ ſci virtutem, Hieroſolyma petiit: quumque ſancta ac vene„ randa

a Σινᾶ Ὄρυς *Sinai Montis.*

„ randa loca adoraſſet, abiit in montem Sinai. Ubi quum ſan„ ctos viros inveniſſet monaſticam vitam exercentes, apud ipſos „ permanſit, obediens eis, & prompto animo inſerviens: ob „ ſui vero animi demiſſionem accepit a Deo donum ſcientiæ & „ multiplicis ſapientiæ. Unde & SS. Patrum Vitas conſcripſit, „ & multos ad animarum profectum ſermones compoſuit: quo„ rum plures deinde reperti, diſcendi ſtudioſis propoſiti ſunt „ in animarum ſalutem & utilitatem. Poſt hæc Deo placens, „ & gratus, in pace deceſſit „. In Menæis excuſis additur hoc diſtichon:

Ἀναστάσιος ἐν Σινᾶ Μωσῆς νέος
Καὶ πρὶν τελευτῆς τὸν Θεὸν βλέπειν ἔχει.
Anaſtaſius in Sina Moſes novus
Deum videre meruit ante exitum.

In Tabulis Papebrochianis exprimitur non ut Epiſcopus, ſed ut Monachus, & quidem abſque ſtola, qua fere Hegumeni ſive Abbates ibidem ſolent deſignari. Recte enim Henſchenius oſtendit a pag. 850. ad xxi. Aprilis hunc Anaſtaſium diverſum fuiſſe ab Anaſtaſio Pchā Antiocheno, qui ſedem illam ab an. 561. obtinuit, deturbatuſque anno 572. ſubſtituto Georgio [imo Gregorio] cujus poſt mortem, priſtinam dignitatem recuperavit, anno 592. [imo ante 593. uti Quienus oſtendit] & in ea vixit uſque ad annum 598. aut ſequentem, quando illi mortuo ſucceſſit alter *Anaſtaſius*, *Martyr* nuncupatus, quod a Judæis excarnificatus eſt circa annum 608. aut ſequentem. Inſcriptus eſt hic Martyrol. Rom. ad (*a*) xxv. Decembris, uti prior Anaſtaſius ad xxi. Aprilis cum hoc elogio: *Antiochiæ Sancti Anaſtaſii Sinaitæ Epiſcopi*. Et in notis indicatur *de eodem agere Græcos hac die in Menologio*, qui ſane Anaſtaſii Sinaitæ meminerunt, ſed nulla facta mentione *Antiochiæ*, aut *Epiſcopatus*. Hæc Henſchenius: additque, Anaſtaſium Sinaitam monachum perveniſſe uſque ad tempora Heraclii Imperatoris, qui ab anno 610. ad 641. imperavit: quippe qui deſcribit olim, ſed ſua adhuc ætate, ſub Mauricio Imperatore facta. Ejuſdem ſcripta recenſet cap. 3. pag. 852. col. 2. eaque diſtinguit ab operibus Anaſtaſii Pchæ Antiocheni cap. 4. pag. 853. Qua in re a Gulielmi

a Imo ad xxi. Decembris hoc elogio: „ Antiochiæ Sancti Anaſtaſii Epiſcopi, & „ Mart. qui Phoca imperante, a Judæis ſæviſſime necatus eſt „. Agunt de eo Græci ad xx. Aprilis *τοῦ ἁγίου Ἱερομάρτυρος Ἀναστασίου* cum diſticho.

Digitized by Google

lielmi Cavei opinione quamlongiſſime recedit, qui tres quidem Anaſtaſios diſtinguit, duos nimirum Pchãs Antiochenos, de quibus agit pag. 344. & 357. & unum monachum montis Sinai, quem pag. 392. vixiſſe ait circa annum 685. Priorem tamen Pchãm vocat *Sinaitam*, quod ante Pchãtum in monte Sina monachum egiſſet, eique tribuit librum, cui titulus: ὁδηγὸς, *Hodegus*, ſeu *Dux Viæ*, & alium in *Hexahemeron*, quorum primus ad monachum Sinaitam, alter ad Anaſtaſium Pchãm Martyrem refertur.

XXII.

SANCTUS THEODORUS.

Moſcovit. Kalendarium: *Prep. Theodora, Sancti Theodori*. Poſſevinus: *S. Patris Theodori*. Codex noſter Slavicus: *S. Theodori Syceotæ*. Ruthenici Vaticani vacant. Papebroch. *Theodorus*. Nimirum, cognomento *Syceota*, de quo Græci in Menæis cum Officio & Synaxario: τȣ̃ ὁσίȣ πρς ἡμῶν Θεοδώρȣ τȣ̃ Συκεώτȣ, Ἐπισκόπȣ Ἀναςασιȣπόλεως, *S. P. N. Theodori Syceotæ, Epiſcopi Anaſtaſiopoleos*. Hexametrum:

Εἰκάδι δευτερίῃ συκεώτην τύμβος ἔκρυψεν.
Syceotem abdit Vicena ſecunda ſepulcro.

Menologium Baſilianum: „ Memoria S. P. N. Theodori Siceotæ. Theodorus Chriſti Pontifex, natus eſt in regione Galatiæ, in oppido, quod (*a*) Siceon appellatur, Juſtiniano Seniore imperante. Genitus vero fuit in taberna diverſoria, ubi mater ipſius (*b*) Maria eximia oris ſui pulchritudine ad eum progignendum attraxerat virum quemdam nomine Coſmam, qui inter Imperatoris curſores adſcriptus erat. Eadem porro ejus mater vidit in ſomnis ſidus è cælo delabi, atque in ſuum ſinum decidere: quod ſane ſidus futuram pueri virtutem prænunciabat. Adeo enim ipſe ab ineunte ætate virtutis ſtudioſus atque amans fuit, ut Sanctum „ Geor-

---

a *Siceon*, al. *Syceon* Galatarum in regione oppidum, ſubjectum Anaſtaſiopoli urbi ſubditæ Ancyrano Metropolitano; diſtat ab Anaſtaſiopoli duodecim paſſuum millibus.

b In *Siceï* oppidi medio eſt publica regii curſus via, in qua diverſorium erat, ubi puella formoſiſſima, nomine Maria, commorabatur cum matre Elpidia, & ſorore Deſpenia, quæ quidem ibi commorantes, quæſtum corpore faciebant. Eo tempore, imperante Divæ memoriæ Juſtiniano, contigit, ut inter Magiſtratus vir quidam, nomine Coſmas, in equeſtribus certaminibus clarus, ad partes illas Judex mitteretur, a quo quum in diverſorium illud veniſſet, perſpecta Maria, amore illius captus eſt, & cum ea concubuit. Acta S. Theodori cap. 1. pag. 34.

„ Georgium amicum ſibi comparaverit, qui & palam cum eo „ colloqui, & frequenter convenire, atque ad omne opus bo- „ num ipſum perducere conſueverat. Unde innumera edidit „ miracula. Quum vero monaſticam vitam ſuſcepiſſet, Epi- „ ſcopus Anaſtaſiopolis ordinatus eſt. Demum quum apud Im- „ peratorem, ac univerſum terrarum Orbem plurimis editis „ miraculis celebris evaſiſſet, in pace ad Dominum migravit „. Martyrologium Romanum ad XXII. hujus: *Anaſtaſiopoli Sancti Theodori Epiſcopi, miraculis clari*. Baronius: „ De eo item „ hac die Græci in Menologio. Hic ille celebris Archimandri- „ ta cognomento Sicæota, cujus Acta ſinceriſſime ſcripta a „ Georgio ejus diſcipulo recitat Metaphraſtes, ex quo Lipom. „ Tom. 7. & Sur. Tom. 2. hac die. Migravit ex hac vita anno „ Domini 613. Heraclii Imperatoris anno 3. prout ejus Acta „ teſtantur „. Edidere Bollandiani Tom. 3. April. pag. 33. Titulus: *Vita Sancti Theodori Siceotæ Epiſcopi Anaſtaſiopolitani, Archimandritæ Cænobiorum in Galatia, auctore Eleuſio, Georgio dicto, Presbytero & Hegumeno, & Sancti Theodori diſcipulo*. Initium. Prologus. *Benedictus Deus*. Vita. *In Galatarum regione eſt oppidum, quod Siceon appellatur*. Græce in Græca Sancti Marci Bibliotheca Codicum MSS. impreſſa anno 1740. Cod. 359. Initium: Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου. A Pictore Moſcho in Tabulis Papebrochianis habitu monaſtico cum ſtola depingitur, etiamſi Epiſcopus fuerit: quia nimirum abdicato (a) Epiſcopatu, ad Monaſterium a ſe erectum rediit. Lege Vitam ejus in Capita XV. & numeros 125. diſtinctam.

XXIII.

GEORGIUS.

Ruthenici Vaticani: *S. Georgii Martyris*. Noſter Slavicus. *Sancti magni Martyris Georgii*. Kalend. Moſcovit. Βελ. Μυγ. Γεοργια, *magni Martyris Georgii*. Poſſevinus oſcitanter: *S. Patris Gregorii magni*, pro, *S. Mart. Georgii magni*.

Pa-

(a) Acta cap. 9. pag. 48. num. 69. „ Ego enim poſthac Epiſcopus veſter non ero, ſed „ ut abjectus Monachus, ad manſionem revertar meam &c. „. Et num. 70. „ Quum „ igitur ad Metropolitanum Ancyranor. Archiepiſcopum Paulum perveniſſet, rogabat, „ ut ſibi ſucceſſor daretur &c. „ Mandato igitur Cyriaci Pchæ Conſtantinopolitani parens Metropolitanus, ab Epiſcopatus onere B. Theodorum liberavit, & Epiſcopatus reliquit inſignia.

Papebr. *Georgius*: additque *Megalomartyr*; & ad Ephemerides Græcas metricas, recitato hoc hexametro:

Ἦρε Γεωργίῳ δεκάτῃ τρίτῃ αὐχένα χαλκός.
Vicena terna ſcinduntur colla Georgj.

„ Paſſim *Megalomartyr* [inquit] dictus, primus [quantum „ exiſtimo] excepit impetum perſecutionis decimæ, ejuſdem„ que omnium crudeliſſimæ ſub Diocletiano & Maximiano, la„ ceratis eorum circa Paſcha edictis primis. Coli cœpit ſtatim „ a Conſtantini Magni victoria de Licinio, erectis Eccleſiis ſub „ ejus nomine, translatiſque Reliquiis; habitus ſemper Orien„ talis Imperii defenſor, & Chriſtianorum contra Saracenos „ exercituum ductor. Explicui hæc omnia prolixe in Aprili, „ ubi etiam cauſam reddidi Draconis paſſim ad pedes ejus pin„ gi ſoliti, quam lubet confirmare exemplo Majoriani Impera„ toris ab anno 457. uſque ad 61. cum Leone regnantis, qui „ ſumpto ſibi a Conſtantini Magni ſtatutis exemplo, imaginem „ ſuam ita in nummis ſculpi permiſit, ut averſa facies repræſen„ taret Imperatorem, cruce quam dextera tenet potentem, „ victoria quam ſuſtinet ſiniſtra glorioſum, pede autem dexte„ ro caput nefandi proculcaret Draconis. Ipſum nummum hic „ darem effigiatum, ſi non ſufficeret eum paſſim extare apud „ nummariæ antiquitatis tractatores, & omnibus obvium eſſe „ apud Baron. ad annum 325. num. 206. *Hæc Papebrochius*. Culcinius de S. Georgio in Specim. pag. 80. „ Glorioſus Mar„ tyr Georgius colitur hac die proprio Officio cum parvis, & „ magnis Veſperis, ac Canone Theophanis, cujus Acroſtichis: „ *Aſſiduus & revera noſter Adjutor, o Martyr*. Synaxario „ præmittuntur (*a*) hæc diſticha.

Hoſtium colla ſecans in bello Georgius,
Sponte ab hoſtibus confoditur gladiis.

„ Adeſt in meo Anthologio Imago hujus Sancti, qui armatus „ clypeo & haſta, pedibus premit draconem. Ad unum la„ tus exhibetur reſuſcitans mortuum; ad aliud vero repræſen„ tatur equo inſidens, & haſta draconem confodiens. Eſt ni„ mirum in pretio apud Ruthenos hæc hiſtoria, quod Divus „ Georgius cujuſdam Regis filiam ab invadente dracone libera-

„ ve-

a Leg. *hoc diſtichon Græce*.

Ἐχθροὺς ὁ τέμνων Γεώργιος ἐν μάχαις,
Ἑκὼν παρ' ἐχθρῶν τέμνεται διὰ ξίφος.

„ verit, beſtiamque cui certis temporibus devovebantur ad de- „ vorandum ſelectiores Virgines, occiderit. Hinc paſſim pin- „ gunt Regem ac Reginam e triclinio Palatii proſpicientes, fi- „ liam ad Draconem progredientem, & Georgium candido „ equo inſidentem, qui haſtam oblongam faucibus Draconis in- „ trudit, eumque mactat „. Tabulæ Papebrochianæ Georgium exhibent juvenem, nudo radiatoque capite, Comitis ſeu Tribuni militum veſte indutum, gladium evaginatum dextera tenentem.

Græci in *Menæis*: *τῦ ἁγίυ ϰ̀ ἐνδόξυ μεγαλομάρτυρος Γεωργίυ τῦ τροπαιοφόρυ*, *Sancti glorioſi & magni Martyris Georgii, triumpatoris*: cum officio proprio, & Synaxario bene prolixo, in quo dicitur Cappadox, inter Tribunos militum clarus, dignitate Comes, ſub Diocletiano multa paſſus, quæ huc referre, nullius operæ duco. Colitur Conſtantinopoli in ipſius martyrio, quod eſt in *Deutero*. Quinque enim ædes *S. Georgii* a Cangio recenſentur in Conſtantinopoli Chriſtiana. 1. In *Manganis*, opus Conſtantini Monomachi. 2. In *Deutero*, a Mauricio Imp. exſtructa. 3. *τὰ χαλκίδυ* dicta, a Sergio Patriarcha. 4. In *Xylocirco*, cujus monaſterii Abbas Eugenius ſubſcribit Libello monachorum in Synodo ſub Hormiſda; & Abbas Cyriacus Concilio Conſtantinopol. ſub Mena. 5. In *Sycis*, de qua Anna Comnena lib. 2. pag. 66. edit. Pariſ. Subjungitur Synaxario *Miraculorum enarratio*, cui titulus: *Ἀναγκαῖον δέ ἐςιν ἐκ τῶν πολλῶν θαυμάτων τῦ ἁγίυ μέρος διηγήσασθαι*, *Oportet autem ex multis bujus Sancti Miraculis partem aliquam enarrare*. Tria autem narrantur miracula. Primum in Syria ad caſtrum (*a*) Ramel (ideſt, Ramlam, ſeu Ramam, ut vocant,) quod caſtrum haud procul abeſt a Lydda ſeu Dioſpoli, ubi celeberrimum eſt S. Georgii Martyris Templum. Alterum (*b*) in Mitylene, in puero inde ab Hagarenis abducto: quod miraculum ei ſimile eſt, quod narratur de S. Joſepho Hymnographo, necnon ei, quod S. Nicolao Myrenſi tribuitur. Tertium (*c*) in Paphlagonia. Menol. Baſilianum ſummatim eadem habet, quæ in Menæis in Synaxario fuſius deſcribuntur.

a Edidit e Synaxario Papebrochius ad 23. Apr. pag. 142. col. 1.

b Memoratur a Papebr. ad 23. Apr. pag. 142. col. 2. qui ex Cod. Græc. Vat. refert pag. 136. col. 2. Miraculoſam liberationem pueri Paphlagonis a captivitate Bulgarica; non abſimilem ei, quæ de puero Mitylenenſi narratur.

c Refertur ad 23. Apr. pag. 142. col. 2.

Baronius in not. ad XXIII. Apr. „ De Actis S. Georgii Mart.
„ eſt cenſura Gelaſii in decreto de libris apocryphis. *Et paulo poſt.*
„ Quænam autem eſſent Acta Georgii a Gelaſio improbata,
„ atque rejecta, exquirendi ſtudio fatigatus, ea me tandem in-
„ veniſſe arbitror. In noſtra Bibliotheca [*Vallicellana*] tertio
„ Tomo Vit. Sanctorum antiquiſſimo ac pene vetuſtate conſum-
„ pto Codice pag. 159. inveni Acta quædam S. Georgii, multis
„ haud dubium referta mendaciis. Ibi portentoſa quædam ab
„ omni miraculorum ratione aliena feruntur. *Et mox.* Inſunt
„ præterea illic quædam accepta ab hæreticis atque Gentilibus,
„ ut conflictus ille Georgii cum Athanaſio mago (*a*): alludit
„ nimirum auctor impius ad Georgium Arianum Epiſcopum in-
„ vaſorem Sedis Alexandriæ, & magni Athanaſii ejus Sedis
„ Epiſcopi pugnaciſſimum perſecutorem: Athanaſium enim ab
„ Arianis eſſe magum appellatum, Acta Tyrii conciliabuli ſa-
„ tis docent „. Cætera ibi legenda: quibus adde Papebrochii Commentarium prævium ad XXIII. Apr. a pag. 100. ubi hæc habentur §. I. Acta S. Georgii vetuſtiora; Latina apocrypha, Græca fidei melioris. II. Acta S. Georgii recentiora & minus ſincera, tam apud Græcos, quam apud Latinos. III. Pugna cum Dracone SS. Georgio & Theodoro affícta, occaſione imaginum exprimentium victoriam eorum de diabolo. IV. An S. Georgius fuerit primus decimæ perſecutionis martyr, ab Euſebio ſine nomine commemoratus. V. quam antiquus & ſtatim a principio late diffuſus fuerit Sancti Georgii cultus, ædificatione templorum, & Reliquiarum diſtractione. VI. Hæreticorum contra veram S. Georgii exiſtentiam blaſphemiæ ex dictis confutantur. VII. Poſteriores translationes Reliquiarum S. Georgii, & templa ac monaſteria iis locupletata. Sequuntur Acta S. Georgii a pag. 117. Et primo quidem *Acta ut extant apud Lipom. & Surium, interprete Franciſco Zino ex MS. Græco Veneto, collata cum MSS. Vat. & Florentino. Init.* Diocletianus Romanorum Imp. ſceptris indigne potitus. Secundo, *Encomium S. Georgii, auctore Gregorio Cyprio, Patriarcha Conſtantinopolitano ex MS. Græco Vat.* Init. *Solent oratores fere ſinguli æquum cenſere, ut labores ſui magni videantur.* Tertio, *Analecta de Reliquiis, Mira-*

a Qui tamen in Menæis tanquam Martyr colitur hac die 23. Apr. τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Ἀθανασίου τοῦ ἀπὸ μάγων, *S. Mart. Athanaſii*, qui olim fuerat *magus*: poſtea ad Chriſtum converſus, decollatus fuiſſe dicitur.

Miraculis, *&* *Patrocinio S. Georgii Megalomartyris*, a pag.132. ad 163.

Acta Græca S. Georgii martyris Cappadocis [ex Fabric. Tom. IX. Bibl. Græc. pag.79.] Ἄρτι τῆς εἰδωλομανίας: Græce in Actis Sanctorum in Append. pag. XV. Tom. 3. Apr. ex Cod. Vat. 1079. pag. 146. Auctore Simeone Metaphraſte.

Alia, Διοκλητιανὸς ὁ Ῥωμαίων αὐτοκράτωρ, ex Biblioth. Medicæa Florentiæ Plut. 10. Cod. 31. fol. 165. In Actis Sanctorum Tom. 3. in Append. pag. IX. Latine ibid. pag. 117. cum notis. Lacunas e MS. Vindobon. ſupplet Lambecius Tom. VIII. p.348. Hæc Acta a Georgii famulo ſcripta Allatius pag. 85. de Simeonibus, ex verbis quibuſdam colligit, quum pag. 125. martyrium eodem initio adſcripto retuliſſet inter Acta Metaphraſtæ genuina: ſub cujus nomine edidit etiam Latine Surius ad 23. Apr. & ante eum Lipomanus.

Alia (ſi ſubſcriptioni fides) compoſita a famulo Paſicrate, ubi martyrium S.Georgii, ἡ μὲν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ προαιώνιος βασιλεία. Vide Allatium de Simeonibus pag.95. MS. Cod. Barocc. 147. Latine apud Surium 23. Aprilis e Lipomano.

Oratio in S. Georgium Mart. auctore Greg. Cyprio Patriarcha Conſtantinopolitano, ἴσως τοῦτο τῶν λόγοις ἀγωνιζομένων, e Cod. MS. Vat. in Append. ad Tom. 3. Apr. pag. XXV. Latine ibid. pag. 123. MS. Lambec. VIII. pag. 71. 372.

Alia in eund. S. Georgium oratio auctore Andrea Cretenſi: Ἀεὶ μὲν λαμπρὰ καὶ πανήγυρις, Græc. & Lat. in Combefiſii Andrea Cretenſi pag. 175. 188. & in Actis Sanctor. Tom.3. Apr. e MS. Vat. pag. XX. Latine apud Lipom. & Sur. 23.Apr. Confer Allat. de Georgiis pag. 304.

Alia auctore Theodoro Quæſtore, προσέπεσέ μοι εὐφημίαν τὴν γλῶτταν.

Alia auctore Arcadio Epiſcopo Cypri: συγκαλεῖ ἡμᾶς, ὦ φιλόχριστοι, ὁ φιλόστοργος. MS. in Bibl. Coiſlin. pag.211.

Alia auctore Joanne Euchaitarum Metropolita, in memoriam magni Tropæophori Georgii, tertia Paſchatis die celebratam: ὁ κύριος ἐβασίλευσεν, ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ. Ejuſdem altera: ὡς εὐτυχὴς καὶ πάντως μακάριος. Confer etiam quæ de Georgio Mart. exhibet Combefiſ. To. VI. Bibl. Concionatoriæ pag. 437. ſeq.

Digitized by Google

Narratio miraculi S. Georgii, de puero in captivitatem Bulgaricam abducto: *οἱ τῶν αὐτῶν δωρεῶν ἀξιωθῆναι*, Græce e MSS. Vaticano & Ambroſiano, in calce Tomi 3. Apr. p. xxxv. MS. Lambec. VIII. pag. 361. Latine in eodem Tom. 3. Apr. interprete Petro Poſſino Soc. Jeſu, pag. 136.

Narratio de alio miraculo S. Georgii: *ἐν τοῖς καιροῖς ἐκείνοις τοῦ μεγάλου καὶ εὐσεβεστάτου* Βασιλέως *ἡμῶν* Θεοδοσίου, Græce e MS. Ambroſiano ibid. pag. xxxix. & Lambec. VIII. pag. 355. Epitome Latina in Actis SS. Tom. 3. pag. 41.

Aliud miraculum de Imagine ejuſdem Georgii: *ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου* Μεγαλομάρτυρος Γεωργίου. Ex MS. Florentino Biblioth. Laurentianæ Pluteo 10. Cod. 31. f. 187. in Append. Tom. 3. Apr. pag. XLV.

De viſione cujuſdam Saraceni in Templo S. Georgii, narratio Gregorii Decapolitæ: *ὁ στρατηγὸς* Νικόλαος, *ὁ λεγόμενος* Γουλᾶς. Græce & Latine in Actis SS. Tom. 3. Apr. pag. XLII. & pag. 144.

Kalendarium Marmoreum Neapolitanum. XXIII. *N. S. Georgi Mar.* „Etſi Acta S. Georgii (inquit cl. Mazoch. ad 23. Apr. „ p. 227.) quæ tolerabiliora ceteris protulit hoc die Papebro„ chius, in fine p. 122. num. 25. *vigeſimo tertio die Aprilis* paſ„ ſum hunc Μεγαλομάρτυρα (quomodo eum Græci appellant) te„ ſtantur; tamen nec ſatis antiqua ea ſunt, & eo quidem certo „ tempore ſcripta, quo jam ei diei affixa ſolemnitas erat. Jam enim „ ab ævo S. Gregorii magni die XXIII. de eo fiebat, ut apparet „ non tantum ex ejus Sacramentario, verum etiam ex ejuſdem „ Antiphonario per Thomaſium edito, quo etiam die illum an„ tiquitus a Græcis cultum, ex hodiernis eorum libris Eccleſiaſti„ cis argui poteſt „. Hactenus recte. Quis tamen credat, id quod vir doctus hucuſque produxerat, in dubium revocaturum eum, non aliam ob cauſam, quam quia Marmor Neapolitanum non *Dep.* *S. Georgii*, ſed *Nat.* habeat? Nimirum ex præconcepto errore, quod diebus non ſuis ſolet *Natalis* nota præponi; *θανασίμοις* autem (ſive emortualibus) *τὸ Dep.*, aut ubi de martyre agitur, *Paſ.*, ſive *Paſſionis* nota.

Atqui ex eod. ipſo Kalendario Neapolitano conſtat, pluribus ſanctis, qui *diebus ſuis coluntur*, non *Dep.* aut *Paſ.* ſed *Nat.* præponi. Sic ad XXI. Jan. (pag. 17.) *Nt. S. Agne*: quum, eodem Mazocchio affirmante, certum ſit, S. Agnetem eo die paſſam fuiſ-

ſe.

ſe. Alia exempla alibi protuli, demonſtrans, in uno eodemque Marmoreo illo Kalendario promiſcue & indiſcriminatim accipi *Natalem*, ac *Depoſitionem*, ſeu, *Paſſionem*. Stat ergo S. Georgii martyris diem depoſitionis ad XXIII. contigiſſe, unanimi Eccleſiarum omnium conſenſu.

XXIV.

SABAS. ELISABETH.

Ruthenici Vaticani cum noſtro Slavico vacant. Papebroch. *Sabas*. Poſſevin. *S. Mart. Sabæ*. Kalend. Moſcovit. *Mucenika Sabbi*, *Martyris Sabbæ*. In Menæis ad XXIV. Apr. τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Σάββα τοῦ στρατηλάτου, *S. Mart. Sabbæ*, *militum Ducis*. Hexametrum, & Diſtichon.

> Εἰκάδι πνῖξε Σάββαν ποταμοῦ ῥόος ἀμφὶ τετάρτῃ.
> *Suffocat Sabbam vigeſima quarta fluento.*
> Ἔπνιξε δεινὰ πνεύματα πλάνης Σάββας
> Ποταμόπνικτος μάρτυς ὀφθεὶς κυρίου.
> *Terribiles erroris ſpiritus ſuffocavit Sabbas*
> *Qui in flumine ſuffocatus martyr Chriſti apparuit.*

Subjungitur Synaxarium a Papebrochio Latine editum Tom. 3. Apr. ad XXIV. hujus pag. 262. num. 3. ubi natione Gothus dicitur, dignitate Tribunus militum, ſub Aureliano Imperatore in flumen projectus, martyrium conſummaſſe. At vero in Menol. Baſiliano (quod idem Papebrochius refert pag. 261. num. 2. in quo Menol. idem ſanctus colitur XXV. Aprilis) non in flumen projectus dicitur, ſed capite truncatus: ſic enim legitur. „ Sabas „ Chriſti martyr erat ſub imperio Aureliani, exercebatque mi„ litaris agminis regimen, ipſe Dux in urbe Romana conſtitutus. „ Erat quidem natione Gothus, ſed religione Chriſtianus; ſanctos „ carceri incluſos inviſere eiſque famulari ſolitus: illibatæ inſu„ per tenore vitæ & rerum divinarum exercitio malos dæmones „ ex obſeſſis hominum corporibus ejiciebat. Delatus autem, „ eſt comprehenſus & ad Imp. deductus: coram quo projecit „ baltheum militarem, quo accingebatur, ac libere Chriſtum „ profeſſus eſt. Suſpenſus propterea eſt, ac facibus in lateri„ bus (*a*) deuſtus. Ex quo tormento quum non abſque mira„ culo ſoſpes atque incolumis evaſiſſet, viros ſeptuaginta ad fi„ dem Chriſti evocavit, qui omnes illico capite plexi ſunt. In

„ car.

---

a Additur in Synaxario Menæorum: *in lebetem pice liquatâ plenum immiſſus eſt*.

Digitized by Google

„ carcerem deinde conjectus eſt Sabas; ubi quum Chriſtus Do- „ minus ei apparuiſſet, plurimum robur clementer indulſit. „ Eductus iterum e carcere, & juſſus Chriſtum abnegare, & „ idola adorare, quum nollet id facere, gladio ſacrum ejus ca- „ put eſt abſciſſum „. Hunc ſancto Sabæ vitæ exitum tribuit Baſilianum Menologium: At Synaxarium Menæorum ſic habet: „ Sabbas autem ad ſecundam quæſtionem productus, quum a „ Chriſto illi apparente in carcere eſſet novo robore auctus & „ confirmatus, in flumen abjectus, martyrii lauream reporta- „ vit „. Hæc in Menæis (inquit Papebroch. loc. cit.) quæ cum Baſilii Menologio ſic videntur poſſe conciliari, ut primum capi- te plexus Sabas fuerit, deinde in flumen dejectum ſit corpus. Sed quoniam ad diem XII. Aprilis apud Latinos, apud Græcos ad diem XVIII. hujus ejuſdem menſis, recolitur alius Sabas Gothus, in Gothia paſſus, qui martyrium ſuum complevit ſub- merſus in Muſæum fluvium, & hic tum Conſtantinopoli, tum in Eccleſiis Cappadociæ, celebrioris nominis atque cultus fuit, propter martyrii exſtantia Acta; nec defuerunt qui ipſi quoque addiderint titulum τοῦ στρατηλάτου, uti factum in Menæis notavi- mus: vehemens ob has (inquam) cauſas nobis ſuſpicio naſcitur, ne ſimili oſcitantia (ſunt enim Menæa ſatis oſcitanter collecta) mors per aquam iſti Sabæ illata, aptata fuerit huic antiquiori, de cujus in flumen abjectione nihil habent melioris notæ Synaxa- ria. Cæterum Sabam hunc ſub Aureliano paſſum, ab altero ejuſdem nominis Saba Gotho, Valentiniani temporibus ſub Athanarico Gothorum principe martyrium in aquis paſſo, diver- ſum fuiſſe, non modo Epocha temporis demonſtrat, ſed etiam quia hic antiquior Sabas die 24. Apr.; ille recentior die 15. in uno eodemque Menologio Baſiliano colitur.

Eliſabeth virgo Thaumaturga in utroque Menol. a Græcis celebratur: & in Baſiliano quidem ad XXIV. Apr. „ Memoria „ Sanctæ Eliſabeth Thaumaturgæ. Sancta & Thaumaturga Eli- „ ſabeth ab ipſa infantia Sanctorum Patrum doctrinis obſecuta, „ ſeipſam religioſæ exercitationis laboribus addixit. Unde gra- „ tiam curationum adepta, cujuſcumque generis morbos ſana- „ bat. Plura autem alia præclare geſſit: pauperibus enim præ- „ ſto fuit: viduas adjuvit: orphanis alimenta ſubminiſtravit: „ eos qui injurias patiebantur, ab eorum oppreſſoribus libera- „ vit: quovis etiam anni tempore una dumtaxat veſte induta,

„ fri-

Digitized by Google

„ frigoris rigorem ſuſtinuit, etſi divino ſpiritu fervebat. Toto „ vitæ ſpatio corpus ſuum aqua non abluit: ac, ut olim ma„ gnus Moſes fecerat, quadraginta diebus jejunans, ab omni „ prorſus cibo abſtinuit. Trium annorum decurſu Deum qui„ dem mentis acie, in cælo intuita eſt, corporis vero oculis „ cœlum non aſpexit. Pane non veſcebatur: aliquando etiam „ ne oleum quidem deguſtabat. Quum autem ſic vixiſſet, ac „ innumera miracula edidiſſet, obdormivit in Domino „. In Menæis colitur cum officio & Synaxario, in quo additur, quod *ſerpentem maximum ac terribilem oratione interemit*: & quod *in hodiernum uſque diem multis miraculis claret, quando cum fide ad ejus reliquias accedentibus gratiam exhibet curationum: nam pulvis ex ejus tumulo acceptus, omnes morbos depellit.*

XXV.

MARCUS.

Uterque Vaticanus Ruthenicus: *Marci Evangeliſtæ*. Noſter Slavicus: *S. Apoſtoli & Evangeliſtæ Marci*. Ita & Poſſevinus. Kalend. Moſcovit. *Apoſtola Marka, Apoſtoli Marci*. Papebr. *Marcus*. Ephemerides Metricæ Græcæ:

Εἰκάδι πέμπτῃ Μάρκον ἐπὶ χθονὶ ἄφρονες εἷλκον

Per terram Marcum quinta & vigeſima raptat.

Mazochius pag. 233. ita vertit Latine

Quinta in ſe ducta Marcum traxere ſceleſti.

Additur diſtichon in Menæis.

Σύροντες εἰς γῆν Μάρκον οἱ μιαιφόνοι,
Πρὸς οὐρανοὺς πέμποντες αὐτὸν ἠγνόουν.
Dum Marcum in terram trahunt homicidæ,
Ignorant eum ſe mittere in cælum.

Celeberrima eſt ad hanc diem xxv. Aprilis memoria *S. Marci* Evangeliſtæ in omnibus Eccleſiaſticis Faſtis, Latinis, Græcis, Slavicis, Syriacis, Ægyptiacis, Armenicis. Res ejus geſtæ ſummatim continentur, hoc Bedæ elogio. „ VII. Kal. Maji. „ Natale S. Marci Evangeliſtæ in Alexandria: qui conſtitutis & „ confirmatis Eccleſiis per Libyam, Marmaricam, Ammoniacam, Pentapolim, Alexandriam, atque Ægyptum univer„ ſam, ad ultimum tentus eſt a Paganis, qui remanſerant Ale„ xandriæ. Qui videntes eum die Sancto Paſchæ Miſſas facien„ tem, miſerunt funem in collo ejus, & trahebant eum ad loca „ Bucoli, quæ erant juxta mare ſub rupibus, ubi erat Eccleſia

„ con-

Digitized by Google

„ conſtructa: & defluebant carnes ejus in terram, ac ſaxa inficiebantur ſanguine. Veſpere autem facto, miſerunt eum in carcerem: ubi circa mediam noctem primo Angelica viſitatione confortatus eſt, deinde ipſo Domino ſibi apparente ad cæleſtia regna vocatus. Et mane dum traheretur ad loca Bucoli, gratias agens & dicens: *Domine in manus tuas commendo ſpiritum meum*: octavo Neronis anno defunctus eſt: & a viris religioſis Alexandriæ ſepultus, in loco lapidis exciſi, cum gloria. Ordinaverat autem pro ſe Alexandriæ Epiſcopum Anianum: aliis quoque longe lateque Eccleſiis Epiſcopos, Presbyteros, & Diaconos dederat „. Menol. Baſilianum. „ Marcus Divinus Chriſti Apoſtolus, poſt Aſcenſionem D. N. J. C. in tota Ægypto, Libya, (*a*) & Pentapoli, imperante Tiberio Cæſare, verbum Chriſti prædicavit. Scripſit etiam ſanctum quod ejus nomen præfert Evangelium, Petro Apoſtolorum principe illud ei dictante. Ordinatus (*b*) vero Alexandriæ Epiſcopus, Chriſti Eccleſias ornavit, conſtituens per univerſam Ægypti provinciam Epiſcopos, & fidei verbum propagans. Quum autem quadam die juxta mare populos edoceret, inſidioſe ab idolorum cultoribus detentus & funibus conſtrictus, raptatus adeo fuit, ut carnes ejus ſaxis illiſæ lacerarentur, & ſanguis ejus terram irrigaret. Conjectus deinde fuit in carcerem, ubi Dominus illi apparens, cælorum regnum ei promiſit. Sequenti die e carcere eductus, iterum raptatus, ſpiritum Deo reddidit „. Eadem fere in Menæis; ubi poſt conſcriptum a S. Marco Evangelium, ſic pergit auctor Synaxarii. „ Quumque in Cyrene Pentapoleos eſſet, multa edidit miracula. Deinde in Alexandriam ad Pharum profectus eſt, indeque rurſus in Pentapolim, ubique miracula patrans, & Eccleſias Chriſti exornans, ordinationibus „ Epi-

a In Menæis additur *Marmarica*, quæ per Typographi oſcitantiam Βαρβαρικὴ, *Barbarica* dicitur.

b S. Marcum Eccleſiæ Alexandrinæ fundatorem primumque Epiſcopum, ab omnibus hactenus & ſcriptum, & dictum & creditum. Falconius id temere negat, ſic ſcribens pag. 87. col. 1. „ Quarto ſæculo habebatur, ſediſſe, docuiſſe in cathedra Alexandriæ: Et, ſi interroger; mihi (poſt Valeſium, alioſque Doctores) videtur Evangeliſta fuiſſe, non vero primus Epiſcopus ejus loci. Decimus ſextus Alexandrinus Epiſcopus, Sanctus Marcus, primus loci Epiſcopus, ex gentibus; ſub Hadriani extremis, & ſub Pii anno octavo, fucum feciſſe Græcis creditur: dum Marcum Evangeliſtam primum obtruſerunt Epiſcopum Alexandrinum: Hallucinatio facillima, ex cognatione ejuſdem nominis in utroque „. Sic ineptit, dum ſibi videtur ſapientior eſſe Sancto Hieronymo, omnibuſque Græcis, Ægyptiis, Syris, Latinis.

Digitized by Google

„ Epiſcoporum, & reliquorum Clericorum. Demum iterum „ Alexandriam veniens, quum quoſdam ex fratribus juxta ma„ re in loco, qui Bucolus dicitur, verbum Dei eis prædicans, „ doceret, inſurgentes in ipſum idololatræ „. Cætera ut ſupra. Additur, oris ipſius deſcriptio, cujuſmodi in Synaxariis legere eſt de Prophetis, ex antiquis, ut videtur, eorum picturis deſumta: ac demum concluditur. τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σύναξις ἐν τῷ πανσέπτῳ αὐτοῦ Ἀποστολείῳ τῷ ὄντι πλησίον τοῦ Ταύρου. *Celebratur autem illius feſtus dies in religioſiſſimo ipſius Apoſtolio* (ſeu Templo ipſi tamquam Apoſtolo dicato) *quod eſt juxta Taurum*: de quo Templo Georgius Codinus de Origin. Conſtantinopolitanis pag. 61. *Eccleſiam S. Marci prope Taurum primo Theodoſius magnus cum trullo ligneo extruxit: quam poſtea Terræmotu collapſam, reædificavit Romanus Senior, cognomento Lecapenus*.

Acta S. Marci Evangeliſtæ, ex Cod. Græc. Vat. 866. ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ συναΐδιος τοῦ πατρὸς λόγος. In Actis Sanctorum Tom. 3. Apr. pag. XLVI. Eadem cum Latina antiqua verſione in iiſdem Actis Sanctorum pag. 347. hoc initio: „ Per „ idem tempus, quo diſperſi erant Apoſtoli toto orbe terra„ rum, contigit beatiſſimum Marcum ad Ægypti regionem di„ vina voluntate pertingere „. Alia eorumdem Græcor. Actorum verſio Latina: *Tempore illo, quum Apoſtoli per omnem orbem*, apud Surium 25. Apr. ſub Metaphraſtæ nomine. Quæ verba poſt aliquot lineas, in Actis Græcis ſic habentur: Ἄλλοις μὲν οὖν ἄλλαι πόλεις τε καὶ χῶραι ἐκληρώθησαν, διαμερισαμένων κατ' ἐκεῖνον καιρὸν τῶν ἁγίων Ἀποστόλων τὴν ἅπασαν οἰκουμένην. ἔλαχεν καὶ τὸν ἁγιώτατον Μάρκον ἐν τῇ κατ' Αἴγυπτον χώρᾳ εὐαγγελίσασθαι τὸ Χριστοῦ κήρυγμα: *Sanctis Apoſtolis per id tempus orbem terrarum partientibus, quum aliis aliæ civitates ac regiones obtigiſſent, contigit Sanctiſſimum Marcum in Ægypti regione Evangelium Chriſti prædicare*. Vide doctas ad hæc Græca S. Marci Acta cum Lat. collata Animadv. cl. Mazocchii ad XXV. Apr. a pag. 233. ad 254. Ubi tamen ſingularem tuetur opinionem circa annum martyrii S. Marci, quem vult ab idololatris comprehenſum raptatumque fuiſſe die 23. Apr., obiiſſe die ſequenti 24. ac ſepultum fuiſſe die 25. ejuſdem menſis anno eræ vulgaris 75. quo Paſcha celebratum eſt die 23. Aprilis, quum ceteri Scriptores aſſerant, *S. Marcum*, aut *octavo Neronis anno*, ideſt

Chriſti 59. aut ejuſdem *Neronis anno* 14., ideſt ultimo, *Chriſti* 65. paſſum fuiſſe: aut demum, *die ultimo menſis Pharmu-* „ *ti*, *anno Chr.* 67:, biennio ſcilicet poſt SS. Apoſtolor. Petri & Pauli martyrium.

Alia Acta auctore Niceta Rhetore Paphlagone: ὥσπερ οὐχ' ὅμοιαι τῶν σωμάτων παίδων, Latine & Græce in Combefiſii Auctario Noviſ. Tom. I. pag. 429. Latine Tom. 27. Bibl. Patrum Lugd. pag. 419.

Alia auctore Procopio Diacono & Chartophylace: πάλιν Ἀποστολικὴ καταστράπτει πανήγυρις. Latine in Bibl. Concionat. Combefiſ. Tom. VI. & apud Surium 25. Apr. & in Actis Sanctorum Tom. 3. Apr. pag. 350. interprete Jo: Franciſco Albano Urbinate, qui ad Summum Pontificatum aſſumtus, *Clementis XI.* nomen geſſit, quique quum adhuc adoleſcens eſſet, ſex priores menſes Menologii Baſiliani e Græco Latinos fecit. Initium: *Rurſus Apoſtolica effulget Panegyris*. Græce eod. Tom. 3. Apr. pag. XLVIII. Græce & Latine ante Catenam in Marcum editam a Poſſino Romæ 1673.

Alia Latine ex duplici Cod. MS. *Poſt glorioſam Domini N. J. C. in cælum Aſcenſionem ad Patrem*: In Actis Sanctorum Tom. 3. pag. 346. Titulus: *Apoſtolatus Aquilejenſis*. Additur pag. 349. *Appendix ex vita S. Petri Epiſcopi Alexandrini & Mart.* Init. *Divinus Petrus volentibus comprehendere, ſe ſtatim tradidit*. Et pag. 353. *Hiſtoria Translationis S. Marci ex urbe Alexandria Venetias* ex Cod. MS. Vat. *Quum Saraceni univerſam Ægyptum & Alexandriam invaſiſſent*. Demum p. 356. *Apparitio & miracula, ex libro MS. Petri Calo*. Init. *In ipſa Eccleſia, pulchro ſchemate auro & marmoribus pretioſiſſime redemta*.

XXVI.

Basilius.

Kalend. Moſcov. *Sviatago Baſilia: S. Baſilii*. Poſſ. *S. Mart. Baſilii*. Noſter Slavicus: *Sacromartyris Baſilii Epiſcopi Amaſeæ*. Vaticani Ruthenici vacant. Papebr. *Baſileus*, Epiſcopus martyr: *Stephanus*, Epiſcopus Permienſis. Ephemerides metricæ Græcæ:

Εἰκάδῃ ἀμφ' ἕκτῃ Βασιλεὺς ξίφει αὐχένα τμήθη.
Vicena ſexta feriunt Baſilea ſecuri.

Amaſeæ in Ponto Epiſcopus, martyr ſub Licinio, ob S. Glaphyram, libidini ejus ſubtractam. Menol. Baſilii. Die XXVI. „ Certamen

„ tamen Sacroſancti Mart. Baſilei Epiſcopi Amaſeæ. Sacroſanctus
„ Martyr Baſileus, imperante Licinio, Epiſcopus fuit Amaſeæ.
„ Martyrium autem ſubiit hunc in modum. Ancilla quædam uxo-
„ ris Licinii, quæ Glaphyra dicebatur, ut pudicitiæ ſtudio con-
„ cubitum ipſius evitaret, Dominę ſuæ conſilio cum ingenti num-
„ morum copia occulte in Orientales plagas aufugit. Et quum
„ Amaſeam veniſſet, ab Epiſcopo Baſileo tamquam Chriſtiana
„ excepta fuit. Quum autem id reſciviſſet Licinius, ambos
„ coram ſe adduci mandavit. Sed Glaphyra, quæ jam fato
„ conceſſerat, ab ipſius manibus effugit. Baſileus vero Epiſco-
„ pus vinctus Nicomediam adducitur; quumque Imperatorem
„ redarguiſſet, capite obtruncatus eſt, & in mare projectus;
„ ſeorſim quidem corpus ejus, & ſeorſim caput. At Dei pro-
„ videntia ipſius corpus capiti conjunctum eſt, undiſque ſuper-
„ natans, in Sinope urbe inventum fuit, ac deinde Amaſeæ de-
„ poſitum „. In Martyr. Rom. additur: *Cujus corpus in mare
projectum, & ab Elpidiphoro, Angeli monitu, repertum, ho-
norifice tumulatum fuit*. Agunt Græci de eo cum officio & Syna-
xario. Acta Baſilei Martyris Epiſcopi Amaſeæ: *οἱ τὸ ἐπίγειον κρά-
τος λαχόντες*, e Cod. MS. Card. Sfortiæ in Actis Sanctor. Tom. 3.
Apr. pag. LVI. Latine ibid. pag. 416. *Qui terrenam potentiam
ſortiti ſunt*. Alia auctore Joanne Presbytero Nicomedienſi:
ἐγένετο μετὰ τὸ πατάξαι κύριον, ex MS. Græco Cryptæ Ferratæ,
nunc Bibliothecæ Vaticanæ, interprete Guilielmo Sirleto, Ibid.
pag. L. Latine: *Factum eſt, ut poſtquam Deus percuſſit impium il-
lum Roman. Principem*. Ibid. pag. 417. & Lat. apud Sur. 26. Apr.

De *Stephano* Permienſi, hæc Henſchenius ad ſanctos Præ-
termiſſos die XXVI. Apr. pag. 408. „ S. Stephanus, habitu
„ Epiſcopali indutus, in Tabulis Kalendarii Moſcovitici, quis
„ ſit, non audemus divinare, nullo probabili conjecturæ funda-
„ mento apparente „. Papebrochius in Ephemeridibus Græco-
moſchis: „ Stephanus, Epiſcopus Permienſis. Ita R. P. Ohi-
„ lewicz, de quo Herberſtenius in Itinerario a Moſcua uſque
„ ad Obim fluvium, poſt deſcriptionem Permienſis provinciæ,
„ dicit, quod „ genti proprium idioma habenti, etiam cha-
„ racteres proprios invenit Stephanus Epiſcopus, qui eos in fi-
„ de Chriſti vacillantes confirmarat: nam antea in fide adhuc
„ infantes, Epiſcopum quemdam idem attentantem excoriave-
„ rant „ dignum profecto, cujus etiam nomen inter ſanctos

Digitized by Google

„ relatum eſſe credatur, & hic alicubi locum habere inter eos „ quorum nobis adhuc notitia deeſt, licet inveniatur locus. „ De ipſo certe Stephano idem Herberſtenius aſſerit, quod *Demetrio Joannis filio imperante apud Ruthenos* circa ann. 1450. „ *in numerum Divorum relatus eſt* „. Culcinius in Specim. pag. 14. de eodem S. Stephano Epiſcopo Permienſi. „ Adeſt „ in meis libris commemoratio hujus Sancti, quem Papebrochius „ ex Herberſtenio aſſerit in provincia Permienſi fidem prædicaſſe, & Apoſtolicis enervatum laboribus ſancte obiiſſe; ac „ tandem imperante Demetrio Joannis filio in numerum Divorum relatum fuiſſe „. Verba Herberſtenii recito, antequam de ætate Stephani Epiſcopi diſſeram. Sic autem ſcribit in Comment. Rer. Moſcovit. pag. 85. de Permiæ incolis: „ Idioma „ proprium habent: Characteres item proprios, quos Stephanus Epiſcopus, qui eos in fide Chriſti vacillantes confirmarat „ [nam antea in fide adhuc infantes, Epiſcopum quemdam „ idem attentantem excoriaverant) primus adinvenit. Hic Stephanus poſtea, Demetrio Joannis filio imperante, apud Ruthenos in numerum divorum (*a*) relatus eſt. Superſunt „ adhuc ex iis in ſilvis paſſim plures idololatræ, quos Monachi „ & Eremitæ eo proficiſcentes, non ceſſant ab errore vanoque „ cultu revocare „. Itaque Stephanus Permienſes in Chriſti fide confirmavit, aliquanto ſaltem tempore, antequam Demetrius Joannis filius apud Ruſſos imperaſſet: nam Demetrio regnante, in Sanctorum numerum relatus dicitur: id quod certe fieri non potuit, niſi tranſactis ab ejus obitu aliquot annis. Atqui *Demetrius* Joannis filius, non anno 1450. (uti Papebrochius autumat) Ruſſis imperabat; ſed ſæculo integro prior fuit: nam (uti in Actis S. Alexii Metropolitæ Kiovienſis legitur) æqualis erat tum S. Alexio, tum Mamajo Tartarorum Regi: de quo hæc habet idem Herberſtenius pag. 8. *Deinde anno* 6886. [ideſt Ch. 1378.] *magnus Dux Demetrius vicit bello magnum Tartarorum Regem, nomine Mamaj*. Et Culcinius in Append. pag. 121. num. xxxix. eundem Demetrium Joannis filium imperaſſe ſcribit ab anno 1362. ad 1390. Quamobrem vixerit neceſſe eſt Stephanus Epiſcopus aut ineunte anno 1300. aut circa finem ſeculi antecedentis.

S I-

a Typor. errore, *in numerum Deorum*.

XXVII.

SIMEON.

Moſcov. Kalend. *Sviatago Symeona* : *S. Symeonis*. Vaticanus Ruthenicus primus: *Simeonis Hieruſalem Epiſcopi*: Secundus: *Simeonis propinqui Domini*. Poſſev. *S. Mart. Simeonis*. Slavicus noſter vacat. Papebroch. *Simeon Epiſcopus Hieroſolymitanus*, de quo Ephemerides Græcæ metricæ.

Ξύλῳ ἑβδομάτῃ Συμεὼν πάγη εἰκάδι μάκρῳ.

Bis decima in ligno Simeonem & ſeptima fixit.

Ejus memoriam Latini recolunt in Martyr. Rom. ad XVIII. Febr. „ Hieroſolymis natalis B. Simeonis Epiſcopi & Mart. qui filius „ Cleophæ & propinquus Salvatoris ſecundum carnem fuiſſe „ traditur. Hic Hieroſolymorum Epiſcopus poſt Jacobum fra„ trem Domini ordinatus, in perſecutione Trajani multis ſup„ pliciis affectus, martyrio conſummatus eſt, omnibus qui ade„ rant & judice ipſo mirantibus, ut centum viginti annorum „ ſenex crucis ſupplicium fortiter conſtanterque pertuliſſet „. Ejus martyrium ab Hegeſippo conſcriptum Euſebius recitat lib. 3. cap. 26. qui & lib. 3. cap. 10. eundem ex Cleopha fratre Joſephi natum tradit: Ita & Menol. Baſilianum ad diem 18. Septembris Symeonem facit Cleophæ fratris Joſephi filium, Jacobi tamen conſobrinum. „ Sacroſanctus [inquit] Martyr Simeon „ floruit Trajano Imperatore, ſecundus a Jacobo fratre Domi„ ni Hieroſolymorum Epiſcopus. Erat enim conſobrinus & „ ipſius Domini, & Jacobi, Cleopa patre natus. Hic enim, & „ Joſephus pater Domini ſecundum carnem appellatus, fra„ tres (*a*) germani erant. Symeon autem accuſatus a Ju„ dæis, quod Chriſtum prædicaret, comprehenſus a Græco„ rum præfectis, graviſſime cæditur. Deinde multis tormentis „ ſubjectus, in carcerem conjicitur, ut fame & ſqualLore confi„ ceretur. Inde eductus, quum nulla ratione adduci poſſet, „ ut Chriſtum abnegaret, cruci clavis affixus, mortem occu„ buit annos natus centum & viginti: cujus ſacrum Corpus pro„ pinqui terræ commendarunt; felix vero anima in cælum „ aſcendens, unacum Sanctis in æternum gaudet in Chriſto Jeſu „ Domino noſtro „. At vero Synaxarium Menæorum ex apocryphis, ut videtur, de Sancto Simeone hæc tradit: „ Hic fi„ lius erat Joſephi Sponſi, frater autem Jacobi. Hunc ipſe „ Chri-

a Græc. ἀδελφοὶ γνήσιοι. *fratres legitimi*.

„ Chriſtus Deus noſter ſuſcipiens, fratremque appellare digna-
„ tus, Sacerdotem unxit, ad prædicandum glorioſum ipſius ad-
„ ventum. Quare innumeris laboribus ac ſudoribus decertans,
„ tamquam paſtor, & non inſtar mercenarii, Thronum Hiero-
„ ſolymorum exornavit; ſeque ipſum ſancti ſpiritus templum
„ quum effeciſſet, idolorum templa evertit; atque errantes in
„ viam lucis adducens, multipliceſque cruciatus ſuſtinens pro-
„ pter pietatem, cruci affixus eſt, quum eſſet annorum cen-
„ tum & viginti; unde ad deſideratum ab ipſo Chriſtum Sal-
„ vatorem aſcendit. Hic Beatus duplici nomine appellabatur.
„ Simon ſcilicet, & Symeon, & frater Jacobi atque ipſius
„ Chriſti.

XXVIII.

Jason. Sosipater.

Ruthenici Vaticani cum noſtro Slavico vacant hac die, & ſequenti. Kalendarium Moſcoviticum: *Apoſtola Jaſona*, *Apoſtoli Jaſonis*. Papebrochius: *Jaſon*, *Soſipater*. Menologium Baſilianum ad diem XXVII. hujus: *Memoria SS. Apoſtolorum Soſipatri & Jaſonis*, diſcipulorum Sancti Pauli Apoſtoli, quorum primus natus Tarſi in Cilicia ibidemque Epiſcopus fuit; Soſipater vero Patris in Achaja natus, Epiſcopus fuit Iconii. Eadem fere in Menæis in Synaxario (*a*) ad XXIX. Aprilis, ideſt ad diem ſequentem. Latini vero de Soſipatro agunt ad XXV. Junii, & de Sancto Jaſone ad XII. Julii. Baron. de Soſipatro: „ Hunc
„ Origenes in epiſt. ad Rom. ait ordinatum fuiſſe Theſſaloni-
„ cenſem Epiſcopum: licet Dorotheus in Synopſi eum ſediſſe
„ Iconii aſſeveret. Hippolytus etiam libel. de 72. diſcip. Ico-
„ nii eum fuiſſe Epiſcopum teſtatur. Extat epiſtola Dionyſii ad
„ Soſipatrum „. Idem de Jaſone: „ Referunt Græci, præfe-
„ ctum fuiſſe Tarſenſi Eccleſiæ Epiſcopum; quod etiam teſta-
„ tur Dorotheus in Synopſi: in Syria autem fuiſſe Epiſcopum,
„ auctor eſt Hippolytus Mart. lib. de 72. diſcipulis. Verum
„ duo fuerunt Jaſones: quorum alter, de quo agimus, Mna-
„ ſon alio nomine dictus reperitur, idemque Cyprius genere,
„ de quo in Act. cap. 21. Alter vero Theſſalonicenſis, apud
„ quem Paulus eſt hoſpitatus, de quo Act. 17. eumque conſtat
„ ipſius Pauli fuiſſe diſcipulum: quem illum ipſum puto, cu-
„ jus

a Hujus Synaxarii fabulis pleni Epitomen vide apud Falconium ad 28. Aprilis pagin. 88.

Digitized by Google

„ jus idem Paulus ſcribens ad Romanos cap. 16. meminit. Sic„ que optime accidere potuit, ut alter eorum Tarſi in Cilicia, „ alter vero in Syria ſit factus Epiſcopus „. Hactenus Purpuratus ſcriptor.

XXIX.

Sancti novem Martyres.

Kalend. Moſcovit.: *novem Martyrum in Cyzico*. Papebr. *Synaxis Martyrum* IX. *Cyzici*. Inſcriptio Ruthenica apud Culcinium pag. 86. ad XXIX. Apr. *Sviatich Mucenik deviat Kizyckich*, *Sanctorum Martyrum novem Cyzicenſium*. In Kalend. Moſcovit. ſic: *9. Muc. v Kyzicia*, *novem Martyres in Cyzico*: quorum nomina „ Theognides, Rufus, Antipater, Theoſti„ chus ſive Eutychetes, Artemas, Magnus, Theodotus, Thau„ maſius, Philemon „. Poſſevinus perperam: *Sanctorum* IX. *Martyrum Ciſitiæ*, pro, *Cyzici*. Menol. Baſilianum. „ Certa„ men Sanctorum IX. Martyrum Cyzici, Theognidis, & So„ ciorum ejus. Sancti Chriſti martyres Theognides, Rufus, „ Antipater, Eutyches, Artemas, Magnus, Theodotus, Thau„ maſius, & Philemon, ex diverſis regionibus ortum duxere: „ ſimul autem eo tempore, quo perſecutio excitata fuerat, in „ urbe Cyzico convenerunt, ubi Chriſtum prædicantes, com„ prehenſi ſunt ab idololatris, & ad civitatis præſidem addu„ cti. Ac primam quæſtionem ſubeuntes, crudeliter cæſi, & „ in carcerem detruſi fuerunt. Poſtea e carcere educti, Chri„ ſtum abnegare juſſi ſunt, & idolis ſacrificare. Quum vero „ non aſſenſiſſent, ſacris capitibus abſciſſis martyrium conſum„ marunt. Illorum reliquiæ in urbe Cyzico depoſitæ multas „ curationes ad Chriſti gloriam tribuunt „. Quæ fere eadem leguntur in Menæis ad XXVIII. Apr. cum hoc diſticho:

Εἰκὼν ἀΰλων ταγμάτων τῶν ἐννέα
Οἱ τὰς κάρας τμηθέντες ἄνδρες ἐννέα.
Novem ſuperiorum ordinum typum gerunt
Caput amputati gladio viri novem.

JACO-

XXX.

JACOBUS.

Ruthenicus Vaticanus primus: *Jacobi*, *fratris Joannis Evangeliſtæ*. Secundus: *Jacobi Apoſtoli*, *filii Zebedæi*: Slavicus noſter: *Apoſtoli Jacobi*. Kalend. Moſcovit. *Apoſtola Jacoba*, *Apoſtoli Jacobi*. Poſſev. *S. Apoſtoli Jacobi*. Papebroch. *Jacobus*: additque: *Apoſtolus frater Joannis*. Ephemerides metricæ.

> Κτεῖνε μάχαιρα φόνω Ἰάκωβον ἐν τριακάδι.
> *Jacobum gladio trigeſima mactat iniquo*.

„ Ipſum mortis genus ſatis indicat hic intelligi filium Zebedæi, „ fratrem Joannis: qui etiam in pleriſque Menæis notatur; licet quædam exempla nunc repetant Fratrem Domini „. Hæc Papebrochius. Ita enim habet Menol. Baſilianum ad xxx. Apr. „ Certamen S. Apoſtoli Jacobi, fratris Domini. Jacobus magnus Apoſtolus, filius fuit Joſephi Sponſi, frater autem Domini ſecundum carnem, a quo & primus Hieroſolymorum „ Epiſcopus ordinatus eſt „. Cætera ibi legenda. Bis autem in eodem Menolog. Baſil. agitur de S. Jacobo fratre Domini, ſemel ſcil. ad XXIII. Octobris To. 1. pag. 137. & iterum ad xxx. Apr. Tom. 3. pag. 77. Additur in Menæis, Jacobi hujus Adelphothei memoria Dominica poſt nativitatem Domini, ſeu poſt diem 26. Decembris. Bis etiam de S. Jacobo Apoſtolo, filio Zebedæi & fratre Joannis; ſemel nempe Tom. 1. pag. 191. ad xv. Novembris; & iterum Tom. 3. pag. 146. ad xxx. Junii unacum reliquis Apoſtolis. At vero Græci in Menæis ad hanc diem xxx. Apr. non Jacobum fratrem Domini, ſed colunt Jacobum Zebedæi, fratrem Joannis: τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Ἰακώβου ἀδελφοῦ Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου, *S. Apoſtoli Jacobi*, *fratris Joannis Theologi*: cum officio, & diſticho.

> Ὡς ἀμνὸς Ἰάκωβος ἀχθεὶς ἐσφάγη,
> Τῆς εὐσεβείας μυρικίζων τοὺς λόγους.
> *Tamquam agnus ductus Jacobus jugulatur*,
> *Sermones pietatis*, *inſtar Myricæ*, *ungens*.

Synaxarium: „ Hic filius erat Zebedæi, frater autem Joannis „ Theologi: poſt vocationem autem Andreæ & Petri, ab eodem Salvatore ad ſuum diſcipulatum unacum fratre vocatus „ eſt: qui ſtatim patrem & navim, & uno verbo omnia relinquentes, ſecuti ſunt eum „. Cetera ex Evangelio. Et ſub-

jungit

jungitur de ipſius martyrio. „ Quum nempe poſt Paſſionem „ & Aſcenſionem D. N. J. C. Herodes illum confidenter agen„ tem & ſalutarem prædicationem annunciantem non ferret, „ impoſuiſſe in eum manus, & gladio ſuſtuliſſe, alterum a Ste„ phano martyrem Chriſto Domino mittendo „. Porro hic *Jacobus* Zebedæi colitur a Latinis ad xxv. Julii; alter vero *frater Domini*, ad I. Maji. De utroque vide notas Emi Baronii. Vide etiam Henſchenium ad diem I. Maji pag. 24. & Mazochium ad eandem diem pag. I. ubi tertium Jacobum Apoſtolum adſtruunt Alphæi filium & Matthæi fratrem, diverſum a Jacobo Zebedæi & a Jacobo filio Cleophæ & Mariæ fratre Domini ſive Adelphotheo appellato: cujus quidem Jacobi Alphæi memoriam colunt Græci ad IX. Octobris in utroque Menol. De Jacobo autem Alphæi agere Latinos ajunt ad xxv. Maji, & unacum Philippo Apoſtolo ad I. Maji; etſi vulgo hodie dies I. Maji Jacobo Adelphotheo aſſignatur. Hæc illi. Contra, Fabricius Tom. 9. Bibl. Græc. pag. 83. non diſtinguit Jacobum Alphæi a Jacobo Cleophæ, ſic ſcribens. „ Jacobi Alphæi, Minoris Ἀδελ„ φοθέου, Apoſtoli, & Epiſcopi Hieroſol. [a quo perperam „ nomnulli diſtinguunt, ut Combefiſius ad Hippolytum de XII. „ Apoſtolis] Encomium auctore Niceta Paphlagone, *χθὲς καὶ πρώην ὁ μακαριώτατος*, Græc. Lat. in Auctar. noviſs. Combefiſ. Tom. I. pag. 372. Aliud; *οὐχ οὕτω ἡδύ τι τοῖς φιλαρέτοις*, Lambec. VIII. pag. 253. 259. 262. Bibl. Coislin. pag. 211. Et in Actis Sanctor. Tom. I. pag. 735.

Jacobi, Zebedæi. *πρώην μὲν ἡμᾶς*, auctore Niceta Paphlagone, Græc. Lat. in Auctar. noviſs. Combef. Tom. I. pagin. 347. Aliud auctore Leone Centuripino, *ὑλικὴ μὲν αἴσθησις ἥδεται*.

TABULÆ TERTIÆ.

MENSIS MAJUS.

I.

JEREMIAS.

PRimus Vaticanus Ruthenicus: *Jeremiæ Prophetæ*. Secundus vacat. Codex noſter Slavicus: *S. Prophetæ Jeremiæ*. Kalendarium Moſcovit. *Proroka Jeremiy*, *Prophete Jeremiæ*. Poſſev. *S. Proph. Jeremiæ*. De eo non tantum Græci omnes, ſed & Latini agunt hac die: „ In Ægypto Sancti Hieremiæ
„ Prophetæ, qui a populo lapidibus obrutus, apud Taphnas
„ occubuit, ibique ſepultus eſt: ad cujus ſepulcrum fideles (ut
„ refert Sanctus Epiphanius) ſupplicare conſueverunt, inde-
„ que ſumpto pulvere, aſpidum morſibus medentur „. Ephemerides Metricæ:

Πρώτῃ ἐν Μαΐοις λίθοις κτάνον Ἱερεμίαν.
Prima dies Maji ſaxis necat Hieremiam.

Menologium Baſilii: „ Hieremias electus Dei Propheta fuit
„ ex Judæa regione: & multa quidem vaticinatus eſt; præſer-
„ tim vero Hieroſolymorum expugnationem. Quapropter Ar-
„ cam legis & ſacra omnia, quæ in ea erant, accipiens, in pe-
„ tra abſcondit; illos qui aderant ſic allocutus: migravit Do-
„ minus ex Sina in cælum, ac rurſus veniet in Sina cum pote-
„ ſtate, ſignumque vobis erit adventus ipſius, quando gentes
„ omnes lignum adorabunt. Quæ quum dixiſſet, illico ſuper
„ eam petram, in qua Arcam abſconderat, nubes apparuit,
„ locum illum uſque in præſentem diem obumbrans. Plures
„ deinde ærumnas a Judæis ſuſtulit, quum eorum iniquitates
„ redargueret. Quum vero in Ægyptum abiiſſet, prædixit,
„ fore ut eorum ſimulacra concuterentur & conciderent propter
„ Salvatorem puerum ex Virgine in ſtabulo naſciturum. Ac
„ demum quum in urbe Ægypti Taphnis degeret, lapidibus
„ a populo obrutus, è vita deceſſit, prope domum Pharao-
„ nis „. In Synaxario, poſt multa quæ è Scriptura & ex Sancto Epiphanio proferunttr, fabulæ ſubjunguntur, de quibus Papebrochius ad 1. Maji Græcomoſchi, & Falconius pag. 89. Præter ea quæ de Jeremia in divinis Scripturis leguntur, ſcribit de eo Joſephus Antiquit. lib. 10. cap. 6. 7. 10. & 11. Epipha-

phanius de Vita & interitu Prophetar. cap.8. Hieronymus cap.1. in Hieremiam, & cap. 23. Iſidorus cap. 38. Hieremiæ foveam Conſtantinus miro exornavit ædificio, ut ſcribit Nicephorus l.8. cap. 30. De oſſibus Hieremiæ translatis ad Tetrapylum, vide in Prato Spirit. cap. 77. Τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ Σύναξις ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Πέτρου, τῷ συγκειμένῳ τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ. *Celebratur autem ipſius feſtum in Templo Sancti Petri Apoſtoli, ſita juxta SSmam magnam Eccleſiam.*

II.

ATHANASIUS.

Codex Ruthenicus Vaticanus ſecundus: *Athanaſii Magni*. Primus vacat. Noſter Slavicus: *Sancti Athanaſii Epiſcopi*. Kalendarium Moſcoviticum: *S. Athanaſii Alexandrini*. Papebrochius: *Athanaſius*. Poſſevinus: *Sancti Patris Athanaſii*. Agunt de eo Latini hac die: Græci autem eadem die 2. Maji, necnon iterum ad XVIII. Januarii. Ita & Marmor Neapolitanum Græcizat, dum bis Athanaſii memoriam habet: primo ſcilicet ad XVIII. Januarii: *Nt. Sancti Athanaſii Epiſcopi*. Deinde ad 2. Maji: *Nt. S. Athanaſii Patri*: ideſt, Patriarchæ. Ephemerides Græcæ ad XVIII. Jan.

Τάρχυσαν ὀγδοάτῃ τὸν ἔκυν Ἀθανασίου δεκάτῃ.
Mortuo Athanaſio octava decima celebrant exequias:

Ad 2. Maji.

Δευτερίῃ νέκυς Ἀθανασίου εἰσεκομίσθη:
Corpus Athanaſii eſt illatum luce ſecunda:

Alexandria ſcilicet Conſtantinopolim. Ex quibus hexametris palam fit, a Græcis celebrari die quidem 18. Januarii obitum Sancti Athanaſii; die vero 2. Maji, Corporis ejus Translationem ex urbe Alexandrina Conſtantinopolim. Papebrochius tamen ſuis in Commentariis ad diem 2. Maji, poſtquam Sancti Athanaſii res geſtas eruditiſſime texuiſſet, de anno & die obitus ipſius cap. 34. a pag. 248. diſſerens, annum quidem aſſignat 371. diem vero 2. Maji: ſic enim ait num. 398. „ Quod ad annum pertinet, quo è vivis abiit Sanctus Doctor, eum Socrates proximus ævo ſcriptor lib. 4. cap. 16. notatum reliquit, Gratiano II. & Probo Coſs. quum annis 46. inter multa pericula Epiſcopatum adminiſtraſſet. Eundem Conſulatum, qui annum 371. notat, eundemque annorum Epiſcopatui impenſorum numerum notant auctor Vitæ Anonymus & Metaphra-

„ ſtes,Socratem ſecuti„. Deinde quum eorum opinioni reſpondiſſet, qui an. 372. vel 373. morti Athanaſianæ aſſignant, n. 403 de die natali ſic ſcribit: „ De die minus videtur ambigendum
„ quin omnino fuerit 2. Maji: in hoc enim omnes omnino con-
„ veniunt Faſti Ægyptii, Græci, Latinique „. Atqui Græci mentem ſuam ſatis declarant in Ephemeridibus utriuſque Athanaſianæ commemorationi præfixis; nimirum ad diem 2. Maji de Translatione Corporis Sancti Athanaſii agi, non de die ipſius emortuali: idemque ipſe Papebrochius in Majo Græcorum Metrico, recitatum id diſtichon, quod ſupra productum eſt, ſic Latine reddidit.

Corpus Athanaſii eſt illatum luce ſecunda.

„ Alexandria ſcilicet Conſtantinopolim. Subjungens: quo-
„ modo autem hinc Venetias ſit translatum, exceptum, & mi-
„ raculis glorificatum, declarant Acta (a) ex Monaſterio San-
„ ctæ Crucis in Judaica, tranſcripta poſt vitam copioſe ex ope-
„ ribus ipſiusmet collectam.

Quin imo in diſticho, quod in Menæis ad hanc ipſam diem 2. Maji præmittitur Synaxario, ſic legitur:

Ἀθανάσιε πῦ κομίζει μοι πάλιν;
Καὶ νεκρὸν ἐξορισμὸν ἐκπέμπουσί σε.
Quo veheris iterum, quo veheris, Athanaſie?
Etiam in exilium mortuum te relegant.

Quæ verba Corporis Athanaſii translationem aperte indicant. Quid igitur ad hæc Papebrochius? Ait, diem 2. Maji fuiſſe Sancti Athanaſii emortualem; diem vero 18. Januarii, Ordinationis ejuſdem: recurrente autem die 2. Maji, Translationem Corporis ipſius contigiſſe. Sic enim cap. 33. pag. 246. (poſtquam utrumque diſtichon Græcum recitaſſet) ſcribit numer. 389. „ Accedit, quod ad diem 18. Januarii (quem eſſe
„ Ordinationis diem ex temporum ratione & morte deceſſoris
„ Alexandri arbitramur) ubi geminato Hymnorum ſacrorum
„ ordine, in ipſius & Sancti Cyrilli Epiſcopi ſimiliter Alexan-
„ drini, commune feſtum in MSS. & excuſis omnibus proponi-
„ tur, ad finem communis utrique Elogii addantur hæc verba:
„ *Feſtum eorum agitur in Sancta majori Eccleſia*, Sophiæ dicta:
„ non alia, ut licet opinari, cauſa, quam quia Reliquiis Sancti
„ Athanaſii in illam Eccleſiam die ipſius natali jam olim illatis,
„ poſtea

1 a Recitantur Tom. 1. Maji, ad diem 2. pag. 252. ad 262.

Digitized by Google

,, poſtea conjunctæ fuerint Reliquiæ Sancti Cyrilli, ſimiliter ex
,, Ægypto adductæ. Siquidem veroſimilis alia non apparet
,, cauſa ejus commemorandi, & quidem tam ſolemniter, eo
,, die, quo nullis Ægyptiorum Faſtis Sanctus Cyrillus reperi-
,, tur inſcriptus. Ordinatus enim circa 18. Octobris uti con-
,, ſtat ex Socrate lib. 7. cap. 7. mortuus putatur menſe Junio,
,, quando Græca omnia monumenta natalem ejus proponunt.
,, Ceterum quod hactenus ſuſpicionem dixi; ex certa ſcientia
,, infra probabitur, intelligeturque, ut ut olim in majori Ec-
,, cleſia feſtum ſuum habuerit Sanctus Athanaſius, ejus deinde
,, cultum magis auctum eſſe, ædificata ſub ejus nomine Eccle-
,, ſia propria in Xerolopho, translatoque in eam Sancti Corpo-
,, re, veroſimiliter poſt tempora Iconomachorum ,,. Hæc Papebrochius: qui tamen non ſolvit difficultatem ex Menæis Græcorum petitam, in quibus diſertim obitus Sancti Athanaſii ponitur ad 18. Januarii, & Translatio Corporis ad 2. Maji. Ad Sanctum vero Cyrillum quod ſpectat, bis de eodem etiam agunt Græci: ſemel ſcilicet ad 18. Januarii unacum Sancto Athanaſio; & iterum in Menæis quidem excuſis, ad IX. Junii, at in Menologio Baſiliano ad XXVII. Junii, ubi habetur ejuſdem Elogium Tom. 3. pag. 143. in quo dicitur, poſt Epheſinam Synodum, Alexandriam reverſus, ſcriptiſque adverſus omnem hæreſim pluribus libris, in pace ad Deum migraſſe. Emortualis igitur Sancti Cyrilli dies apud Græcos aut IX. aut XXVII. Junii contigiſſe exiſtimata fuit. Cur autem unacum Sancto Athanaſio ad XVIII. Januarii colitur? non certe ob eam cauſam, quam conjectando affert Papebrochius; ſed quam Græci in Menæis ad eamdem diem XVIII. Januarii tradunt, duobus hiſce diſtichis.

Ἀθανάσιον ϗ θανόντα ζῆν λέγω.
Οἱ γὰρ δίκαιοι, ζῶσι ϗ τεθνηκότες.
Athanaſium vel mortuum, vivere ajo.
Juſti enim, etiam mortui, vivunt.

En dies emortualis Sancti Athanaſii. Quid porro de Sancto Cyrillo? audi.

Φυγῆς Κυρίλλου σήμερον μνήμην ἄγει.
Ἀλλ' ὐ τελευτῆς ἀειμνήστου κτίσις.
,, *Fugæ Cyrilli hodie memoria agitur;*
,, *Non autem memorandæ ſemper illius mortis.*

Ubi

Ubi quid per fugam Sancti Cyrilli intelligitur, niſi aut Corporis ipſius Translatio, aut factum aliquod nobis ignotum, quod ex ejuſdem Vita eſt expiſcandum. Bolland. ad 28. Januarii pagin. 851. num. 55. ubi Sancti Cyrilli res geſtas deſcribit, de Synodo Epheſina loquens: „ Interea Imperator, falſa Orientalium relatione deceptus, non ſolum Neſtorii, verum etiam „ Cyrilli & Memnonis exauctorationem tamquam legitime factam approbat. Joannem ſacrorum Comitem Conſtantinopoli Epheſum legat, qui pacis concordiæque cauſa Synodo „ adſit, ut dicitur Tom. 3. cap. 15. Hic ubi Epheſum advenit, „ prima die lectis Imperatoris literis, declarat Neſtorium, „ Cyrillum atque Memnonem jure depoſitos, quos omnes ne „ diſſidia majora concitarentur, carceri quemque ſuo includit „. Et poſt pauca, Cyrilli hæc verba profert: „ Nos vincti cuſtoditique aſſervamur, ignari prorſus, quo tandem res hæc ſit „ evaſura. Verumtamen gratias agimus Chriſto, quod pro „ nomine illius digni habeamur, non ſolum vinculis conſtringi, ſed cetera quoque omnia perpeti „. Huc referri videtur, quod de ipſius fuga ſive exilio in diſticho dicitur; ad ea ſcilicet, quæ Sanctus Doctor pro Catholica fide in Synodo Epheſina fecit, & paſſus eſt. Certe Latini de Cyrillo agunt, non quidem menſe Junio, quo is obiiſſe dicitur; ſed menſe Januario die 28. his verbis: „ Item Sancti Cyrilli ejuſdem urbis Epiſcopi, qui Catholicæ fidei præclariſſimus propugnator, doctrina „ & ſanctitate illuſtris, quievit in pace „. Baron. „ De eodem „ hac die cæteri Latinorum; Græci autem in Menol. 9. Junii „. Quo die Menologium: *τοῦ ἐν ἁγίοις πρς ἡμῶν Κυρίλλου, Πάπα Ἀλεξανδρείας*, *S. P. N. Cyrilli, Papæ Alexandriæ*, cum hoc diſticho, ſine tamen Synaxario.

Κύριλλον ὑμνῶ τοῦ κυρίου μου φίλον,
Καὶ κυρίας πρόμαχον ἀειπαρθένου.
Cyrillum celebro Domini mei amicum,
Et Dominæ ſemper Virginis propugnatorem.

Bollandus ad XXVIII. Januarii de anno ac die mortis Sancti Cyrilli, pag. 844. num. 6. „ Theophilus Epiſcopus Alexandrinus, Cyrilli deceſſor & patruus, obiit XV. Octobris anni „ 412. quo Coſs. erant Honorius Aug. IX. & Theodoſius junior Aug. V. Ac tertio poſt Theophili obitum die, Epiſcopatu potitus eſt Cyrillus, ut infra ex Socrate dicitur. Tri-

„ ginta

Digitized by Google

„ ginta eum & duos annos Epiſcopum vixiſſe, teſtatur ejus ex
„ ſorore nepos Athanaſius Presbyter, & Theodorus Diaconus
„ Alexandriæ in libellis ad Leonem Papam, & ad Chalcedo-
„ nenſe Concilium, hujus Actioni 3. inſertis, licet in Theo-
„ dori libello Græce hæc verba non legantur. Sequuntur Li-
„ beratus Diaconus in Breviar. cap. 10. Nicephorus lib. 14.
„ Hiſt. Eccleſ. cap. 47. Attigit igitur minimum annum Chriſti
„ 444. quo eum Baronius aliique recentiores ſcribunt obiiſſe,
„ ſub Theodoſii junioris imperio, Leonis Magni Pontificatu.
„ Diem obitus ſtatuunt v. Idus Junii, quod in Græcorum Me-
„ nologio *natalis* vocetur, ut ſupra dictum; adeoque, ut Li-
„ beratus ſcribit, *trigeſimo & ſecundo Epiſcopatus ſui anno*
„ *mortuus* dicetur. Verum quod dies natalis in ſacris Faſtis ſo-
„ lemnem dumtaxat eo die haberi Sancto cuipiam cultum ſæ-
„ penumero ſignificet; parum id ſolidum eſt argumentum. Et
„ fortaſſis hoc XXVIII. Januarii anni 445. deceſſit, triginta duo-
„ bus in Epiſcopatu annis expletis, ut Athanaſius, Theodorus,
„ & Nicephorus indicant „. Ecce, Papebrochius a Bollando diſſentit, quoad diem emortualem S. Cyrilli; uterque autem a Græcis, qui Cyrilli obitum ad menſem Junium figunt, Athanaſii ad Januarium. Iidem Græci, ſicut ad XXXI. Januarii conjunctim celebrant SS. Doctores, Baſilium, Gregorium Nazianzenum, & Joannem Chryſoſtomum; ita ad XVIII. ejuſdem, occaſione obitus S. Athanaſii, colunt etiam S. Cyrillum, ejuſdem Alexandrinæ ſedis Epiſcopum.

Acta Athanaſii Alexandrini, *πολλοὶ μὲν τῶν ἁγίων*, Græce & Latine in edit. Operum ejuſdem. In eundem Oratio XXI Sancti Gregorii Nazianzeni, *Ἀθανάσιον ἐπαινῶν, ἀρετὴν ἐπαινέσομαι*. Alia in eundem Athanaſium Oratio Anonymi: *ἄλλοι μὲν μακαρίων ἀνδρῶν*, Latine apud Sur. 2. Maji, & Græc. Lat ad calcem operum Athanaſii. Plura in Sanctum Athanaſ. Combefiſius Tom. 6. Biblioth. Concionat. pag. 500. ad 530. Vide & Photium Cod. 258.

III.

TIMOTHEUS. MAURA.

Kalendarium Moſcovit. *M. Timothea i Mau. Martyr Timotheus, & Maura*. Poſſevinus: *S. Mart. Timothei*. Vaticani Ruthenici & noſter Slavicus vacant. Papebrochius: *Timotheus. Maura*. Additur: *Preſtaulenie Prepodobnago otca naſſego Theodoſia*

doſia Pecerſcago. Obitus S. P. N. Theodoſii Peczarenſis. Græci in Menæis: τῶν ἁγίων Μαρτύρων Τιμοθέου καὶ Μαύρας, *SS. Martyrum Timothei & Mauræ.* Ephemerides Metricæ:

> Σταυρῷ Τιμόθεος τριτάτῃ ταύθη ἅμα Μαύρας.
> *Timotheum Mauramque cruci lux tertia fixit.*

Diſtichon:

> Ἥπλωσε Χριστὸς χεῖρας ἐν σταυρῷ πάλαι:
> Ἥπλωσε καὶ νῦν Μαῦρα σὺν Τιμοθέῳ.
> *Expandit olim Chriſtus in cruce manus;*
> *Expandit & nunc illas cum Timotheo Maura.*

Menologium Baſilianum, *Certamen SS. Martyrum Timothei, & Mauræ.* „ Timotheus Chriſti Martyr, ſanctiſſimæ Dei Eccle„ ſiæ (*a*) Lector fuit. Quum autem conjugii lege Mauram „ accepiſſet in uxorem, vix elapſis diebus viginti, compre„ henſus eſt ab Idololatris, & vinctus, ad Arianum (*b*) The„ baidis Præſidem adductus, eique traditus: qui ait ei: Affer „ libros tuos, eoſque coram me combure. Quum autem „ Sanctus id facere renueret, candentibus laminis ferreis in „ ejus aures immiſſis, ſtatim exciderunt pupillæ oculorum ejus. „ Deinde rotæ per talos alligatur, lignumque ori ejus imponi„ tur, & ſaxo ad collum alligato, inverſo capite ſuſpenditur. „ Quumque nihil ei præſes perſuadere potuiſſet, præcepit „ conjugi ejus, ut hortaretur eum deficere a Chriſto. At illa „ elegit potius martyrium pati. Quare evelli juſſit crines ca„ pitis ejus, ac demum utrumque ad parietem clavis configi: „ ubi novem dierum ſpatio perſeverantes, vitam conſumma„ runt „. Paulo prolixiora ſunt quæ de utroque narrantur in Synax. (*c*) Menæorum; ſed quæ ex eorum Actis ſunt deſumta, quorum initium: ἐν τῷ καιρῷ τοῦ διωγμοῦ, Græce MS. Græco Palatino 27. Bibliothecæ Vaticanæ in Actis Sanctor. Maji p. 741. Latine ibidem pag. 376. Martyrologium Romanum: „ In The„ baide SS. Martyrum Timothei, & Mauræ conjugis, quos „ Arianus Præfectus poſt multa tormenta cruci juſſit affigi, in „ qua novem diebus vivi pendentes, ac ſeipſos in fide robo„ rantes, martyrium conſummarunt.

Ta-

a In Actis. *Lector ex vico Perapæorum.*

b Hic Arianus præſes fidem Chriſti poſtea agnoſcens, pro eadem ſubiit martyrium circa an. 286, unacum SS. Philemone, Apollonio & IV. Protectoribus die 8. Martii.

c Dicitur eorum feſtum celebrari *in Sanctiſſimo eorum martyrio, quod eſt Pera in Juſtiniani.*

Tabulæ Papebrochianæ poſt Timotheum & Mauram repræſentant *Theodoſium Abbatem* mortuum capite radiato jacentem in feretro faſciis involutum uſque ad collum: Metropolitano cum Presbytero duobuſque monachis ad caput adſtantibus, ad pedes vero aliis Presbyteris, Diacono, & Monachis. Ubi notandum, quod Metropolitanus manu dextera tenet Calicem cum operculo cruce ſignato ac reducto, & Presbyter monachus ſiniſtra cochlear in calicem immittit: argumento, quod Theodoſius paulo ante obitum Sacram Euchariſtiam ſumſerit. Inſcriptionem ſuperimpoſitam Ruthenice ſupra exhibui cum Latina interpretatione: quam Papebrochius ſic reddidit. „ Obitus S. P. Theodoſii in „ Petſerra. Ita ad verbum noſter Belga. R. P. Ohilewicz interrogatus, reſpondit eſſe *Theodoſium Kiovienſem, cujus virulentas contra Latinam Fidem blaſphemias coram Izaslao Ruſſiæ Principe penes ſe habebat in MS. Codice, quo uſus olim Dux Oſtrogius Schiſmaticus*. Difficile mihi eſt divinare, quem ille Izaslaum intelligat: nam in epitome genealogica Ducum „ Moſcoviæ tres omnino Iſoslavos invenio, quorum primus fuerit filius Wolodimiri, ſub quo fides Chriſtiana recepta apud „ Moſcos. Secundus ejuſdem Wolodimiri ex primogenito Jaroslavo nepos item ſecundogenitus: ac denique prædicti Jaroslavi ex primogenito ſuo Vvolodimiro nepos rurſus ſecundogenitus: omnès Principes Ruſſiæ, Dux nemo: quorum „ ultimus vixerit circa annum 1150. Interim difficulter inducor „ ut credam ejuſmodi hominem, qualem indicat Ohilewicz „ tam ſolennem cultum potuiſſe apud Moſcos obtinere; & donec melius res examinata fuerit, opinabor potius diverſum „ eſſe Scriptorem iſtius libri, a ſancto jam magnifice hic expreſſo. Qui feretro adſtat in habitu Metropolitico, veluti prætendens vaſculum Olei Sacri (*a*) unde accipit Chriſma adſiſtens Hegumenus, ſumi poteſt pro totius Ruſſiæ Metropolita Kiovienſi Epiſcopo. Qui autem monaſterium præterlabitur „ fluvius, ſi quidem id ipſum circa Kioviam eſt, erit Boryſtenes. Plura a Ruthenis ipſis doceri petimus „. Idem Papebrochius ad diem 3. Maji de Sanctis Prætermiſſis & ad alios dies rejectis pag. 360. „ Theodoſii Kiovienſis obitus indicatur in „ figurato Kalendario Moſcovitico Amſtelodami apud Laurentium Vander Hem aſſervato. Apparet, ex ipſa imaginis hi-

(*a*) Imo Sacræ Euchariſtiæ.

„ ſtoricæ adjunctæ amplitudine cultum ejus apud Moſchos cele„ berrimum eſſe, proinde de hujus vita, ætate & ſanctitate „ optaremus plenius edoceri. Dedimus XII. Febr. vitam „ S. Alexii Confeſſoris Kiovienſis. Memoratur in Menologiis „ Unitorum ad XXI. Decemb. B. Petrus Metropolita Kioviensis, „ inter patronos proprios ducatus Lithuaniæ apud Albertum „ Vviuck Kojalowicz; ſed quia hic de illo tacet, nihil ſtatue„ re audemus, donec reſponſum e Lithuania acceperimus „: Reſponſum dat Culcinius in Specimine pag. 14. in hæc verba: „ III. Maji de S. Theodoſio Hegumeno Pieczarenſi. Hic San„ ctus Monachorum in Ruſſia ſecundus poſt Antonium inſtitu„ tor, & cœnobii Pieczarenſis ad Kioviam Hegumenus, ha„ bet in meo Anthologio officium proprium cum parvis & ma„ gnis veſperis, cum duplici Canone, & Synaxario, quod La„ tine adornatum hic pono.

„ Sanctus Pater noſter Theodoſius natus in oppido Vaſile„ vo, haud procul ab inferiori Novogorodo, e parentibus piis „ Chriſtianis, & ſancte educatus, dilexit Chriſtum a juventu„ te, evaſitque Spiritus Sancti habitaculum. Addictus a paren„ tibus ſtudio literarum, adeo celeri paſſu in eis procedebat, „ ut omnes mirarentur ſcientiam pueri, prudentiam, ac ſedu„ litatem: Vitabat nugas pueriles, frequentabat templum, at„ tentam præbebat aurem hymnis ac lectionibus ſacris. Ter„ tium ſupra decimum agens annum, amiſit patrem: quo vita „ functo, ad majores ſe extendens labores, omnes mundi il„ lecebras fugiebat, ſpretiſque ſplendidis veſtibus, viles pan„ nos induebat, ac frequentiſſime in templo miniſtrabat. Adiens „ ſemel fabrum ferrarium, juſſit fieri torquem ferreum, quo „ lumbos conſtringens, & acrem celans dolorem, perſpicaces „ matris non effugit oculos. Hæc enim & torquem ademit, & „ ne in corpuſculum ſæviret, interdixit. Tæduit ipſum idcir„ co domi manere. Hinc nactus tempus opportunum, rapuit „ fugam, ferentibus eum votis ad Terram Sanctam. Sed aſſe„ cuta profugum mater, domum reduxit, acriterque verbera„ tum ſecum habitare coëgit, & diligentius cuſtodivit. Vanas „ tamen effecit filius maternas curas. Nam rurſus domo clancu„ lum erumpens, iter docente Spiritu divino, pervenit Kio„ viam: adienſque B. Antonium oravit humiliter, ut cum ipſo „ maneret. Factus voti compos, tonſus in monachum, & no„ mine

„ mine Theodoſii inſignitus, vivebat ſub obedientia B. Anto-
„ nii; totus effuſus in obſequia fratrum: quævis enim laboris
„ plena miniſteria indefeſſus obibat. Quadriennio in religioſis
„ exercitiis exacto, Theodoſius innotuit matri, quæ ut audivit,
„ illico conſurgens, Kioviam advolavit; accedenſque Cryptam
„ B. Antonii, evocatum ad colloquium filium hiſce plorans af-
„ fata eſt verbis. Quid mali tibi feci, quod me reliqueris,
„ & in mœrore ducere reliquum vitæ coëgeris? Linque has cry-
„ ptas, revertere domum, matriſque tuæ dolorem novo gau-
„ dio ſana. Reſpondens ſuaviter Theodoſius, matrem mitiga-
„ vit, quæ victa ipſius efficaci ſuada, & illi libertatem ſerviendi
„ Deo conceſſit, & ſibi hanc felicitatem optans, ſanctimonia-
„ lium regulam profeſſa, duxit in poſterum vitam beatam. Læ-
„ tus hanc ob victoriam Theodoſius, ferventiori in dies in-
„ cendebatur Dei amore, & ſubdens corpus ſpiritui, aſſiduis
„ orationibus, jejuniis atque vigiliis, multas variaſque Dæmo-
„ num tentationes fortiter retundebat. Illuſtres virtutes eve-
„ xere tandem virum ſanctum ad regimen Fratrum, quorum
„ ipſe congregata inſigni Communitate, paſcebat eos tamquam
„ gregem Chriſti, docens per ſingulos dies timorem Domini.
„ Inito interea conſilio Beati Antonius ac Theodoſius de con-
„ ſtruendo in honorem Deiparæ e cæmentis Templo, quum ei-
„ dem magnæ Dominæ arduum opus frequentibus commendaſ-
„ ſent ſuſpiriis, en mirabile accidit prodigium. Ipſis enim in
„ Ruſſia orantibus, celerrima ſuorum clientum auxiliatrix in
„ imperanti Græcorum urbe in Templo ad Blachernas apparet
„ cæmentariis quibuſdam ad inſtar Reginæ, & aſſiſtentibus An-
„ tonio ac Theodoſio, de erectione Templi ad Cryptas Kio-
„ vienſes operarios alloquitur, formam molis ipſis præſcribit,
„ inſtructoſque copioſo auro Kioviam ire jubet. Parent juſſis ho-
„ mines, committunt ſe itineri, quo emenſo, ſiſtunt ſe coram
„ viris beatis, exponunt ipſis miram viſionem, pro cujus com-
„ probatione aurum e manibus Reginæ acceptum in menſam ef-
„ fundunt, ac promptitudinem ad inchoandum opus exhibent.
„ Mirantibus viris ſanctis, & ſingularem V. Mariæ protectionem
„ laudantibus, en novum e cælo editur prodigium: nam quum
„ aptus Templo locus quæreretur, prima nocte uberrimo
„ rore ſitus deſignatus, altera igne cælitus lapſo virgulta exuſta,
„ lutoſæ foveæ exſiccatæ ac explanatæ, cæteraque obſtacula

„ amota. Sic rebus diſpoſitis, jacta ſunt fundamenta, & in „ pauco tempore, juvante Deipara, magnificum Templum „ ſurrexit. Actis Almæ Dei Parenti gratiis, Theodoſius ad ſu- „ bliora ſemper religioſæ perfectionis tendebat cacumina. Nam „ & hoc in more habebat, quod integram quotannis Quadra- „ geſimam incluſus arctæ Cryptæ in jejunio, ſilentio ac oratio- „ ne perageret; & nonniſi in vigilia Sabbati de Lazaro (*ante* „ *Dominicam Palmarum*) ad Fratres rediret. Summis rigo- „ ribus tractabat ſuum corpus, cui abſtinentiis, laboribuſque „ extenuato, ſat modicum quietis, ſedens tantum, nunquam „ vero jacens, concedebat. Multis idcirco, iiſque inſignibus „ ornatus erat a Deo donis; maxime ſi quando defectu annonæ „ monaſterium laborabat, ipſo orante ſtatim quævis victui ne- „ ceſſaria a piis hominibus ſubminiſtrabantur. Poſt multa de- „ mum certamina, & longum pietatis ac ſanctimoniæ exerci- „ tium, certior a Deo redditus de proximo tranſitu ſuo, die „ quinta juſſit ſe afferri ante portam Templi: & convocatis Fra- „ tribus, hæc extrema fecit verba. Patres & Fratres, Deus vos „ cuſtodiat ab inſidiis mali hoſtis; vos autem manete in charita- „ te. Ecce ego recedo a vobis: Dominus enim vocat me. Quem „ vero vultis habere Hegumenum, concorditer eligite, ut ego „ benedicam ipſi. Salutantibus pro Præſide Fratribus Stephanum „ Eccleſiarcham, benedixit ei Sanctus Pater, & ſubjunxit: Hoc „ erit vobis ſignum poſt tranſitum meum. Si placui Deo, mo- „ naſterium hoc creſcet, cunctiſque bonis abundabit. Vos tan- „ tum oportet eſſe obedientes Præpoſito veſtro, & Deus ſem- „ per erit vobiſcum. His dictis, benedixit Fratribus, & ſum- „ pta ſacra Euchariſtia, obdormivit in Domino die 3. Maji, ſe- „ cundo poſt Paſcha Sabbato, anno a Nat. Chriſti 1074. Vene- „ rabiles ejus exuvias Fratres intulerunt Cryptis, prout ipſe juſ- „ ſerat, & reverenter condiderunt. Sic Theodoſius tamquam „ illuſtre Ruſſiæ ſidus multis inclaruit miraculis, cujus ſanctis „ precibus Chriſte Deus miſerere nobis. Amen.

„ Hactenus Synaxarium. Sed Patericon, ſeu Liber de vi- „ tis Patrum Crypten ſium, fuſius perſequitur Acta hujus San- „ cti: cujus ſanctitatem quod noſter Ohilewicz vocaverit in „ dubium, falſus fuit per hoc, quod in ſuo Codice invenerit „ aliquam Epiſtolam contra Latinam Eccleſiam ab altero, ſed „ non ab iſto Theodoſio Pieczarenſi, exaratam, ut optime opi-

„ na-

„ natur Papebrochius. Vel, quod veroſimile eſt, virulentæ
„ blaſphemiæ contentæ in Codice, quem habebat præ manibus
„ P. Ohilèwicz, imputatæ ſunt falſo Sancto Theodoſio a recen-
„ tioribus Schiſmaticis, ad conciliandam impoſturæ majorem
„ authoritatem: quod paſſim antiquitus fiebat, & modo aliquan-
„ do contingit. Ceterum eo tempore, quo claruit hic vir ſan-
„ ctiſſimus, de Schiſmate nec ſomniabantur. Vide Papebroch.
„ in Act. Sanctor. Tom. I. Maji, ad diem præſentem „. Hæc Culcinius.

Et hoc quidem eſſe clariſſimum, emortualem nempe S. Theodoſii diem anno Chr. 1074. in diem 3. Maji & in Sabbatum ſecundum poſt Paſcha contigiſſe,) nemo non videt: nam eo Chriſti anno Paſcha in xx. Aprilis incidit, litera Dominicali E; adeoque primum Sabbatum poſt Paſcha fuit dies 26. Aprilis, & ſecundum dies 3. Maji. Quod autem Papebrochius ex Ohilewiczo profert, de S. Theodoſio Abbate coram Izaslao Ruſſiæ Principe blaſphemias contra Latinam Eccleſiam evomente; hoc enimvero nulla ratione ſtare poteſt, quemadmodum auguratur Culcinius: cui tamen ineluctabile, ut mihi videtur, argumentum præbuerint ea, quæ ſunt a me Tom. IV. a pag. 58. ad 76. & a pag. 92. ad 98. de *Uladimiro* primo Ruſſorum Chriſtiano monarcha ejuſque filiis ac nepotibus *Jaroslao*, *Izaslao*, & *Uladimiro* ſecundo, Monomacho appellato, ex Græcis auctoribus obſervata. Ibi enim demonſtravi, *Uladimirum* quidem primum anno circiter Chriſti 1015. deceſſiſſe: Jaroslaum ejus filium anno 1036. obiiſſe: *Izaslaum* huic ſucceſſiſſe; & *Uladimirum* ſecundum anno 1043. jam Ruſſorum Monarcham, Conſtantinopolim obſediſſe: *Michaëlem* denique Cerularium Conſtantinopolitanum Patriarcham, Græcanici Schiſmatis auctorem, anno 1043. die 8. Junii inauguratum, anno 1059. depoſitum fuiſſe. Quæ quum ita ſint, fieri nequit, ut Schiſma Cerularianum in Ruſſiam ſub Jaroslao aut Izaslao, qui annum 1043. non attigere, penetraverit: ac propterea falſum omnino eſſe, quod nugivenduli recentiores de S. Theodoſio ſcribunt, eum ſcil. coram Jzaslao Romanam Latinorum fidem impugnaſſe; idque eo præſertim confirmatur, quod Theodoſius apud Kioviam in Cryptis potiorem ſuam ætatem monachum egerit; Kioviam autem, tamquam olim præcipuam monarchæ Ruſſici Sedem, non alii poſt S. Uladimiri obitum Principes obtinuerint, niſi Jaroslaus, Iza-

Digitized by Google

Izaslaus, & Uladimirus Monomachus, ab anno ſaltem 1015. uſque ad annum 1043. & quod vivente eodem Uladimiro excurrit.

IV.

Pelagia.

Kalend. Moſcov. *Sviatiya Prepodob. Mucenicza Pelagia*, *Sacroſancta Martyr Pelagia*. Poſſevin. *S. Matris Pelagiæ*, pro, Martyris. Papebr. *Pelagia*, Virgo Martyr Tarſi in Cilicia ſub Diocletiano: de qua Ephemerides metricæ.

Ἀμφὶ τετάρτῃ Πελαγίη κάυθη βοῒ χαλκῷ.
Sub quartam in tauro Pelagia flagrat aheno.

Agunt de ea Græci in Menæis ad hanc diem, cum officio & Synaxario, cui præcinit diſtichon:

Ἆθλων πέλαγος ἐμπλέει Πελαγία,
Νεωρίῳ νῦν σάρκα δῦσα καμίνου.
Pelagia pelago innatat certaminis,
Fornacis in navale corpus immittens.

Latini etiam ad IV. Maji: „ Tarſi S. Pelagiæ Virg. quæ ſub „ Diocletiano in bovem æneum candentem incluſa, martyrium „ complevit „. At Menologium Baſilianum ejus memoriam recolit ad VII. Octob. his verbis „ Pelagia martyr ex urbe Tar„ ſo fuit temporibus Diocletiani Imp. Quum autem Clinus Epi„ ſcopus multos ex Græcis baptizaret, ipſa vidit per quietem „ Epiſcopum ſe ad Baptiſmum adhortantem. Quare petita a „ matre venia, ut nutricem ſibi convenire liceret, adiit Epi„ ſcopum, & baptizata eſt. Traditaque poſt Baptiſmum ſua, „ quam Epiſcopus erogaret, maximi pretii ſtola, rediit ad ma„ trem: quæ filiam in vili ac ſordida veſte conſpicata, ea ne„ quaquam admiſſa, in fletum erupit: & properans, filio Dio„ cletiani, qui ſibi Pelagiam deſponderat uxorem, indicavit, „ illam ad Chriſtianorum ſacra tranſiiſſe. Quod quum audiſſet „ adoleſcens, dolore perculſus, ſibi manum intulit. Quamob„ rem Diocletianus ejus pater, ira adverſus Sanctam accenſus, „ correptam juſſit bovi æneo ſubjecto igne includi, & cremari. Papebrochius in Comment. prævio ad IV. Maji pag. 454. num. 5. recte obſervat. „ Acta, quorum hoc eſt compendium, Græca „ inveniens in Cod. ex monaſterio Cryptæ Ferratæ delato ad „ Bibliothecam Vaticanam, Guilielmus Sirletus roganti Aloyſio „ Lipomano unacum aliis Latina fecit: cujus interpretationem

„ apta-

„ aptavimus ad alterum eorundem Actorum Græcum exemplar „ tranſcriptum a nobis in eadem Bibliotheca ex Cod. Palatino. „ Sunt autem illa non ſolum verboſitate, ſed etiam fide Græ„ ca, ex traditione vulgari potius, quam certis ac fidis docu„ mentis deſcripta, & circumſtantiis ſupra veri ſimilitudinem „ quandoque exaggeratis ornata Conſtantinopoli [ut ego qui„ dem exiſtimo] poſt multa ſæcula, quum forte ejus Confeſſio „ reſtaurata novis inciperet clarere miraculis. Certe [ut diſſi„ mulemus Diocletianum ipſum martyrio Virginis Tarſi præ„ ſentem, quod deberet certiori teſte probari] minime feren„ dum eſt, quod dicatur Sancta filio Diocletiani deſponſa, qui „ nullos unquam genuiſſe ſcitur, & horum defectu Conſtan„ tium, Conſtantini patrem, generum ſibi legit, & Cæſarem „ appellavit, ac denique conſtituit pro ſe Imperatorem. *Et* „ *num.* 6. Interim Diocletiani præſentis nomine intelligatur „ vel Simplicius, vel alius quivis ab Imperatore Tarſum miſſus „ Judex, ſub quo res acta ſit „. Pelagiæ Tarſenſis Acta, τῦ πρώην διωγμῦ ἀνανεωθέντος παρὰ τῦ Διοκλητιανῦ, e MS. Palatino Vat. 27. pag. 68. in Actis Sanctor. Tom. I. Maji pag. 747. Latine, *Quum eſſet nuper a Diocletiano Imp. per totum orbem terrarum Chriſtianorum perſecutio renovata*, Ibid. pag. 454. In fine Synaxarii Claromontani de S. Pelagia legitur: Τελεῖται ἡ αὐτῆς Σύναξις ἐν τῷ Μαρτυρίῳ αὐτῆς, τῷ ὄντι πέραν, πλησίον τῦ ἁγίυ Μάρτ. Κόνωνος. *Agitur ejus feſtum in ejus Martyrio, conſtructo Peræ, juxta S. Mart. Cononem.*

V.

IRENE.

Vaticanus Ruthenicus (*a*) primus: *Irenes*. Secundus, & Slavicus noſter vacant. Kalend. Moſcovit. *Sanctæ Mart. Irenes*. Poſſev. *S. Matris Irenes*, pro, Martyris. Papebr. *Irene*; Virgo Martyr. Ephemerides metricæ.

Εἰρήνη τμηθεῖσα αὐέχετο ᾗ θάνε πέμπτῃ.
Secta caput quinta Irene patitur moriturque.

Menæa Græca: τῆς ἁγίας Μεγαλομάρτυρος Εἰρήνης, *Sanctæ magnæ*

a Falconius *Sanctam Irenem*, quæ ad v. Maji in Tab. Cappon. colitur, retrahit ad IV. ejuſdem; & ſic pergit, *Jobum* ad v. & *Apparitionem S. Crucis* ad VI. & reliquos ad antecedentem non ſuum diem retrahere uſque ad finem hujus menſis. Errore non vulgari. Non enim ſolum peccat in Moſchorum Kalendarium, ſed etiam in Græcum Menologium.

gnæ Martyris Irenes, cum officio, & Synaxario bene prolixo; cui præmittitur diſtichon.

Ξίφει θανῦσα ϰὶ βιώσασα ξένως.
Εἰρηνικῶς τέθνηκας αὖθις Εἰρήνη.
Gladio (a) peris, & iterum vivis admirabiliter:
Pacifice mox moreris iterum, Irene.

Brevius res ejus geſtæ enarrantur in Menol. Baſiliano ad hanc diem, quæ ab Henſchenio recitantur Tom. 2. Maji pag. 4. num. 2. ſic tamen fabuloſæ, ut quæ huc referantur, indignæ ſint. Papebroch. ad Majum Græcum metricum: *S. Irene, celeberrima Conſtantinopoli, quo corpus adveƈtum Epheſo*, ubi ſub Numeriano paſſa dicitur. „ Acta, in quibus Licinii Imperatoris [*imo*, „ *Reguli*] filia fuiſſe dicitur, etſi Græca habuerimus, non ta„ men judicavimus inſerenda huic operi: adeo fabuloſa viden„ tur eſſe: quod neſcio, quomodo aliis etiam quibuſdam inſi„ gnibus, & Occidente non minus, quam Oriente cultiſſimis „ virginibus ac martyribus contigit: puta Barbaræ, Margaritæ „ ſeu Marinæ, & Catharinæ.

Acta vitæ, & martyrii quæ hic danda eſſe non judicamus (verba hæc ſunt Henſchenii Tom. 1. Maji pag. 5. num. 3.) extant in Bibl. Vat. & Græca & Latina. Ex his Græca ſunt in Cod. 886. & ſic incipiunt: *κατὰ τὺς προσλαμβάνοντας χρόνυς, ὑπῆρχεν Βασιλεὺς ὀνόματι λικίνιος*. Alia Græca ſunt in Cod. 1190. cum hoc exordio: *τὸν τῶν Μαρτύρων ἐπικαλῦμαι Θεὸν, μαρτυρικὺς ἀγῶνας δεξιεῖσαι βυλόμενος*. Latina autem curavimus deſcribi ex Cod. 6188. ſub hoc titulo: *Martyrium glorioſæ & victricis Martyris Hirenes*: & ipſa Acta ſic incipiunt: *Temporibus illis Licinio Imperatori erat filia quædam, nomine Penelope, ſpecie venuſta & tam egregia corporis forma, ut ejus pulcritudinem omnes homines admirarentur.*

Porro ſanctæ Irenes memoria adeo illuſtris fuit apud Græcos, ut Conſtantinus Imp. Ædem illi ſacram Byzantii extruxerit. Lege Cangium in Conſtantinopoli Chriſtiana cap. VII. de ædibus ſacris, ſanctis Virginibus & martyribus dicatis, ubi a pag. 147. edit. Reg. agit de tribus Ædibus eidem S. Irenæ dedicatis, prima ſcil. juxta Sophianam; altera ad Fretum, ſive *παραθα-*

---

a Alluditur ad Acta ejus fabuloſa, in quibus dicitur Saborius Perſarum Rex eam capite plecti juſſiſſe: quumque obiiſſet ac ſepulta fuiſſet, ab Angelo reſuſcitata fuiſſe. Cetera portentoſa quæ de ea in Synaxario narrantur, vide apud Falconium ad IV. Maji pag. 90.

Digitized by Google

ϖαϑαλάσια, & πρὸς ϑάλασαν dicta; tertia ad ipſas ſinus fauces, in Sycis trans portum appellata. In Synaxario Claromontano ad XXVIII. Apr. dedicatio primæ Eccleſiæ celebratur: *Encænia S. Irenes veteris ac novæ*: nam a Juſtiniano eadem Conſtantiniana ædes fuit de novo inſtaurata, atque in eam amplitudinem evecta, vix ut Byzantii, excepta Sophiana, ulla eſſet, cui de magnitudine concederet, uti habet Procopius lib. I. de Ædific. cap. 3. Menſe vero Sept. celebrata fuit dedicatio Ædis Sycenæ; Theophanes ad XXV. Juſtiniani annum. „ Hoc anno, menſe „ Sept., Ind. XV. facta ſunt encænia ædis S.Irenes in Sycis trans „ portum, & ſanctæ Reliquiæ ex magna Eccleſia proceſſere „ cum duobus Patriarchis, Mena Conſtantinopolitano, & Apol„ linario Alexandrino: conſedere vero ii in Imperatorio curru, „ ſanctas Reliquias genibus deferentes, & revera uſque ad tra„ jectionis locum, quibus trajicientibus portum, occurrit iis „ Imperator, & ipſam S. Irenes Eccleſiam aperuere.

VI.

Job patiens.

Ruthenici Vaticani ,& Slavicus noſter vacant. Kalendar. Moſcovit. *Joba Mnogoſtradal*. *Jobi Patientis*. Poſſev. *S. Patris Job*, pro, Patientis. Papebr. *Job*. *Andronicus*. *Athanaſia*. Ephemerides metricæ:

Ἕκτῃ Ἰὼβ πολύαϑλον ϑανάτῳ τέλος ἀμφεκάλυψεν.
Job ſexta finem vitæ invenit ærumnoſæ.

Colitur a Latinis ad X. hujus. Græci in Menæis ad diem VI. τοῦ ἁγίου καὶ δικαίου καὶ πολυάϑλου προφήτου Ἰὼβ, *Sancti*, *Juſti*, *& patientiſſimi Job*. In Martyr.Rom. *In terra Hus Sancti Job Prophetæ admirandæ patientiæ viri*. Idipſum fere ſonat Græca vox πολύαϑλος, ideſt, qui multa ſuffert, & in multis certaminibus victor exiſtit. Menol.Baſilianum,eum antea *Joam* vocatum dicit, pro *Jobab*. Quintum ab Abraham Patriarcha, Græci omnes vocant: anteceſſiſſe autem Chriſti Nativitatem annis 1925. prophetaſſe annos 25. aut 35. ubi habet Menologium Baſil. At Sanctus Ephræm a me laudatus Tom. I. Bibl. Orient pag. 68. ait, eum prophetaſſe annos 140. præceſſiſſe adventum Chriſti annos 1725.

Andronicus & Athanaſia conjuges, coluntur ſolemnius a Græcis ad IX. Octobris, ut dictum eſt Tom. 5. pag. 281. ubi tamen in noſtris Capponianis, necnon in Papebrochianis Faſtis de

ſolo *Andronico* ſit mentio. Latini etiam Andronici & Athanaſiæ memoriam faciunt ad IX. Octobris. Menologium vero Baſilianum ſine Synaxario commemorat eos ad diem 2. Martii Tom. 3. pag. 3. his verbis: καὶ ἡ κοίμησις τῶν ἁγίων Ἀνδρονίκου καὶ Ἀθανασίας, *& dormitio Sanctorum Andronici & Athanaſiæ*. Eadem ipſa verba, ſine Synaxario, in Menæis ad hanc diem VI. Maji leguntur: τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, τοῦ ἁγίου Κοΐντου Θαυματουργοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Τρωαδίου, καὶ ἡ κοίμησις τῶν ἁγίων Ἀνδρονίκου καὶ Ἀθανασίας, καὶ Θεοδωρήτου Ἀντιοχείας: *Eadem die, S. Quinti* (*a*) *Thaumaturgi, & S. Troadii,* (*b*) *& dormitio SS. Andronici & Athanaſiæ, & Theodoreti* (*c*) *Antiochiæ*. Ubi in Menæis ad IX. Octobris, unacum *S. Jacobo Apoſtolo*, coluntur *SS. Andronicus & Athanaſia*, cum officio, & Synaxario bene prolixo: in quo dicuntur Antiochiæ orti; indeque, mortuis duobus quos genuerant filiis, abſcedentes, poſtquam Loca ſancta viſitaſſent, in Ægypto vitam aſceticam duxiſſe, ibique obiiſſe, Athanaſia virilem habitum ſic geſtante, ut niſi poſt obitum, feminam eſſe non patuerit Scetiotis & Alexandrinis monachis. Quare neſcio, cur in Martyr. Rom. ad 9. Oct. elogium de hiſce duobus ſanctis conjugibus ſic ponatur: *Hieroſolymis SS. Andronici & Athanaſiæ ejus conjugis*.

VII.

Apparitio Crucis in Hierusalem.

Vaticanus Ruthenicus uterque: *Apparitio Crucis Chriſti*. Slavicus noſter vacat. Kalend. Moſcov. *Boſpomin. Kreſta*: *Apparitio Crucis*. Papebroch. *Iavlenie na nebeſi czeſnago Kreſta pry Konſtantiy Czari*: *Apparitio in cælo venerandæ Crucis ſub Conſtantio Imp.* Menæa Græca ad VII. Maji: τὴν ἀνάμνησιν ἑορτάζομεν τοῦ ἐν οὐρανῷ φανέντος σημείου σταυροῦ ἐπὶ Κωνσταντίου Βασιλέως υἱοῦ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, καὶ Κυρίλλου Ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων. *Commemorationem recolimus ejus quod in cælo apparuit ſigni Crucis ſub Conſtantio Imp. Conſtantini filio, & Cyrillo Hieroſolymorum Archiepiſcopo*. Diſtichon.

Σταυροῦ παγέντος ἡγιάσθη γῆ πάλαι:
Καὶ νῦν φανέντος ἡγιάσθη καὶ πόλος.

Fixa

a Quintus ſive Cointus ad 2. Mart. in Menolog. Baſiliano, & apud Bollandianos.
b Troadius ad 2. Mart. in Menol. Baſil. At in Rom. Martyr. ad 28. Decemb.
c Theodoretus Presbyter Antiochiæ ad 2. Mart. in Menol. Baſil. At in Rom. Martyr. ad 23. Octob.

Digitized by Google

Fixa olim Cruce ſanctificata eſt terra:
Eadem nunc apparente, ſanctificatum eſt & cœlum.

Menol. Baſil. „ Memoria ſigni Crucis, quod in cœlo apparuit. „ Conſtantio Conſtantini magni filio imperante, ac Cyrillo „ Hieroſolymorum Archiepiſcopo, in diebus ſanctæ Penteco- „ ſtes, hora diei tertia, [*additur in Menæis*, μηνὶ Μαΐῳ ἑβδό- „ μῃ, *die menſis Maji ſeptima*] apparuit ſignum venerandæ vi- „ vificæque Crucis, ex luce in cœlo compactum, vidente uni- „ verſo populo, ſuper ſanctum montem Golgotha extenſum, „ ubi D.N.J.C. in Crucem actus fuit, & procedens uſque ad „ ſanctum montem Oliveti, ita ut ſplendoris ſui claritate ra- „ dios ſolis tegeret. Quamobrem omnis ætatis Chriſtiani, ju- „ venes & ſenes, pueri & lactentes, in ſanctam Dei Eccleſiam „ convenerunt, & incredibili gaudio perfuſi, gloriam gratia- „ rumque actionem cum ferventiſſima compunctione Deo extu- „ lerunt pro ſtupendo miraculo: de quo & ſanctus Cyrillus ad „ Conſtantium ſcripſit, in fide orthodoxa illum confirmans. Propriam S. Cyrilli epiſtolam in Actis ſanctorum ad XVIII. Martii legere eſt, ubi de eodem S. Cyrillo agitur. Contigit autem ea Apparitio anno Chr. 351. quemadmodum ad eandem XVIII. Martii diem a nobis eſt demonſtratum. Neque te moveat, quod in Synaxariis Græcis dicitur, id factum *die* VII. *Maji*, *in diebus Sanctæ Pentecoſtes*. Nam apud Græcos, nomine *Pentecoſtes* accipitur totum illud dierum ſpatium, quod a Feria ſecunda poſt Dominicam Reſurrectionis uſque ad Dominicam Pentecoſtes excurrit. Quum igitur anno Chr. 351. [quo Crux Hieroſolymis apparuit] Dominica Reſurrectionis in diem 31. Martii, & Dominica Pentecoſtes in diem XIX. Maji inciderint, recte dicitur in Synaxario, Apparitio Crucis contigiſſe *die* VII. *Maji*, *in diebus ſanctæ Pentecoſtes*, ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς: non enim ait, *in die ſanctæ Pentecoſtes*, ſed *in diebus*, ideſt, intra illos, quos ſupra dixi, dies Pentecoſtes. Culcinius, narrata hujus feſti cauſa, concludit pag. 81. „ Inde infertur, „ non bene poſuiſſe Moſcum pictorem hac die imaginem re- „ præſentantem victoriam Conſtantini Magni. *Et Papebrochius* „ *ad Ephemerides Græcomoſcas*. Tabella noſtra nil tale repræ- „ ſentat, quale tunc in Golgotha accidit: ſed aliam prorſus appa- „ ritionem factam Magno Conſtantino, cum addito, ἐν τούτῳ νίκα, „ *in hoc vince*: ubi in receſſu notatur Chriſtus Imperatori dor-

Digitized by Google

„ mienti apparens: qui idem Imperator exhibetur ſuper obla-
„ to ſibi viſo conſultans, ac denique hoſtem in fluminis tranſitu
„ fundens, quo victoria de Maxentio ad Tiberim & Pontem
„ Milvium, in conſpectu urbis Romanæ, repræſentatur. Quin
„ etiam Prototypon Moſcoviticum, eundem Imperatorem (ne-
„ ſcio quo conſilio,) bis cum pari paucorum equitum comitatu
„ pingit, licet eis fluvium non niſi una hoſtilis turba ſpectetur,
„ effuſo curſu fugam præcipitans.

Poſſevinus, pro Apparitione Sanctæ Crucis, ponit ad hanc diem VII. Maji, *Sancti Martyris Acacii*. Qui hodie etiam in utroque Menologio colitur. Et in Baſiliano quidem ſic: „ Aca-
„ cius Chriſti Martyr fuit, Maximiano Imperatore, ex regione
„ Cappadociæ, militiam exercens in Scholarum cohorte. Co-
„ gnitus autem ut Chriſtianus, comprehenſus fuit, & adductus
„ ad regionis Præſidem, ac Chriſtum confeſſus, graviter cæ-
„ ditur „. Cætera Tom. 3. pag. 87. „ Achatius vocatur in
„ Martyrologio Romano ad VIII. Maji hoc elogio „ Conſtanti-
„ nopoli S. Achatii Centurionis, qui in perſecutione Diocletia-
„ ni & Maximiani a Firmo Tribuno delatus, quod Chriſtianus
„ eſſet, & a Bibiano judice Perinthi ſæviſſime tortus, Byzantii
„ demum a Flaccino (*a*) Proconſule capitis damnatus eſt: cu-
„ jus corpus ad Scyllacium litus, divinitus poſtea delatum, ibi
„ honorifice aſſervatur „. Menologium Baſilii: *capite obtruncatus eſt; & reliquiæ ipſius depoſitæ fuerunt in loco*, ἐπιλεγομένῳ ςαυρίῳ, *qui Staurium dicitur*. Baronius in notis ad VIII. Maji: „ Hiſtoriam de tranſlatione ipſius Scyllacium facta, cujus
„ hic habetur mentio, legimus ab ejus Eccleſia Romam miſſam „. De tranſlatione Sancti Acacii poſtea dicam. Nam antea Corpus ejus quieviſſe in Eccleſia ipſius nominis a Conſtantino Magno Byzantii ædificata, conſtat ex Conſtantinopoli Chriſtiana Cangii, qua fuſe de Eccleſia *Sancti Acacii Mart.* differit cap. 6. pagin. 118. edit. Reg. Pariſ. Porro locus Byzantii olim dictus *Staurium*, poſtea *Heptaſcalum*, & corrupte *Paſchalum* fuit appellatus. Scylitzes in Baſilio Macedone pag. 588. *& Martyris Acacii templum* (ἐν τῷ Ἑπτασκάλῳ) *in Heptaſcalo, quod ruinæ proximum erat, inſtaurans, a caſu ſervavit*: id quod Porphyrogenitus in ipſius Baſilii Avi ſui Vita ſic habet, Ἀκακίῳ ἐν τῷ Πα-

(*a*) In Synaxario Menæorum: Φυλακιλλιανῷ, *Phylacilliano*, legitur.

Digitized by Google

τῷ Πασχάλῳ θεῖον ναὸν, *Acacii divinum Templum in Paſchalo*: quomodo & Menæa in Synaxario: τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ Σύναξις ἐν τῷ αὐτοῦ Μαρτυρίῳ τῷ ὄντι ἐν τῷ Πασχάλῳ, *Fit autem ejus (Acacii) feſtum in ipſius martyrio, quod ſitum eſt in Paſchalo*. Et ad diem XXI. Julii: καὶ ἡ Σύναξις τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Ἀκακίου ἐν τῷ Πασχάλῳ: *Et feſtum Sancti Martyris Acacii in Paſchalo*; ſine tamen Officio & ſine Synaxario. Ughellus Tom. 9. Italiæ de Scyllacio Calabriæ ulterioris urbe loquens, in Eccleſia Cathedrali Deiparæ Virgini ſacra aſſerit aſſervari Corpus S. Agatii, qui ibidem Officio IX. Lectionum colitur die VII. Maji, & in VI. Lectione hæc narrantur: „ Ejus ſanctum Corpus Chriſtiani in loco qui Stantius dicitur, ſepelierunt. Quod multo poſt „ tempore, quum ab infidelibus (a) ea loca invadentibus, „ plumbea incluſum theca, in mare projectum eſſet, ad Scyllacium litus divinitus appulſum, & ab incolis collectum, in „ Cathedrali ipſorum Eccleſia conditum fuit: ubi a totius Calabriæ populis magno in honore habetur, & S. Martyris dies „ feſtus nonis Maji ſolemniter celebratur „. Henſchenius ex antiquis Martyrologiis ad diem VIII. Maji pag. 291. Sanctos Martyres enumerat 78. quorum Anteſignanus fuerit *S. Acacius*, quem *Agathium*, & *Achatium* Latini vocant. Acta vero Sancti Acacii edidit Aloyſius Lipomanus Tom. 7. a Gul. Sirleto Latine reddita ex Græco MS. Cryptæ Ferratæ: ac dein recuſa a Surio ad VIII. Maji. Eadem Acta Græce è MS. Cryptæ Ferratæ, nunc Vaticano, prodiere in Actis Sanctor. Tom. I. Maji ad diem VIII. pag. 762. Initium. Τρίτον τοῦτο τοῦ μισοκάλου καὶ παμπονήρου δράκοντος λαίλαπα κινήσαντος. Latine ibidem pag. 293. „ Quum „ tertio bonorum omnium hoſtis & omni ex parte improbiſſimus „ draco Diabolus „. Finis: „ Itaque martyrium perfecit Sanctus Acacius octavo Idus Majas, ideſt, octavo menſis Maji; „ juxta Græcos vero decimo quinto Kalendas Maji, imperante Maximiano „. Græce: καὶ ἐτελειώθη ὁ ἅγιος Ἀκάκιος τῇ πρὸ ὀκτὼ

a Uſque ad an. Chriſti 1453. quo a Turcis Conſtantinopolis eſt capta, nuſquam legitur Infideles, ſive Saracenos, ſive Ruſſos, ſive alios Scythas, in eam urbis partem invaſiſſe, ubi ſitum erat Sancti Acacii Templum in Heptaſcalo, in quo & Corpus ejus depoſitum erat. Ergo emendandus hic locus, & pro Infidelibus, fortaſſe intelligendi ſunt *Iconomachi*, quorum temporibus fieri potuit, ut pii Græci Corpus Sancti Acacii, ne ab impiis violaretur, furtim ſublatum in Calabriam ad urbem Scyllacium (ubi Græci degebant) detulerint, ibique condiderint: quemadmodum multa alia Sanctorum Corpora per id tempus è Byzantio aliiſque Græcorum terris translata in Calabriam fuere.

Digitized by Google

ὀκτὼ Ἴδων Μαΐων, τουτέστι Μαΐου η', καθ' ἕλληνας δὲ τῇ πρὸ δεκαπέντε καλανδῶν Μαΐων, ἐπὶ αὐτοκράτορος Μαξιμιανοῦ. Ita legitur apud Henſchenium: qui pag. 298. lit. K. hanc pereruditam adnotationem apponit.

„ Hanc Romanorum & Græcorum differentiam in ſua ver-
„ ſione exprimere neglexit Sirletus; an quia metuebat, ne *Ka-*
„ *lendæ Græcæ* riſum moverent? Iſtis certe ſæculis nihil in
„ Græcia uſitatius erat, quam Romanis menſium nominibus
„ & Romana eorumdem diviſione per *Nonas*, *Idus*, & *Kalen-*
„ *das* uti: ſed id non eadem feciſſe ratione Græcos, qua faciebant
„ Romani, ex hoc loco liquet. Hujus autem diverſitatis non
„ alia fuit ratio, quam diverſa apud utroſque menſium menſu-
„ ra, cum diverſa intercalandi ratione conjuncta. Romanis
„ nempe ſine ullo ad Lunæ curſum reſpectu ita partientibus
„ menſes, ut conficiendo dies 365., annuum Solis curſum fer-
„ me æquarent; utcumque ſufficiebat ad ſupplendum quod
„ deerat, trienniis ſingulis unum diem intercalare menſi Fe-
„ bruario. Græcorum menſes Lunares dierum alternis 30. &
„ 29., quia ſimul ſumpti dies dumtaxat faciebant 354., ne-
„ que commodum erat intercalare quotannis dies undecim, in-
„ ventus jam olim ab ipſis erat Octennalis circulus, intra quem
„ ternis vicibus poſt Februarium aſſumebatur menſis Emboliſ-
„ mæus, ſive Interjectitius. Per hunc vero fiebat, ut vulgus
„ Græcorum ſuis ſic intercalatis annis aptantes Romanorum
„ menſium nomina, a Romana ratione neceſſario deficerent;
„ & quanto propius accedebant ad tempus, quo facienda erat
„ menſis unius ſive 30. dierum intercalatio, tanto pauciores
„ dies numerarent, quam numerabant Romani. Quum igitur
„ anno, de quo agimus, 303. dicuntur Græci numeraſſe XV.
„ *Kalendas Maji*, quando Romani jam numerabant VIII. *Idus*
„ *Maji*, quæ eſt differentia XX. *dierum*, apparet proximum
„ annum 304., addito menſis unius Emboliſmo, augendum
„ fuiſſe. Hac etiam ratione factum credo, quod quum anni
„ ejuſdem 303. Paſcha, circa quod primum publicata edicta,
„ caderet in 18. *Aprilis*, Euſebius dicat tam in Chronico,
„ quam in Hiſtoria, fuiſſe Græcis menſem *Dyſtri*, qui reſpon-
„ det *Martio* Romanorum: quia ſcilicet idem dies, qui Ro-
„ manis tunc nominabatur XIV. *Kal. Maji*, vel, XVIII. *Apri-*
„ *lis*, appellabatur Græcis III. *Kal. Aprilis*, ſive XXX. *Martii*,

„ cre-

„ creſcente per ſingulos menſes diſcrepantia, donec ea ſequen„ ti anno ad aliquam reduceretur æqualitatem, per intercala„ tionem Emboliſmi menſtrui, ſive dierum xxx. „. Hactenus Henſchenius.

VIII.

JOANNES. ARSENIUS.

Vaticanus Ruthenicus primus: *Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ*. Secundus: *Joannis Apoſt. & Evangel. & Sancti Arſenii Abbatis*. Slavicus noſter: *S. Apoſtoli Theologi Evangeliſtæ Joannis*. Kalendarium Moſcovit. *Ap. Joanna Bogosloba*, *Apoſtoli Joannis Theologi*. Papebrochius: *Joannes*, *Arſenius*. Ephemerides Metricæ:

Ὀγδοάτῃ πλέυσι ῥοδισμὸν βροντηγονόιο.
Rore Tonutrigeni feſta eſt octava ſalubri:

Sancti Joannis nempe Evangeliſtæ, quem *Boanerges*, ideſt, *Tonitrui filium*, Chriſtus appellavit: ex cujus ſepulcro Epheſi manna ſcaturire ſingulis annis octava Maji die dicitur in Synaxario utroque. Græci porro hac die tam in Menæis, quam in Baſilii Menologio, conjunctim agunt & de Sancto Jo. Evangeliſta, & de Sancto Arſenio Abbate, cum Officio utriuſque, & cum Synaxario duplici. Latini de Sancto Arſenio Abbate agunt die 19. Julii. De hac autem S. Joannis commemoratione, nihil ad hanc diem, ſed ad diem XXVII. Decembris feſtum ejus diem agunt: ad diem vero VI. Maji recolunt miraculum in ejus martyrio patratum, quum ab Epheſo juſſu Domitiani vinctus Romam perductus, & judicante Senatu, ante portam Latinam in olei ferventis dolium miſſus, purior & vegetior inde exiit, quam intravit: quemadmodum habetur etiam apud Tertullian. in lib. de præſcript. & Hieronym. lib. I. contra Jovinian. & in Matth. cap. 10. & Euſebium de Demonſtrat. Evangelica lib. 3. cap. 7. Græci ter in anno agunt de Sancto Joanne Evangeliſta: primum nempe ad 26. Septembris de ejus depoſitione; deinde ad 8. Maji, de manna ex ejus ſepulcro emanante: demum ad 30. Junii de ipſo unacum aliis Apoſtolis. Porro encomia in S. Jo. Apoſt. & Evangel. ejuſque Acta Græce & Latine memorat Fabric. Tom. 9. Biblioth. Græc. pag. 98. Joannis ſcilicet Chryſoſtomi: πάλιν ὁ ἡμέτερος Γωάννης. Arethæ, ſive Occumenii: ὅτι μὴ πολὺ τῶν ἀγγέλων ἀφέστηκεν ἄνθρωπος. Macarii Chryſocephali Archiep. Philadelph. Ἀποστολικὴν ἐπιδημίαν εὐφημῆσαι.

Pro-

Procopii Chartophylacis: Ἀπόστολος ὁ τὴν φαιδρὰν ταύτην συγκροτήσας πανήγυριν. Nicephori Blemmidæ: Εὐαγγελιστῇ Θεολόγῳ προσήκει αὖ αἶνος. Nicetæ Paphlagonis: ὁ τὸν μέγαν τῆς βροντῆς υἱὸν προξενούμενος. Ut omittam Apocrypha, Prochori Diaconi: σαλπίσατε, φησὶν, ἐν νεομηνίᾳ σάλπιγγος: Et falſam narrationem, cujus initium: Βασιλεύοντος τῶν Ἰουδαίων Ἀγρίππου, apud Lambec. VIII. pag. 375. & aliam, init. ἐζήτησαν οὖν οἱ παρόντες τὴν αἰτίαν, apud eundem Tom. VIII. pag. 361.

Arſenii Abbatis Acta ex antiquis Codicibus collegit Metaphraſtes, quæ refert Lipoman. Tom. 6. & Surius Tom. 4. Incipiunt Latine: *Non ſolum res geſtæ virorum bonorum*. Græce: ἐν ταῖς ἡμέραις ἐν αἷς ὁ Θεὸς ἀγαθὸς, apud Fabr. Tom. 9. Bibl. Græc. pag. 58.

IX.

ISAIAS. CHRISTOPHORUS.

Kalendarium Moſcovit. *Prorok Iſaiy, i Nicolaa: Prophetæ Iſaiæ, & Nicolai*. Poſſevinus: *S. Prophetæ Iſaiæ*. Papebrochius: *Iſaias. Chriſtophorus. Nicolaus*. Græci in Menæis: τοῦ ἁγίου Προφήτου Ἠσαΐου, καὶ τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Χριστοφόρου, *Sancti Iſaiæ Prophetæ, & Sancti Martyris Chriſtophori*. Ephemerides Metricæ.

Ἠσαΐας δ' ὁράων μέλλοντ' ἐνάτῃ χειροτομήθη.
Eſaias nona capitur, cui nota futura.

Colitur a Latinis die 6. Julii. Menologium Baſil. ad IX. hujus: „ Iſaias magnus Dei Propheta, Hieruſalem patriam habuit; „ avunculus autem fuit Manaſſe Regis filii Ezechiæ, quem „ quum propter iniquitates ſuas redarguiſſet, ſerra in duas „ partes ſectus, vivendi finem fecit, ſepultuſque fuit juxta „ aquas, quas Ezechias Rex perdiderat, aggeſta terra propter „ inimicos. *Et poſt pauca de aquis Siloe*. Et olim quidem Sa„ cræ Prophetæ Reliquiæ jacuerunt, ut perhibent, juxta aquas „ Siloë, & apud Sepulcrum David & Salomonis Regum. Tan„ dem vero Conſtantinopolim translatæ, juxta Blachernas de„ poſitæ ſunt in Templo S. Martyris Laurentii „. In Synaxario Menæorum: τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ Σύναξις ἐν τῷ προφητείῳ αὐτοῦ, τῷ πλησίον τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Λαυρεντίου. *Fit autem ejus feſtum in Templo ipſi Prophetæ ſacro, quod ſitum eſt prope ædem Sancti Martyris Laurentii*. Eadem leguntur ad XXV. Januarii: τῇ αὐτῇ ἡμέρα τοῦ ἁγίου Προφήτου Ἠσαΐου πλησίον τοῦ ἁγίου Λαυρεντίου.

Eodem

Eodem die S. Prophetæ Iſaiæ, juxta ædem S. Laurentii; ſed hæc an ad ædis encænia ſpectent, mihi non conſtat: verba hæc ſunt Cangii de æde Conſtantinopolitana Sancti Iſaiæ pag. 106. „ Veroſimilius exiſtimo, referri ad translationem Reliquiarum „ ejus, è Palæſtina Conſtantinopolim „. Baronius in notis ad VI. Julii: „ De Reliquiis ejuſdem Prophetæ advectis Paneadem, collocatiſque in Baſilica Sancti Laurentii, anno 35. „ Theodoſii Junioris Imperatoris, ſcribit Cedrenus in Compendio eo anno „. Sed legendum, *Paneade*: nimirum è Hieroſolymis Paneadem, & Paneade Conſtantinopolim translatæ: ſic enim apud Cedrenum: „ Anno XXXV. ἀπὸ Πανεάδος, „ Paneade advectæ ſunt Reliquiæ Prophetæ Iſaiæ, & in Sancti „ Laurentii Templo (imo, in propria æde, juxta S. Laurentii „ Templum) repoſitæ.

De S. Chriſtophoro Mart. Ephemerides Metricæ.

Χριςοφόρον δ' ἐνάτῃ ὁ σύγχροος ἔκτανε χαλκός.
Chriſtophorum nona mactavit ahenea veſtis.

At in Menologio Baſiliano dicitur capite obtruncatus. Baronius in notis ad 25. Julii, quo die a Latinis colitur. „ Hujus quidem Acta depravata ac inter ſe diverſa admodum reperiuntur. Edidit ea primum Mombrit. Tom. 1. Vit. Sanctor. Petrus in Catalogo lib. 6. cap. 135. Vicellius in Hagiolog. ex „ Ruggero Fuldenſi paucis contraxit. Legimus eadem in nonnullis antiquis Codicibus, quæ & Surius retulit in Tom. 4. „ ſed omnia, quæ cenſura indigeant. Irrepſit inter alia, ut „ pro Decio Imperatore Dagnus quidam ſit poſitus. Sub Decio „ etenim eſſe paſſum unacum cæteris Chriſtianis commilitonibus, conſtat ex veteri hymno ſacro, qui legitur in Breviario „ Toletano ſecundum Regulam Sancti Iſidori, quo etiam ejuſdem Martyris Acta deſcribuntur: quæ quidem præ cæteris „ omnibus nobis arrident. Aſſervantur ibidem (ut in eodem „ Breviario legimus) ejuſdem martyris venerandæ Reliquiæ „. In fine Synaxarii in Menæis. *πλεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ Σύναξις ἐν τῷ Μαρτυρίῳ αὐτοῦ, τῷ ἔντι πλησίον τοῦ ἁγίου Μεγαλομάρτυρος Γεωργίου ἐν τῷ Κυπαρισσίῳ. Agitur ejus feſtum in ipſius martyrio, ſito juxta ædem Sancti magni Martyris Georgii in Cypariſio*. In Menæis ad 16. Decembris Encænia ejuſdem Sancti Chriſtophori Eccleſiæ celebrantur, ſed quæ juxta ædem Sancti Polyeucti ſita perhibetur: *καὶ τὰ ἐγκαίνια*

τῦ ναῦ τῦ ἁγίυ Μάρτυρος Χριϛοφόρυ, πλησίον τῦ ἁγίυ Πολυεύκτυ.

Quiſnam ſit *Nicolaus*, qui a Ruſſis hodie colitur, ignorare ſe fatetur Papebrochius, ſic ſcribens: „ Nicolaus Epiſcopus, „ an Conſtantinopolitanus relatus a multis XV. aut XVI. hujus? „ an potius indigenarum quiſpiam? Examinent Rutheni, me„ que doceant, ſi poſſunt „. Si Anthologium ſive Horologium Ruthenicum conſuluiſſet, facile didiciſſet Papebrochius, agi hac die nona Maji de translatione Sancti Nicolai Myrorum Epiſcopi, ex urbe Myrenſi in urbem Barium „ Cujus rei geſtæ „ hiſtoriam (notante Baronio ad IX. Maji) ſcripſit Joannes Ar„ chidiaconus (*a*) ad Urſonem Barenſem Epiſcopum, ut te„ ſtatur Vinc. lib. 25. cap. 83. Recenſet eam Surius Tom. 7. „ hac die. Scripſiſſe inſuper eamdem hiſtoriam Nicephorum „ Barenſem, adhucque in MSS. latitare, tradit Molanus. Si„ gebertus in Chron. de ea agens, factam ſcribit anno Domini „ 1087. Idipſum idem Joannes teſtatur. Ex ejuſdem Sancti An„ tiſtitis corpore ſtillat liquor ſalubris, ſicut olim quum eſſet „ Myræ. Quamobrem Emmanuel Imperator dum de eo agit „ in Conſtit. Novella de Feriis, his titulis eum exornat: *Nico„ laus miraculis inſignis*, *unguentorum fragrantia ſcatens &c.* Legat proinde Falconius hæc Acta, in quibus narratur, ex Myra civitate Lyciæ translatum eſſe Sancti Nicolai Corpus in urbem Barium in Apulia: ubi Nicolaus ille junior, Pinarorum Epiſcopus, cujus Acta idem Falconius edidit, eum pro Nicolao Myrenſi nobis volens obtrudere, non Myris ſepultus, ſed in æde Sanctæ Sion in Pharrois prope urbem Pinarenſem, uti Acta habent pag. 29. Hoc tamen Falconio debemus, quod hiſtoriam hujus Translationis a Nicephoro Barenſi conſcriptam, quam Baronius adhuc latitare in manuſcriptis ſcribit, ipſe ad calcem Actorum Sancti Nicolai ex MS. Cod. Vat. Lat. 6074. ediderit a pag. 131. qua in hiſtoria narratur num. 13. „ Sublatum fuiſſe „ Corpus ſacratiſſimum Sancti Nicolai Confeſſoris Jeſu Chriſti, „ de Myra civitate, undecimo die Aprilis, jam tendentis ad „ exitum; & nono die Maji jam habentis principium deveniſſe „ Ba-

---

a Initium: *Univerſis Chriſti Eccleſiis*: apud Surium ad IX. Maji. Pagius ad annum 1087. num. 9. ex Orderico: „ Præfatus Jo. Barenſis Archidiaconus, ex cujus libro „ breviter hoc excerpſi, XII. miracula ſcripta ſignavit. „ Liber ille (inquit Pa„ gius) periit; ſed aliud etiam ſummarium refert Surius Tom. VII. ad diem IX. men„ ſis Maji, excerptum ab auctore Anonymo, qui longe poſt Ordericum vixit.

Digitized by Google

„ Barum civitatem, tranſactis ab Incarnatione Domini mille „ octoginta & ſeptem annis, ſub Indictione decima „. Subditurque, nocte illa [diei Dominicæ] & feria ſecunda, tertia, quarta, & quinta multos infirmos ſanatos fuiſſe: ſexta feria Ernulſum Epiſcopum Bituntinum veniſſe ad colendum ſanctum Corpus: item Epiſcopum Barenſem, cum Guidonio Oretano Archiepiſcopo & Leone Epiſcopo Cuperſani, & aliis tribus Epiſcopis, atque cum omni Clero ſuo & populo infinito paratum omnibus, humiliter item ad adorandum ſanctum Corpus acceſſiſſe: ſabbati demum die, hora nona, alios infirmos ſanitatem recepiſſe. Hæc apud Nicephorum, qui ſupra num. 7. inducit Barenſes, dum Corpus S. Nicolai è Myra tollerent, ſic ad Græcos Cuſtodes illius Templi loquentes: „ Quorum ejulatibus „ Barenſes compatientes, dulcia præſtant colloquia: ajunt enim: „ Sciatis nos ex Apuliæ partibus oriundos eſſe, & ex Barenſi „ urbe huc adveniſſe per revelationem ad hoc ſanctum Corpus „ tollendum. Cur tantis calamitatibus irrationabiliter affligimi- „ ni? ſicut vos dicitis, quia a tempore, quo ſanctus Dei Con- „ feſſor obiit, ſeptingenti (*a*) & ſeptuaginta quinque anni „ præteriti ſunt. Satis eſt, ejus habuiſſe beneficia, tam vos, „ quam & progenitores veſtros. Nunc quidem ejus voluntas „ eſt, proficiſci hinc, ut alias Mundi illuſtret partes „. Hæc Græci Cuſtodes, hæc Barenſes de tempore obitus S. Nicolai, quem putabant obiiſſe anno Chr. 312. nam ab anno 1087 [quo ita loquebantur] ſi anni 775. detrahantur, remanebit an. 312.; quem tamen annorum numerum emendat Sigebertus Gemblacenſis, Tranſlationi S. Nicolai ſynchronus; quippe qui Chronicon ſuum ad annum Chr. 1112. perduxit, ipſe autem mortuus eſt anno 1113. Sic autem ſcribit: „ Venetianis meditantibus „ auferre Corpus B. Nicolai de Myrea Lyciæ a Turcis deſolata, „ Barenſes quadraginta ſeptem numero, ab Antiochia (*b*) My- „ ram venientes, præoccupaverunt eos. Qui a quatuor Mo-

a Ordericus l. 7. apud Pagium ad ann. 1087. num. IX. inducit Monachos Græcos Barenſibus ſic dicentes: „ Nam fere CC. Olympiades (ideſt fere 800. anni) curricu- „ la tranſierant, ex quo B. Nicolaus, qui in Nicæna Synodo ſub B. Sylveſtro PP. „ & Conſtantino Principe facta fuiſſe legitur, de Mundo migravit, nulluſque de Re- „ liquiis ejus vel occulte furari, vel manifeſte viribus rapere, vel a Domino precibus „ valuit hactenus impetrare.

b Non igitur revelatione accepta a S. Nicolao, dum Barii eſſent. Niſi dicatur, contigiſſe eam revelationem, antequam Barenſes Antiochiam pergerent: poſtea Antiochia illos Myram abiiſſe, ut Venetos præoccuparent.

,, nachis tantum ibi inventis, extorſerunt ſibi oſtendi tumbam:
,, qua effracta, inde oſſa S. Nicolai in olei liquore natantia, in-
,, tegro numero, extraxerunt, & Barium cum gloria tranſtu-
,, lerunt anno 1087. Facta eſt autem hæc Translatio anno 745.
,, a depoſitione S. Nicolai ,,. Adeoque deceſſerit, oportet, S. Nicolaus anno Chr. 342. non 312. Quæ verior videtur obitus ejus epocha. Idem Falconius ex inedito Jordani Veneti Chronico, quod extat in MS. Cod. Vat. Lat. 1960. aliam hiſtoriam profert p.141. & ſeq. in qua Veneti dicuntur ,, Ann. Dom. 1097.
,, Sedente Urbano Papa & Alexio Græcor. Imperatore, Joanne
,, Vitale Michaëlis Ducis Venetiæ filio, exercitus Duce, &
,, Henrico Epiſcopo Rectore, a Rhodo tranſeuntes ad Myreo-
,, rum provinciam veniſſe, Arcam antiquam in Altari majori
,, inveniſſe, & in Altari tres (a) capſellas, & in Arca duos
,, Pontifices cum ſuis epitaphiis ſeparatim in capſellis cypreſſinis

,, collo-

---

a Tres capſellas. Unam ſcil. vacuam, in qua olim corpus *S. Nicolai Magni* jacuerat, quod poſtea in plano in medio Eccleſiæ poſitum fuit ob cauſam, de qua mox ſermo erit. alteram, in qua *S. Theodorus Epiſcopus Myren. & Martyr*: tertiam, in qua *S. Nicolaus* alter, ſed recentior Myror. Epiſcopus, patruus Nicolai, non quidem illius magni, de quo agitur, ſed alterius Epiſcopi Pinarenſis, cujus vitam edidit Falconius, cujuſque corpus non ibi ſed Pharrois in Eccleſia Sanctæ Sionis jacebat. Atqui Theodorus quum Martyr dicatur, videtur aut ante *S. Nicolaum magnum* paſſus ſub Decio, ſive ſub aliis perſecutoribus; aut ſub Juliano apoſtata, vel ſub Valente Ariano: nam Sanctus Baſilius M. dum anno 371. Amphilolochio Iconienſi reſcribit, inter eos qui in Lycia ſequebantur orthodoxam fidem, enumerat Epiſcopos Alexandrum Corydalorum, Diotimum Limyrorum, Eudemum Patarorum, Hilarium Telmeſſi, & Lucianum Phellitarum: necnon Eccleſiæ Myrorum Presbyteros Tatianum, Polemonem, & Macarium. Aut igitur Epiſcopus Myrenſis mortuus erat, aut in exilio degebat. Scio, exſtitiſſe *Theodorum Myrenſem Epiſcopum*, qui ſubſcriptus legitur in Synodo Conſtantinop. ſub Mena anno 536. Verùm hunc *Martyrem* fuiſſe, quis dixerit? De Nicolao, cujus corpus in arca ſeparata jacebat, quique patruus S. Nicolai dicitur, nulla eſt difficultas. Hunc enim Acta Nicolai Pinarenſis diſertim commemorant iis verbis num. 1. ,, Ac dum delineatio monaſterii Sanctæ Sionis fieret, placuit
,, dominatori omnium, in agro, ubi glorioſa Sancta Sion deſignabatur, puerum naſci
,, ex genere prædicti viri Nicolai (*Archimandritæ Acaliſſorum*) ex patre Epiphanio &
,, matre Nonna (Nimirum eum qui poſtea Pinarorum fuit Epiſcopus.) Qui natum vi-
,, dentes puerum valde gratum & venuſtum, impoſuerunt ei nomen Nicolai: quippe
,, qui quum naſceretur, ad duas ferme horas, poſitus in pelvi, virtute Dei rectus
,, ſtetit. Qua de re, ejus territi genitores, gloriam dederunt Deo, profectique ad
,, monaſterium Acaliſſorum, ad ſanctum hominem Nicolaum patruum pueri, ei quæ
,, in partu illius evenerant, dixerunt: quomodo ſcil. rectus ſtetit in pelvi &c. ,, Quæ totidem fere verbis in Jordanis Chronico narrantur de eo Nicolao, cujus Corpus in altari majori repertum eſt: ,, In miraculis B. Nicolai (Pinarenſis ſcilicet num. 14.
,, apud Falcon. pag. 12.) legitur quod de hujus Theodori lampadis oleo, cæci oculos
,, unxit, & continuo vidit. De patruo vero ipſius (*non quidem Nicolai magni, ſed*
,, *Pinarenſis*) legitur, quod ea die, qua magnus Nicolaus (*qui fuit poſtea Pinaror.*
,, *Epiſcopus*) natus eſt, quum balnearetur, dimidia fere hora (*ſupra ad duas ferme bo-*

,, *ras*

Digitized by Google

„ collocatos, quorum alter eſt Theodorus martyr, alter Ni-
„ colaus magni Nicolai patruus, ambos magni meriti & Eccle-
„ ſiæ ejuſdem Antiſtites: has Reliquias cum tubis & magno tri-
„ pudio ad naves deduxiſſe „. Additurque de repertis ſub-
latiſque *S. Nicolai magni Reliquiis, diverſi ſcilicet ab illo Ni-
colao, cujus corpus in arca in Altari majori repertum ſublatumque
fuerat*: „. Inſpirati autem quidam divinitus in Eccleſia tar-
„ dantes, & ubi S. Nicolai Altare deſtruxerant, diligentius
„ perſcrutantes; inconſuetam ſenſerunt odoris fragrantiam,
„ ibique magnæ ſanctitatis reliquias reconditas eſſe non dubita-
„ runt. Compertumque eſt, quod in præcipuis feſtivitatibus,
„ Archiepiſcopus non ad Altare S. Nicolai Miſſam celebrabat,
„ ſed in loco plano ſuper ſanctum corpus tripodem ponebat,
„ ibique divina myſteria celebrabat. Cernuntque Imaginem
„ S. Nicolai, ſuperius recta linea eſſe depictam: ex qua con-
„ jiciunt, corpus ejus ibi fore ſepultum. Iis igitur conjecturis
„ permotus exercitus, iterum redit: prioris ruinæ molem de-
„ trahit, & fodiendo pervenit ad maſſam vitream difficillimam
„ ad frangendum: poſt hanc ex bitumine aliam non minore la-
„ bore frangunt. Tandem poſt multos ſudores, tertiam ad ſol-
„ vendum difficiliorem aperiunt: quæ cupreſſino mauſoleo, &
„ bitumine glomerata, oſſa ſanctiſſima glutinabat. Qua confra-
„ cta, ad deſideratum theſaurum perveniunt. Tunc accedens
„ Ven. Epiſcopus (*Henricus ſcil. Venetus*) cum ſumma devo-
„ tione, lacrymis ora perfuſus, SSmum Corpus in ſua cappa
„ collegit. Mirabile dictu! Palmam, (*a*) quam de Hiero-
„ ſolymis, vir Deo plenus portaverat, in ſepulcro ſubtus &
„ circa eum, virides ramos & frondes pullulaverat: ex quibus
„ multi particulas colligentes in teſtimonium veritatis, ad pro-
„ pria

„ *ras*) nemine ſuſtentante rectus in pedibus ſuis ſtetit. Quod audiens Sanctus Epiſcopus „ ei benedixit, pro eo orationem fudit, & ſacro fonte levavit, eique nomen ſuum „ impoſuit, & ſacris literis erudivit. Abſunt hæc ab Actis Nicolai Pinarenſis, in quibus is jam baptizatus & Nicolai nomine donatus dicitur, antequam parentes ejus ad Nicolaum patruum, Archimandritam, non Epiſcopum, referrent de eo, quod is rectus in pelvi ſtetiſſet: pelvi, inquam, baptiſmali, non in balneo. Sed pergo ad Nicolaum Epiſcopum Myrenſem in Actis Pinarenſis Nicolai memoratum num. 2. „ Videns igitur Ven. Nicolaus (patruus pueri idem, ue Archimandrita) virtutes & ſtudium quod „ erga Deum omnium creatorem habebat puer; SSmo & Bmo Archiepiſcopo Nicolao „ precando ſignificavit, ut in Pharrois domum oratoriam conſecraret „. Cætera ibi legenda num 3. ubi Nicolaus Archiepiſcopus puerum Nicolaum ordinaſſe perhibetur Lectorem in Eccleſia S. Nicolai.

a Andr. Dandulus. „ In ſepulchro ſubtus & circa eum virides rami & frondes pullulabant.

Digitized by Google

„ pria deportaverunt: In ſepulcro vero, Græcis literis ſculptum „ erat: *Hic requieſcit* (*a*) *magnus Nicolaus, terra marique* „ *miraculis glorioſus* „. Pergit Jordanus (*b*) cauſam referre, cur S. Nicolai corpus ex Altari majori in eum locum olim fuerit translatum „ Cauſa autem tantæ recluſionis, Græce legitur in „ ipſius miraculo: quod Baſilius Conſtantinopolitanus Impe„ rator eum ad Imperii arcem portare voluerit. Sed quum ul„ tra valvas Eccleſiæ nullis viribus evehere potuiſſet: ergo, ait, „ B Nicolae, corpus tuum, poſtquam ipſum glorioſa civitas „ & Imperialis habere non valet, tam firma locabo cuſtodia, „ ut nullus deinceps illud honorare queat „ Denique enarrat, quomodo Venetias deportatum ſacrum corpus, in Eccleſia parva in litore collocatum fuit. „ Jurant omnes, ſe Reliquias in „ S. Nicolao de litore locaturos. Occurrit autem Reliquiis Sa„ cris Dux cum Nobilibus, Patriarcha Petrus cum Clericis & „ Populo innumerabili. Ad Eccleſiam itaque parvam in litore „ Corpus Sanctum devehitur. Epiſcopus peracta breviter nar„ rat: Dux eorum juramenta confirmat. Conſtruitur ibi turris „ pro loci munimine: manus armatorum cuſtodit, donec locus „ ſecurus & aptus ad Dei & Sanctorum honorem celeberrimus „ ædificetur. Interea Sancti coruſcant miraculis multis, quæ „ omitto cauſa brevitatis. Horum autem Sanctorum inventio „ celebratur 3. *Kalend. Junii*: Translatio vero in Venetias VIII. „ Idus Decembris: in ipſo enim feſto S. Nicolai claſsis cum ſa„ lute pervenit ad portum, quo, tertio anno, ab incepto iti„ nere rediit „. Hactenus Fr. Jordanus de Curti gente Venetus, Ord. Fratrum Minorum, in ſuo Chronico rerum ab orbe condito ad ann. 1320. qui anno 1343. primo Triventi Epiſcopus evaſit, deinde anno 1348. Panormitanus Archiepiſcopus.

Quis alterum exſcripſerit, Jordanum Andreas Dandulus, an Dandulum Jordanus, non auſim definire: eadem enim quæ ſupra ex Jordano narrata ſunt, iiſdem fere verbis referuntur ab (*c*) Andrea Dandulo in Chronico Cod. MS. Vat. 5842. fol. 121. & ſeq. ubi poſtquam omnia quæ ad inventa Theodori, Nicolai, & Nicolai Myrenſium Antiſtitum corpora ſpectant, iiſdem plane verbis

a Dand. fol. 121. pag. 2. „ Hic quieſcit magnus Nicolaus, terra marique mirabilis „. Additur apud Murat. Tom. 12. Rer. Ital. pag. 257. & *glorioſus*. Et ſupra: *requieſcit*, *pro*, *quieſcit*.

b Hæc apud Andr. Dandulum non leguntur.

c Edidit Murat. Tom. 12. Rer. Ital. a pag. 256.

Digitized by Google

verbis Dandulus narraſſet, ſic concludit: „ Poſtea Immunita-
„ tum (*a*) obtento Privilegio, jam mortuo Gotifredo, Veneti
„ redeunt, & ad Eccleſiam parvam S. Nicolai in Litore Corpora
„ Sancta deportantur: conſtruitur ibi turris pro loci tutamine,
„ manet armatorum cuſtodia, donec locus ſecurus ædificetur.
„ Interim Sancti coruſcant miraculis. Horum Sanctorum Inven-
„ tio celebratur 3. *Kalend. Junii*, Translatio vero in Venetias
„ (*b*) IX. *Idus Decembris*. In ipſo enim feſto S. Nicolai claſſis cum
„ ſalute pervenit ad portum, tertio anno ab incepto itinere
„ agitata. Hanc Translationem Græcorum Codices comproba-
„ re videntur, negantes, Barenſes cives Beatum corpus abſtu-
„ liſſe, ſicut ſcribit Joannes Archidiaconus ejuſdem Eccleſiæ, &
„ reliqui, qui Translationi ab eo dictatæ crediderunt, quum
„ etiam in re dubia, ſicut ipſe teſtatur, ſibi pertinenti, ejus
„ teſtimonium reſpuendum ſit „ Hactenus Dandulus. Quodſi hæc Venetorum narratio cum altera Barenſium comparetur, major fides videtur adjungenda Barenſibus, utpote qui & Translationi S. Nicolai æquales fuerunt, & æqualem eidem habent pro ſe alienigenam ſcriptorem Sigebertum. Veneti autem, qui eam commemorant, alter quidem anno 1348. vivebat, ideſt Jordanus; alter vero, Dandulus nempe, obiit anno 1354. quemadmodum Muratorius in Præfat. ad ipſius Chron. teſtatur. Quid? quod in Codice MS. Vat. 5842. fol. 121. ſunt quædam, quæ haud obſcure innuunt, Dandulum ſibi repugnare, dum in fine narrationis ſuæ, ut Barenſibus, ac Joanni præſertim Archidiacono fidem detraheret, ait, eam quam Veneti volunt, S. Nicolai Translationem a Græcorum Codicibus comprobari: nam interrogati a Venetis illi quatuor Eccleſiæ cuſtodes de B. Nicolai corpore, ſic in cit. Cod. Vat. necnon in Chronico Danduli edito per Muratorium pag. 256. reſpondiſſe dicuntur: „ Qui ſe id ignorare tem-
„ poris antiquitate ſimulant. Archam tamen fractam muro (*c*)
„ adhærentem, oſtendunt, dicentes: *Hic Barenſes partem reli-*
„ *quiarum tollentes*, partem reliquerunt: ſi vultis, eam tolli-
„ te. Archam igitur perquirentes, nihil in ea præter aquam &
„ oleum invenerunt. Frangentes igitur pavimentum, & muros
„ Eccle-

a Ideſt, poſtquam Veneti e Myra (delatis ſecum ſacris Corporibus) in Palæſtinam pergentes, Joppe dimiſſo navigio cum tuta cuſtodia, Sepulcrum Domini viſitantes Acrim & Caipham expugnaſſent.

b Sic habet Cod. Vat. MS. At editus apud Murat. VIII. *Idus Decemb.*

c Deeſt, *oſtendunt*, apud Murat. Tom. 12. pag. 256.

Digitized by Google

„ Eccleſiæ perforant: die & nocte ſequenti fruſtra laborant „ &c. Cetera. Itaque ex Græcorum confeſſione, jam Barenſes Arcam S. Nicolai invenerant, extractiſque ex ea ſacris oſsibus, ſolam Aquam & Oleum (*ideſt manna*) reliquerant: id quod confirmat narrationem Joannis Archidiaconi, Nicephori Barenſis & Sigeberti Gemblacenſis: ſuſpectum autem reddit, quod poſtea ab Andrea Dandulo & a Jordano narratur, de effractis in loco plano tribus illis maſsis, in quarum ultima repertum ſit S. Nicolai corpus & a Venetis ſublatum. Nihil enim aliud accepiſſe Venetos conſtat, niſi quod Barenſes reliquerant, nimirum *corpora Theodori* & *Nicolai Antiſtitum*, quæ in Altari majori in duabus capſellis erant repoſita: necnon Manna, ſeu aquam & oleum S. Nicolai, quod a Barenſibus in arca illa relictum fuerat, ex qua ejuſdem Sancti Nicolai *corpus*, ideſt, *oſſa in liquore natantia*, quum unus de Barenſibus collegiſſet, dedit Presbyteris, quorum unus, Drogo nomine, in bombycino novo recepta, ſuiſque humeris ſuperimpoſita ad naves detulit, quemadmodum Nicephorus Barenſis narrat num. 5. Scio, etiam in narrationibus Joannis Archidiaconi, & Nicephori Barenſis quædam occurrere, quæ caſtigatione indigent, quæque a Falconio ad oram libri notata ſunt. Sed quum ea narratio non eodem quo Translatio contigit anno ſcripta ſit, neque ab illis, qui eidem Translationi interfuerint, mirum non eſt, nonnulla ibi obrepſiſſe, quæ paulo poſteriorem translatione ætatem redoleant: ut illud, quod apud Nicephorum num. 2. legitur de Barenſibus ad Græcos Myrenſes dicentibus: „ Sciatis, quoniam Papa urbis Romæ venit in Barim civitatem noſtram cum multis Archiepiſcopis multoque Clero & populo; & ipſe miſit nos in partibus iſtis, ut transferamus illi hoc ſacrum corpus. Et quod idem Dei Confeſſor in ſomnis apparens ei præcepit, ſe noſtris tranſvehi regionibus „. Et alterum quod num. 1. narratur de iiſdem Barenſibus: „ quum Myram applicuiſſent, ſuaque negotia agere cœpiſſent, accidit, nutu Dei, ut intelligerent id quod meditati ſunt velle patrari a Venetianis, qui eo tempore ſimiliter, cauſa mercationis, illuc proceſſerant. Quod dum Barenſes agnoviſſent, ſcrutantes facta illorum, compererunt eos habere parata ferrea inſtrumenta, cum quibus iidem Venetiani ſi præire poſſent, in Myram ingredientes Bmi Nicolai Confeſſoris Eccleſiam furtim ejuſdem frangerent pavimenta, ſa-

„ crum-

„ crumque deportarent corpus: conſiliis quorum in lucem pate-
„ factis, ſpoponderunt Barenſes, ſi Dominus opitularetur, ta-
„ liter ſe id facturos, ut & Veneticis, imo omnibus in Myrea
„ manentibus foret abſconſum„. Nam quum Translatio a Barenſibus facta anno 1087. dicatur, quumque Venetica claſsis nonniſi anno 1097. Corpus S. Nicolai in urbe Myrenſi quæſierit, ſeque illud aſportaſſe eo dumtaxat anno Veneti affirment; manifeſte patet, falſum eſſe tum quod de Papa Urbano II. tum quod de Venetis Nicephorus ſcribit; quum Papa quidem Urbanus II. nonniſi anno 1088. inaugurarus, anno demum 1098. menſe Octobri apud Barium (*a*) Synodum celebraſſe legatur; Veneti autem de S. Nicolai corpore quærendo ac tollendo non ante annum 1097. cogitaverint. Ac proinde Nicephori narratio poſt annum 1000. ſcripta fuerit, oportet. Cui tamen quoad ſubſtantiam non modo Sigebertus, ſed & Romana Eccleſia ſuffragatur, dum ad IX. Maji Translationem S. Nicolai e Myra Barium recolit.

Suffragantur & Ruſſi, apud quos, Culcinio teſte, id feſtum uſque a temporibus Urbani II. Papæ, & Ephræmi Kioviæ Metropolitani celebrari cœptum fuit: cujus Feſti in Tryphologio Rutheno ad IX. Maji diſerta fit mentio, cum officio, Tropario, Contacio, & Synaxario, quæ e Ruthenico Latine translata ab eodem Culcinio Falconius edidit pag. 139. Eadem ediderat antea idem Culcinius in Specimine pag. 81. ubi Synaxarium ſic habet. „ Hæc Translatio accidit a Nativi-
„ tate Domini anno 1096. ſub Imperat. Græcor. Alexio, &Pa-
„ triarcha Nicolao, imperantibus vero in Ruſſia Chriſti aman-
„ tibus Principibus Uſevolodo Kioviæ & filio ejus Uladimiro
„ Czernihoviæ. Permittente enim tunc Deo pro peccatis ho-
„ minum, irruentes Iſmaëlitæ in Græcorum ditiones, quum
„ urbes terraſque ferro & igne devaſtaſſent, ac ingentem mor-
„ talium multitudinem in captivitatem abduxiſſent, urbs etiam
„ Myrenſis in Lycia fuit in ſolitudinem redacta, manente tan-
„ tummodo integro & intacto Corpore S. Nicolai: qui apparens
„ cuidam pio ac religioſo Sacerdoti in urbe Barenſi, juſſit, ut
„ ſuum ſacrum Corpus tranſportaretur Myra Barum. Extem-
„ plo ille Sacerdos revelationem edixit quibuſdam mercato-
„ ribus, qui tribus tritico oneratis triremibus, ſolverunt ve-
„ la, & felici navigatione appulerunt ad litora Græciæ, ubi

(*a*) Vide Pagium ad ann. 1097. num. XI.

„ tritico bene vendito, navigarunt in Lyciam, pervenienteſque Myram, venerati ſunt pretioſum corpus Divi Nicolai, ad cujus cuſtodiam quatuor tantum monachi manebant. „ Hos ergo apprehendentes viri Barenſes, aperuerunt ipſis voluntatem Sancti Pontificis, rogantes; ut permitterent eis, „ corpus in Italiam avehere. Renuentibus primo, dein aſſentientibus monachis, acceſſerunt ad loculum cives Barenſes, „ extractumque reverenter ſacrum corpus, & in navi locatum, „ velociſſime Barum deportarunt. Obviarunt tanto hoſpiti „ Epiſcopus cum Clero, & magiſtratus cum populo: magnus „ vero Thaumaturgus plurimis urbem illuſtravit miraculis, & „ uſque in hodiernum diem illuſtrat. Collocatum ſacrum corpus in Templo divi Joannis Baptiſtæ: ac poſt tres annos translatum ad Baſilicam in honorem ejus erectam, ibidemque in „ Arca argentea deaurata poſitum fuit; divo Thaumaturgo „ omnes & in omni loco ipſum invocantes ſemper adjuvante, „ cujus precibus Chriſte Deus miſerere nobis „. Hæc Culcinius in Specimine. At in ea, quam ad Falconium tranſmiſit Synaxarii verſione Latina, paucis mutatis ſic legitur pag. 139. „ Hæc „ Translatio contigit anno ab Inc. Filii Dei 1087. ſub Alexio „ Græcor. Imp. & Nicolao Patriarcha; regnantibus vero in Ruſſia Principibus Chriſti amantibus Uſevolodo Chioviæ, & Bladimiro ejus filio Xernicoviæ; juſtitia Dei hoc diſponente ac „ permittente propter peccata. Iſmaëlitæ namque in ditiones „ Græcorum irruentes, urbes terraſque plurimas igne deleverunt, ac populos partim gladio peremerunt, partim in captivitatem abduxerunt. Eadem calamitate Myra quoque urbs „ Lyciæ oppreſſa fuit. In horribilem namque ſolitudinem redacta: quæ tamen incolume adhuc S. Nicolai ſervabat corpus. „ Poſtquam autem ſanctus hic Thaumaturgus cuidam piiſſimo „ ſacerdoti, qui in urbe degebat Barii, revelavit, placere Deo, „ ut ſuum corpus Myra Barium transferretur, ſacerdote eodem ſollicitante, tres magnæ tritico onuſtæ naves navigatione feliciſſima ad Græcorum petentes litora, ubi eadem tenuerunt, & Thaumaturgo favente, triticum præter ſpem, „ pretio optimo vendiderunt; proram ad Myram urbem Lyciæ „ direxerunt, ejuſque litora ſalutarunt. Venerationis igitur „ cauſa, beati ac pretioſiſſimi corporis Nicolai, Templum ingreſſi, quatuor ibi monachos invenerunt, qui inæſtimabilis

„ the-

Digitized by Google

„ theſauri illius erant cuſtodes. Iſtorum igitur captantes manus,
„ dulciſſimeque amplectentes, ſuam ipſis expoſuerunt inten-
„ tionem, & S. Nicolai beneplacitum per revelationem obten-
„ tum. Cuſtodes deliberatione pauliſper capta, ſacrum corpus
„ auferri permiſerunt. Barenſes igitur ſic ſacroſanctam thecam
„ cum ſumma veneratione ſuſceperunt, navique impoſita, præ-
„ ter ſpem ad Barenſe litus breviſſimo tempore appulerunt.
„ Ac tunc ordo Populuſque Barenſis, cum Epiſcopis & omni
„ Clero, die 9. Maji, illuſtre miraculis corpus, proceſſione fa-
„ cta ſuſcepit, & benedictionem a B. obtinuit Thaumaturgo.
„ Variis enim infirmi morbis ſanitatem ſunt aſſecuti. Quin
„ uſque ad præſentem diem clientes omnes gratiarum miracu-
„ lorumque participes fieri compertum eſt. Tunc autem Thau-
„ maturgi corpus in B. Joannis Baptiſtæ templo fuit depoſitum:
„ at poſt tres annos Baſilica erecta eſt, ejuſque nomini dedica-
„ ta: in quam ſacrum corpus illatum fuit, & in argentea theca
„ compoſitum deaurata. In qua uſque ad præſentam diem mi-
„ raculis coruſcat, impertiens cunctis gratiam, qui in omni loco
„ tam glorioſum ac celeberrimum invocant Thaumaturgum.
„ Cujus precibus Chriſte Deus miſerere nobis.

In hoc Synaxario plura ſunt obſervanda. Primum: quod apud Culcin. pag. 81. Translatio facta dicitur anno *Chriſti* 1096. apud Falcon. vero pag. 139. *Anno* 1087. Videtur enim Culcinius ex Venetis ſcriptoribus annum 1096. adnotaſſe, quod in Synaxario Ruſſico erat 1087. Nam Synaxarium Ruſſicum e Barenſium adnotationibus deſumtum videtur, non e Veneticis narrationibus.

Alterum: *Sub Imp. Græcor. Alexio & Nicolao Patriarcha. Alexio* nempe *Comneno*, qui imperavit Conſtantinopoli ab anno 1081. ad ann. 1118. & *Nicolao Grammatico*, Euſtratii Garidæ ſucceſſore, qui menſe Septembri anni 1084. inauguratus Patriarcha Byzantinus, ſedem illam rexit uſque ad ann. 1111. quo deceſſit. Notandus itaque Falconii error, qui pag. 139. in margine, ad *Nicolai* Patriarchæ nomen, apponit cognomentum *Chryſobergii*. Atqui Nicolaus Chryſoberges Patriarcha Conſtantinopolitanus fuit (non anno 1087. quo Translatio S. Nicolai contigit,) ſed anno 983. uſque ad annum 996.

Tertium: *Regnantibus in Ruſſia Uſevolodo Kioviæ, & Uladimiro ejus filio Czernigoviæ*. Hoc falſum eſſe demonſtravi ſu-

Digitized by Google

pra Tom. 4. pag. 95. ubi ex Græcorum Annalibus palam feci *Jaroslaum* magni Uladimiri filium anno Chr. 1036. obiiſſe: eique ſucceſſiſſe *Izaslaum*. *Uſevolodus* igitur *Izaslai* filius vix ad annum 1043. pervenit, quum *Uladimirus*, hujus nominis ſecundus, *Monomachus* dictus, ipſius Uſevolodi filius, dicatur anno 1043. Ruſſorum monarcha, & Conſtantinopolim obſidione cinxiſſe: adeoque neuter eorum ad ann. 1087. ætatem produxit. Miechovius etiam ex Annalibus Ruſſorum lib. 3. cap. 6. [a nobis citatus Tom. 4. pag. 96.] affirmat, *Uſevolodum Jaroslai* filium, & Ducem Kioviensem die 13. Apr. anno 1083. peſte abſumtum, & ſepultum in Eccleſia S. Sophiæ Kioviæ, relictis filiis *Uladimiro* & *Roſcislao*. Quamobrem, etſi concedatur juxta Miechovii ſententiam, *Uſevolodum* uſque ad ann. 1083. vixiſſe, non tamen ſtare poteſt, anno 1087. *Uſevolodum ac filium ejus Uladimirum* in Ruſſia imperaſſe. Delendum igitur *Uſevolodi* nomen, ac dicendum, *Imperante in Ruſſia Uladimiro* (Monomacho ſcilicet) *Uſevolodi filio*.

Quartum. Quod Culcinius in ſerie Metropolitanorum Kioviæ pag. 112. num. VIII. ſcribit: „ Ephræm e Græcia oriun-
„ dus ſucceſſit Joanni anno 1092. Quod hic Metropolita obe-
„ dientiſſimus Sedi Apoſtolicæ vixerit, egregio ipſemet com-
„ probavit exemplo. Nam quum Urbanus II. Pont. Romanus
„ juſſiſſet celebrari die 9. Maji translationem Corporis S. Nico-
„ lai Myra Barum, Ephræm idem feſtum promulgavit in Ruſ-
„ ſia, & ut in perpetuum celebraretur, decrevit „: hoc, inquam, Falconius in ſuis ad laudatum Riſſicum Synaxarium notis pag. 140. lit.E, ſic ex eodem Culcinio exprimit. „ Ut autem
„ hæc commemoratio tranſierit ad Ruthenos, rem Culcinius ſic
„ teſtatur, quo authore, neſcio: forte, eodem Trypbologio.
„ Ephræm Kioviensem ſedem octavus implevit anno 1092.
„ [*hæc autem æra ſtare cum eo nequit*] Is Romani Pontificis
„ Urbani II. juſſa ſecutus & exempla, ſuſcepit, inſtituit, &
„ promulgavit Feſtum Translationis S. Nicolai e Myris Barium,
„ eadem die nona Maji, perpetuis temporibus celebrandum.
„ Quod in univerſa Ruſſia, nempe tam in Moſcovitico, quam
„ in Regno Poloniæ hiſce quoque temporibus celebratur: &
„ poſt Synodum Zámoſcianam anno habitam 1620. (*corri-*
„ *ge* 1720.) feſtum etiam de præcepto. Græci autem nunquam
„ hoc feſtum aut doloroſam memoriam ſunt amplexi; multo-

„ que

Digitized by Google

„ que minus de hac Sancti Translatione verba fecerunt „. Fallitur porro idem Falconius, dum ait, ſtatutum illud Ephræmi de celebranda Sancti Nicolai Translatione, non conſentire cum epocha 1092. qua dicitur idem Ephræmus inauguratus Metropolita. Nam Ephræmus quum vixerit uſque ad ann. 1101. (uti ex Culcinio pag. 113. colligitur) quumque ad Barenſe Concilium anno 1098. menſe Octobri ſub Urbano II. celebratum, Græci etiam Epiſcopi advenerint, quibuſcum S. Anſelmus de proceſſione Spiritus ſancti ex Patre Filioque diſputaſſe dicitur, e Ruſſia aliquem ab Ephræmo miſſum ad illud concilium, non inveriſimile videtur: quo in patriam redeunte & miracula S. Nicolai apud Barium patrata narrante, pronum eſt credere, Ephræmum Metropolitanum, ejus Translationis feſtum, ſicuti Urbani Papæ juſſu in Bario celebrabatur, ſic in Ruſſia celebrandum edixiſſe. Alioquin non video, quanam alia ratione illud Feſtum ita ad Ruſſos tranſire potuerit, ut illud tum Ruſſi Uniti, tum Ruſſi Moſcovitæ amplexi ſint.

Quintum: Veriſimilior videtur Synaxarii Ruſſici narratio, de *revelatione cuidam Sacerdoti Barenſi facta*, quo ſollicitante, Barenſes cives ad avehendum S. Nicolai corpus, e Bario Myram ſint profecti; quam Sigeberti & aliorum, qui ſcribunt, naves Barenſes ab *Antiochia Myram* perrexiſſe: nam anno 1087. quo hæc acta ſunt, nulla erat Barenſium cum Antiochenis commercii cauſa, ſed poſt annum 1098. quo a Cruceſignatis capta Antiochia, Boamundo Tarentino Principi ſuit tradita.

Sextum: Illud quoque, quod in Synaxario Barenſes ad Græcos templi Myrenſis cuſtodes dicunt: *ſuam ipſis expoſuerunt intentionem, & S. Nicolai beneplacitum per revelationem obtentum*: probabilius exiſtimari poſſit, quam quod apud Nicephorum ajunt: *Sciatis, quoniam Papa Urbis Romæ venit in Barim, & ipſe miſit nos huc, ut transferamus ſacrum S. Nicolai corpus*.

Septimum: Criminatur Falconius auctorem Synaxarii, quod ibi ſcriptum ſit de corpore S. Nicolai Barium deportato: *Ac tunc ordo populuſque Barenſis cum Epiſcopis & omni Clero ſacrum Corpus proceſſione ſolenni ſuſcepit*. Nicephorus (inquit) narrat, ſolum Barenſem clerum interfuiſſe: Urſus Archiepiſcopus Canuſii tunc degebat. Verum auctor Synaxarii in unum conjunxit, quæ tunc temporis diverſis diebus contigere: nam prima qui-

quidem die Clerus omnis cucurrit, ſexta die Epiſcopus Bituntinus: item Barenſis cum Oretano, Cuperſanenſi, aliiſque Epiſcopis.

Octavum. In Synaxario dicitur, Barii depoſitum ſacrum Corpus in Eccleſia S. Jo: Baptiſtæ, donec poſt triennium ædificatum ſit ejuſdem S. Nicolai Templum. At Nicephorus num. XI, & ſeq. ſcribit, e navi *ab Elia Abbate* ſuſceptum, & in Eccleſia *S. Benedicti* depoſitum: deinde ad *Eccleſiam S. Euſtratii Martyris* translatum: ,, qua everſa [inquit Nicephorus] poſt aliquot dies cum aliorum Sanctorum Eccleſiis uſque ad ſolum; ,, conſtructa eſt in eis cum alio ſpatio ejuſdem curtis ſplendidiſ-,, ſima ac magnifica Eccleſia ab eiſdem Barenſibus ad honorem ,, S. Nicolai, ipſorumque Sanctorum ,,. Error in Synaxarium irrepſiſſe ex Actis Translationis videtur, in quibus (ad Myrenſe S. Nicolai Templum quod ſpectat) legitur apud Jordanum num. 3. ,, In hac Arca, quam vides, duo ſunt Sancti Præſules, ,, B. Nicolai prædeceſſores, qui in S. Johannis ſine dubio requie-,, ſcunt ,,. Exiſtimavit igitur Ruſſus Synaxarii auctor, delatum in Barenſem urbem S. Nicolai corpus, in *Altari S. Joannis Baptiſtæ* quieviſſe; Myrenſe Altare pro Barenſi, perperam accipiens. Sed hæc levioris ſunt momenti, quam ut Ruſſis flagrantiſſimo in S. Nicolaum amore Translationem ejus colentibus negotium faceſſatur, quum graviora in Barenſium & Venetorum narrationibus menda occurrant.

X.

SIMON.

Vaticanus Ruthenicus primus: *Simonis Zelotæ Apoſtoli*. Secundus vacat. Vacat & noſter Slavicus. Kalend. Moſcoviticum: *Apoſtola Simona*, *Apoſtoli Simonis*. Poſſev. *S. Apoſt. Simeonis*. Papebr. *Simon Zelotes*. Ephemerides metricæ.

Τῇ δεκάτῃ Σίμωνα ςαύρωσαν ἀπόςολον ἐχθροί.
Simonem decima Chriſti crucifigitis hoſtes.

Menæa Græca: τῦ ἁγίυ ἀποςόλυ Σίμωνος τῦ Ζηλωτῦ, *S. Apoſtoli Simonis Zelotæ*. In Synaxario Menæorum dicitur *Simon, qui & Nathanael*, idemque ſponſus ille, cujus ad nuptias invitatus Chriſtus Dominus, aquam in vinum convertit: prædicaſſe autem in Mauritania, & in Africa & in Britannia; & cruci affixus, martyrium conſummaſſe. Iterum in Menæis de eodem ad XXII. Aprilis habetur Synaxarium, in quo & *Nathanael* appellatur.

Digitized by Google

litur. In Menologio Baſiliano bis quoque colitur *Simon Zelotes Apoſtolus*, cum duplici Synaxario. Primum nempe ad XXIX. Apr. ubi ſic: „ Memoria S. Apoſtoli Simonis, cognominati Judæ. „ Simon magnus Apoſtolus fuit ex Cana (*a*) Galilææ, ubi „ Dominus ac Deus noſter ad nuptias vocatus unacum intemerata ejus genitrice ac diſcipulis, deficiente vino, miraculis initium daturus, ejuſdem ſuæ genitricis rogatu, aquam in „ vinum convertit. Factus eſt itaque Simon ipſius diſcipulus, „ ac prædicationis miniſter: & unacum reliquis Apoſtolis Chriſtum ſequens, illius doctrinæ pabulo perfruebatur. At poſt „ ejus Aſſumptionem & Aſcenſionem in cælum, Edeſſam petiit: ubi quum multos ex Idololatris verbum veritatis edocuiſſet, illos ad Dominum convertit. Poſthæc autem Meſopotamiam peragrans, libere Chriſti nomen annunciavit, iterumque Edeſſam regreſſus, quum multa ad Dei gloriam miracula edidiſſet, in pace deceſſit „. Deinde ad diem x. Maji: „ *Certamen S. Simonis Zelotæ Apoſtoli*. Simon magnus Chriſti „ Apoſtolus, Zelotes nuncupatus, quum in cænaculo unacum „ SS. Apoſtolis eſſet, viſibilemque Spiritus operationem in ſpecie columbæ (*b*) & in linguis igneis ſuſcepiſſet, totus igneus „ factus, divinoque zelo repletus &c. Nam Mauritaniam, totamque Afrorum regionem & Libyam univerſam peragravit, & „ plures infidelium ad Dominum convertit; ac demum in Britanniam profectus, cruci affixus fuit: atque ita ſpiritum Deo „ reddidit „. Repugnantia ſibi narrant Græci recentiores. Baronius in not. ad 28. Octobris, quo die Simon Apoſtolus colitur unacum Thaddæo ſive Juda altero Apoſtolo. „ Nam hunc „ (Simonem) etiam appellatum eſſe Judam, ſcribit S. Hieron. „ in epiſt. ad Galat. tom. 4. & contra Helvidium. Sed & Sophronius apud Hieron. de Script. Eccleſ. in Simone, & Dorotheus in Synopſi itidem ajunt, Simonem cognomento dictum eſſe Judam, eumque fratrem fuiſſe Jacobi, eidemque „ ſucceſſiſſe in ſede Epiſcopali, atque ſub Trajano martyrium „ conſummaſſe. Sed ad arguendos ejuſmodi errores plura a nobis dicta ſunt in Tom. 1. Eccleſ. Annal. anno Dom. 68. „ Et poſt pauca, quum dixiſſet, Simonem in Ægypto prædicaſſe, deinde

in-

---

a *Cana*, hebr. *Canath* h. e. Zelus, æmulatio: hinc *Cananæus*, ideſt, ex *Cana* & Græce Ζηλωτὴς, Zelotes, ſenſum reddente interprete, loco Proprii nominis.

b Hoc non legitur in Actib. Apoſtolorum, ſed ſolum in ſpecie linguarum.

Digitized by Google

in Perſide martyrium conſummaſſe; ſubjungit. „ In qua autem „ provincia Simon Apoſtolus Evangelium prædicaverit, anti„ quioribus ſubobſcurum fuiſſe videtur. Nam Origenes, Greg. „ Nazianz. Euſebius, Chryſoſt., Theodoretus & Socrates, quum „ de cæteris agunt Apoſtolis, locaque referunt peregrinationis „ & Apoſtolatus eorum, de Simone dicere omittunt. Aliorum „ vero, qui poſt prædictos ſcripſerunt, diverſæ reperiuntur „ ſententiæ. Auctor qui nomine Iſidori fertur, de vit. & obit. „ Sanctor. cap. 82. & 83. dicit Simonem prædicaſſe Evange„ lium in Ægypto. Niceph. lib. 2. cap. 40. addit Africam, „ eumque tandem ad Britannos perveniſſe teſtatur: id ipſum „ etiam Dorotheus in Synopſi: quorum ſententiam Græci ſecu„ ti videntur in Menol. ubi etiam [quod non probatur] dicitur „ Simon item Nathanael appellatus. Rurſus autem in eod. Apo„ ſtolo erraſſe reperiuntur nonnulli putantes hunc eundem eſſe „ cum illo Simone, qui paſſus reperitur in perſecutione Traja„ ni, de quo Euſeb. in Chron. & hiſt. lib. 3. cap. 26. Fuerunt „ ejus ſententiæ idem qui ſupra auctor de vit. & obit. Sanct. c. 82. „ Sophron. apud Hieron. & Beda, qui tamen in Retract. in Act. „ Apoſt. recantat palinodiam. Diverſos plane eſſe, varia ipſo„ rum martyrii Acta teſtantur, & alia complura, quæ brevitatis „ cauſa præterimus „. *Encomium Simonis Zelotæ Apoſtoli*: τὶ φαιδρὰ σήμερον ἡ ἡμέρα, auctore Niceta Paphlagone, Græce & Lat. in Combefiſ. Auctario noviſs. Tom. 1. pag. 408. Adde quæ in Simonem & Judam Apoſtolos idem Combefiſ. Tom. 8. Bibl. Concion. pag. 290. & ſeq. & Tillemont. Tom. 1. pagin. 423. & ſeqq.

XI.

MOCIUS.

Vaticanus uterque Ruthenicus vacat. Noſter Slavicus: *S. Mart. Mocii*. Papebrochius: *Mocius*. Menæa Græca: τῦ ἁγίε ἱερομάρτ. Μωκίε, καὶ τὰ Γενέθλια τῆς Κωνςαντινεπόλεως, *S. Sacromart. Mocii*, *& Natale Conſtantinopoleos*. De utroque habetur Officium: necnon Synaxarium in Menologio Baſiliano. De natali quidem Urbis, Tom. 3. pag. 93. ad XI. Maji. „ Commemoratio Natalis Conſtantinopolis. Quum maximus Imperatorum & Chriſtianiſſimus Conſtantinus urbem Byzantii „ accepiſſet, eamque multo majorem quam erat ædificaſſet, „ impoſitoque proprio nomine pro Byzantio Conſtantinopolim „ appel-

„ appellaſſet, poſtquam mœnia abſolvit, exſtructaque in iis „ ædificia & ſacras Eccleſias; eam dedicavit Glorioſæ Dominæ „ noſtræ Deiparæ ſemperque Virgini Mariæ, gratias ſupra mo„ dum agens: & unacum Sanctiſſimo Patriarcha & Clero ac Po„ pulo ſupplicatione facta, rediit ad forum: in quo Cives co„ lumnam ipſius erexerunt, in capite Sanctos Chriſti Dei no„ ſtri clavos ferentem; in infimo vero loco duodecim cophi„ nos fragmentorum, quæ ex quinque panibus ſuperaverant „ habentem. Ex illo igitur tempore obtinuit conſuetudo, ut „ hæc feſtivitas celebraretur uſque in præſentem diem „. Kalendarium Moſcovit. *Obnov. Czara grada*: *Encænia Regiæ Urbis*. Poſſevinus perperam: *Converſio Conſtantinopolis*, pro, *Natale Conſtantinopolis*. Menæa ad XI. Maji: *τὴν ἀνάμνησιν πνευματικῶς ἐπιτελοῦμεν τοῦ γενεθλίου ταύτης τῆς θεοφυλάκτου καὶ Βασιλίδος τῶν πόλεων, τῆς κατ' ἐξαίρετον ἀνακειμένης τῇ δεσποίνῃ ἡμῶν τῇ ἁγίᾳ Θεοτόκῳ, καὶ ὑπ' αὐτῆς διὰ παντὸς σωζομένης*: *Memoriam ſpiritualiter celebramus Natalis hujuſce a Deo conſervatæ & urbium Reginæ, quæ ſingulariter Dominæ noſtræ Sanctæ Deiparæ dicata eſt, & ab ea ſemper ſervatur*. Et in Tropario: *τῆς Θεοτόκου ἡ πόλις* &c. „ Deiparæ urbs, merito „ ſui ipſius conſtructionem Deiparæ adſcribit, & in ea perman„ ſuram ſe promiſit, per eam conſervatur & corroboratur, ad „ eam clamans: *Salve ſpes omnium finium terræ* „. Culcinius in Specim. ad XI. Maji pag. 82. „ Sacromartyri Mocio Presby„ tero Conſtantinopolitano additur hac die: *Obnovlenie*, ideſt „ *Renovatio* (*aut ſi mavis*, *Encænia*, *dedicatio*) *Urbis impe„ rantis*, quæ fuit celebrata ſub tempus primi Concilii, quan„ do Conſtantinus Magnus tranſtulit ſedem Imperii Roma „ Byzantium, illudque ampliavit novis propugnaculis ac ædi„ bus magnificentiſſimis, & annuentibus Sanctis 318. Patribus, „ de ſuo nomine Conſtantinopolim novamque Romam dixit, „ ſacravitque eandem urbem Sanctiſſimæ Deiparæ. Ita mei li„ bri „. Encænia urbis Conſtantinopolitanæ hiſce verbis attigit Sanctus Hieronymus in Chron. *Conſtantinopolim dedicat pene omnium urbium nuditate*. Ea celebrata fuiſſe anno XXV. Conſtantini, XI. Maji, tradit Heſychius (*a*) Mileſius: „ Om„ nibus igitur ita confectis a Conſtantino, & Dedicatione un-

a Græca hujus auctoris aliorumque verba, habes apud Cangium in Conſtantinopoli Chriſtiana l. 1. cap. 3. pag. 27. & ſeqq. edit. Reg. Pariſ.

„ decimo Maji menſis die celebrata, anno Imperii illius viges„ ſimo quinto &c. „. Qui quidem annus incidit in Conſulatum Gallicani & Symmachi. Idacius in Faſtis: *His Coſs. dedicata eſt Conſtantinopolis die* v. *Idus Majas.* Chronicon Alexandrinum ſub iiſdem Coſs. „ Anno 301. poſt aſſumptum in cælum Domi„ num, anno ipſius Imperii xxv. Conſtantinus religioſiſſimus, „ Conſtantini junioris Auguſti, & Conſtantii atque Conſtantis „ Cæſarum pater, urbem maximam illuſtrem & felicem con„ didit, Senatu donavit, & Conſtantinopolim nuncupavit „ v. Idus Majas, feria ſecunda, Indictione tertia &c. A Roma „ condita uſque ad dedicatam Conſtantinopolim, interſunt „ anni 1080. „. Anno ſcilicet Mundi, juxta Græcos 5838. Zonaras: „ Urbe demum ædificata, Dedicationem ejus cele„ brat xi. Maji, anno ab orbe condito 5838. „. Ideſt, anno Epochæ Uulgaris Chriſti 330. adeoque quinquennio poſt abſolutam Nicænam Synodum, quæ anno 325. celebrata fuerat. Græcum diſtichon in Menæis de natali Urbis.

> Γενεθλίων σῶν δεῖ με τιμᾷν ἡμέραν,
> Ἐν σοὶ, πόλις, τυχόντα τῶν γενεθλίων.
> *Tuum decet me colere natalem, urbs ſacra,*
> *Nativitatis in te ſortitum diem.*

De Sancto autem Mocio:

> Μώκιος ἐνδεκάτῃ κεφαλὴν τμήθη ἀγαθόφρων:
> *Mocius undecima ſapiens dat colla ſecuri.*

Presbyter Martyr Byzantii ſub Diocletiano. A Latinis ad xiii. Maji colitur *Mucii* nomine, hoc elogio. „ Conſtantinopoli „ B. Mucii Presbyteri & Mart. qui ſub Diocletiano Imp. & Lao„ dicio Proconſ. primo Amphipoli multis pœnis atque cruciati„ bus ob Chriſti confeſſionem afflictus, poſtea Byzantium uſque „ perductus, capitali ſententia occubuit „. Baronius. Græci Mocium appellant ad vi. Idus Maji, ubi etiam narrant, in honorem hujus martyris a Conſtantino Imp. fuiſſe Templum erectum, quo ejuſdem martyris ſacras Reliquias inferri mandavit. Juſtinianus Imp. etiam ædem ampliſſimam eidem martyri erigendam curavit, de qua Procop. lib. 1. ædific. Cedrenus in Baſilio addit, ejuſmodi Templum vetuſtate collapſum ab eodem Baſilio Imp. a fundamentis fuiſſe reſtitutum. De Sancti Mocii Baſilica mentio habetur etiam in Act. Conc. Epheſ. Vide Cangium in Conſtantinopoli Chriſtiana pag. 129. edit. Reg. ubi de Con-

Digitized by Google

Conſtantinopolitano Sancti Mocii Martyris Templo fuſe agit. In fine Synaxarii: τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ Σύναξις ἐν τῷ πανσέπτῳ αὐτοῦ καὶ ἁγιωτάτῳ Μαρτυρίῳ: *Agitur autem ejus feſtum in venerando ipſius & ſanctiſſimo martyrio*. In Menologio Baſiliano Mocius Byzantii natus dicitur, *Euphratio* & *Euſtathia* parentibus, ex vetere Roma oriundis. Presbyter factus, quum a Præſide & populo victimæ immolarentur, accurrens aram ſubvertit & victimas diſperſit. Quare comprehenſus, flammis traditur. Verum in medio flammarum viſus eſt unacum tribus viris pſallentibus. Unde quum ipſe incolumis evaſiſſet, flamma vero adſtantes unacum Præſide combuſſiſſet, miſſus in Heracleam Thraciæ urbem, capite ibi truncatus & ſepultus eſt. Poſtremo quum Conſtantinus Magnus Templum ædificaſſet, ſacras ejus Reliquias inferri atque ibidem deponi juſſit. Henſchenius fuſe de eo agit ad XI. Maji a pag. 620. ubi relatis Baſiliani Menologii verbis, num. 2. ſubjungit: „ In quo dum Acta Martyris contrahuntur, omiſſum fuit Sancti Mocii Presbyterium in Amphipolitana Eccleſia, & ex urbe Heraclea traductio Byzantium, ubi eum capite plexum atque ſepultum fuiſſe, reliqua Acta habent, inter quæ eminent ea quæ ex laudato ſupra Synaxario MS. Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ hic addimus „. Numero nempe 3. Acta ejus Græca quum periiſſent, aut alicubi adhuc lateant, eorum defectum ſupplent Acta martyrii Latine olim translata, quæ idem Henſchenius ad XI. Maji è MSS. Codd. Hamburgenſi, Trevirenſi, & Reginæ Sveciæ num. 569. edidit pag. 622. Initium: „ Sub Laodicio & Maximo annis quatuor viciſſim Proconſulatum tenentibus Europæ.

Methodium ad hanc diem XI. Maji addit Culcinius in Specim. pag. 18. his verbis: „ S. P. N. Methodius Epiſcopus Moraviæ, fuit frater Cyrilli Philoſophi, Apoſtoli Slavorum, inventoriſque literarum Slavicarum, & claruit imperante Baſilio Macedone „. Et ſubjungit: „ Hoc tantum habeo in meis libris de iſto Sancto, cujus Vitam vide in Actis Sanctorum ad diem IX. Martii apud Socios Bollandianos „. De Sancto Methodio Epiſcopo, & Cyrillo ſeu Conſtantino Philoſopho, ipſius fratre, fuſe differui Tom. 3. tota Parte Prima a pagin. 1. ad pagin. 171.

Digitized by Google

XII.

Epiphanius. Germanus.

Ruthenicus Vatic. uterque vacat. Slavicus noſter: *S. P. N. Epiphanii*. Kalendarium Moſcovit. *Sviat. Epiphania*, *Sancti Epiphanii*. Poſſevinus: *S. P. Epiphanii*. Papebrochius, *Epiphanius*, Epiſcopus in Cypro. *Germanus*, Patriarcha Conſtantinopolitanus. Ephemerides Metricæ:

Τῇ δύο καὶ δεκάτῃ Ἐπιφάνιον ὁ μόρος εἷλε.
Statæ lex mortis duodena Epiphanion aufert.

Marmor Neapolitanum ad hanc diem: XII. *N. S. Epiphanii Epiſcopi*, ideſt, *Natale Sancti Epiphanii Epiſcopi*. Martyrologium Romanum ad eandem diem. „ Salaminæ in Cypro Sancti Epiphanii Epiſcopi, qui multiplici eruditione, & ſacrarum literarum ſcientia excellens, vitæ quoque ſanctitate, zelo catholicæ fidei, munificentia in pauperes, & virtute miraculorum extitit admirandus „. Res ejus geſtas exhibet Papebrochius ad hanc diem a pag. 36. ex Socrate & Sozomeno, quorum hic hiſtoriam ſuam annis circiter 30. poſt Epiphanii obitum ſcripſit; Socrates vero paris plane cum Sozomeno ætatis. A pagina autem 46. ideſt, capite 6. & 7. examinat Acta S. Epiphanii, quæ nomen Joannis præferunt, incipiuntque: Ἐπιφάνιος γένος μὲν ἦν; habentur autem Latine apud Lipom. Tom. 6. ad 15. Maji, & Surium ad 12. Maji: Græce & Latine Tom. 2. Oper. Epiphanii pag. 318. edit. Petavianæ: ea autem & falſo imputata Metaphraſtæ demonſtrat, & in pleriſque fabulæ eſſe quam hiſtoriæ propiora. Arabice eadem Acta auctore, ut dicitur, Joanne Presbytero, extant in Cod. membraneo exarato ab Iſaaco Monacho montis Sinai anno Hegiræ 272. [Chr. 885.] ex exemplari, quod antea ſcripſerat Antonius David filius Salomonis Bagdadenſis in Laura Sancti Sabæ; quemadmodum dixi Tomo 2. Bibl. Orient. pag. 510. & ſeq. num. Codicum Arabicorum XLV. adeoque ipſo Metaphraſte longe antiquiora, ſicuti laudatus Papebrochius num. 45. oſtendit. Altera habetur Sancti Epiphanii Vita Græce auctore Polybio Epiſcopo Rhinocorurorum, initium: Δόξα τῷ παρέχοντι ἡμῖν τὸ ζῆν Θεῷ: Extat Græce Latine in edit. Petaviana pag. 353. ad 379. non minus quam prior illa, fabulis ſcatens, quarum tamen fabularum nonnullas tam in Menæis, quam in Menol. Baſil. irrepſiſſe conſtat, dum ibi de Sancto Epiphanio ſic legitur: „ S. P. N. Epiphanius

„ nius erat ex regione Phœniciæ, Judæis parentibus natus. Sed „ illis in Legis cultu permanentibus, ipſe ad Chriſtum accur„ rens, baptizatus eſt, & monaſticum inſtitutum ſuſcepit. Dein„ de Cypri Epiſcopus ordinatur: atque ita Deo ſervivit, ut „ & miracula patrare meruerit. Quum autem pro fide ortho„ doxa decertaret, plures ærumnas ab heterodoxis ſuſtinuit: „ & veritatem quidem ſermonibus corroboraturus, hæreticos „ vero ex Eccleſia abacturus, Conſtantinopolim migravit. Ada„ ctus autem ab Eudoxia, exilio Chryſoſtomi ſe ſubſcribere, „ adduci nequivit, ut id faceret. Quum vero illa comminare„ tur, niſi id ipſe faceret, ſe Idolorum Templa aperturam, „ ſubſcripſit. Quod ubi Chryſoſtomus intellexit, hæc ad ipſum „ ſcripſit: Epiphani, quoniam exilio meo conſenſiſti, in thro„ no tuo non ſedebis. Ille vero reſcripſit: Athleta Joannes, „ verberare & vince. Demum in Cyprum navigans, vitam „ in navigio finivit „. De Sancto Epiphanio ejuſque ſcriptis vide Gul. Caveum in hiſtor. liter. pag. 147. Fuit eidem poſt obitum erecta Baſilica, eademque ſacris Imaginibus exornata, ut apparet ex Act. 4. Sanctæ Synodi Nicænæ ſecundæ. Ajunt eum anno ætatis ſuæ 115. Chriſti 403. deceſſiſſe. In fine Synaxarii: *τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ σύναξις ἐν τῷ ἁγιωτάτῳ αὐτοῦ οἴκῳ, τῷ ὄντι ἔνδον τοῦ ἁγίου φιλήμονος, Celebratur autem ejus feſtum in Sanctiſſima ejus æde (Sacello) quæ eſt intra Templum S. Philemonis*: quod (Codino teſte) Eudoxius Conſtantini Magni Patricius & Præfectus condidit in Strategio. Vide Cangium in Conſtantinopoli Chriſtiana pag. 133. edit. Reg. *de S. Philemonis Templo*, in quo non ſolum Epiphanium 12. Maji, ſed etiam Eliam, Probum, & Martem 19. Dec. necnon Anaſtaſium Perſam 22. Jan. coli, Menæa declarant.

Germanum Patriarcham Epiphanio Archiepiſcopo jungunt Menæa Græca cum officio & Synaxario. Latini quoque eundem colunt ad hanc ipſam diem, cum hoc elogio: „ Conſtantino„ poli S. Germani Epiſcopi, virtutibus & doctrina inſignis, „ qui Leonem Iſauricum adverſus ſacras Imagines edictum pro„ mulgantem, magna fiducia redarguit „. Quem quum a ſacrarum Imaginum cultu averſum vidiſſet [uti habetur in Menologio Baſiliano] eumque neque rationibus neque hortamentis ab hæreſi avocare valuiſſet, Humerali, hoc eſt Patriarchali Pallio, ſuper ſacro altari depoſito, ad propriam domum regreſ-

ſus,

Digitized by Google

ſus, quietam egit vitam: ubi preces aſſidue Deo offerens, nonagenarius emigravit ad Dominum. Cujus funus dum efferretur [verba hæc ſunt Synaxarii Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ] varios accedentium ad ejus reliquias morbos depulit: ac poſt ejuſdem ſepulturam, aſſidua ſanationum beneficia ex ſacris ejus pignoribus exundantia fideles conſequuntur. Poſitum eſt autem Corpus ejus in ſancto Monaſterio (*a*) Choræ. Dies ejus feſtus celebratur in Sanctiſſima magna Eccleſia. Encomium in Sanctum Germanum Patriarcham Conſtantinopolitanum auctore Alano: *ἐγκαινίζεται μὲν ἡ σκηνή*: Cod. MS. Barrocciano 131. S. Germani alterius, Hegumeni monaſterii τῆς Κοσινίξης Coſenetres, in confiniis Thraciæ & Macedoniæ, fundatoris, Græce, *Μέγιστον εἰς παράκλησιν βίος ὁσίων*, ex MS. Cod. Bibl. Florent. Laurentianæ num. 19. fol. 7. Latine Interprete Daniele Cardon Soc. Jeſu ibid. pag. 162. *Magnum ad virtutem incitamentum habent Vitæ Sanctorum*. Porro Sanctus Germanus Patriarcha, è Cyzicena Metropoli, ad Conſtantinopolitanam Eccleſiam aſſumtus anno 715. die XI. Auguſti, abdicavit ſe circa diem XXII. Januarii anni 730. quo die ab impio Leone Iſaurico ſubſtitutus in ejus locum fuit Anaſtaſius Iconoloclaſta. De ætate vero Germani alterius Hegumeni, nihil ſtatuere potuerunt Bollandiani Patres, quum finis Actorum ejus deſideretur.

XIII.

GLYCERIA.

Vaticanus uterque cum noſtro Slavico vacat. Kalend. Moſcovit. *Muc. Glykeriy*, *Martyris Glyceriæ*. Papebr. *Glyceria*. Poſſev. perperam, *S. Matris Cilariæ*, pro, *S. Mart. Glyceriæ*. Ephemerides metricæ.

Τῇ δεκάτῃ ξίτῃ τίς δάμασε Γλυκαιρίην;
Quis decima terna, Glyceria, te ſuperavit?

Heracleæ in Thracia celeberrima Virgo & Martyr, inſcripta etiam Martyrol. Romano, cum hoc elogio: *Heracleæ S. Glyceriæ martyris Romanæ, quæ ſub Antonino Imp. & Sabino Præſide paſſa eſt*. Græci de eadem hac die in Menol. cum officio & Synaxario, quod legere eſt apud Henſchen. in Act. Sanctor. ad XIII. Maji pag. 188. Acta ejuſdem Græce e MS. Palat. Vat. *ἔτους πρώτου τοῦ βασιλεύοντος Ἀντωνίνου*, in calce Tomi 3. Maji pagin. 12.

---

a Quod in Ponto fuiſſe ajunt Bollandiani VIII. Jan. ad Vitam S. Cyri Patriarch. Conſtant. ejus Fundatoris.

Digitized by Google

gin. 12. Latine in eod. Tom. pag. 189. *Anno primo Imperatoris Antonini, Præſide Græciæ Sabino*. Et apud Lipom. tom. 7. & Sur. tom. 3. Percelebre fuit Heracleæ templum S. Glyceriæ, ubi ſacrum ejus corpus poſitum, pluribus eſt miraculis illuſtratum. Ex ejus enim oſſibus jugiter unguentum emanare ſolebat, ut auctor eſt Niceph. lib. 18. cap. 28. & 32.

XIV.

Isidorus.

Papebroch. *Iſidorus*, Dux & Martyr. *Iſidorus*, propter Chriſtum ſtultus: „ ita hunc Sanctum a gentilibus ſuis Moſco-„ vitis ſolitum appellari, indicat Ohilewicz: de vita & cultu „ plura ſcire cuperem „. Culcinius ad XIV. Maji de S. Iſidoro propter Chriſtum ſtulto. „ Anthologium meum hunc Iſidorum, „ Roſtovienſem Thaumaturgum, tali veneratur Contacio. „ Electo & mirabili inter juſtos Viro, qui a Chriſto Deo mira-„ culorum donum ſuſcepit, laudationum verba nunc affera-„ mus. At tu, o Sancte, habens fiduciam apud vivificantem „ Trinitatem, ora eam, ut nos ſalvati a malis, canamus tibi: „ Gaude divina ſapiens Iſidore „. Kalendarium Moſcoviticum de ſolo Iſidoro martyre mentionem facit. *Muc. Iſidora*; *Mart. Iſidori*. Poſſevinus quoque: *S. Mart. Iſidori*. Vaticani Ruthenici vacant. Noſter Slavicus: XIV. *S. Pachomii*: *Iſidori*. Sed de Pachomio alii Codices Slavici ad diem ſequentem: Latini vero de *S. Pachomio* agunt hac die XIV. Maji; ſanctum vero *Iſidorum* rejiciunt ad V. Februarii, cum hoc elogio: „ Alexan-„ driæ S. Iſidori Mart. qui in perſecutione Decii a Numeriano „ exercitus Duce pro fide Chriſti capite cæſus eſt „. Ubi Baronius. „ Agunt de eo hac item die Græci in Menol. „ Quod a vero abhorret: nam Græci neque *Alexandriæ Iſidorum* paſſum dicunt; ſed in inſula *Chio*: neque de eo agunt die V. Febr. ſed XIV. Maji. Rurſus itaque in Martyr. Romano de eodem S. Iſidoro agitur ad diem XV. Maji, hoc addito, ſed a priore diverſo, elogio. „ In inſula Chio natalis B. Iſidori Mart. in cujus „ Baſilica extat puteus, in quem fertur fuiſſe injectus, de cujus „ aqua infirmi ſæpius potati ſanantur. *Baronius*. De eo item „ hac die Beda, Uſuardus, Ado, & alii Latinorum: Græci au-„ tem in Menol. pridie hujus diei, ubi & ejus Martyrium pau-„ cis deſcribunt „. Unus idemque eſt Iſidorus, qui ad V. Febr. & ad XV. Maji in Rom. Martyr. ponitur: ſed *Alexandriæ* nomen

men ibi obrepſit, quod hic in *Inſulam Chium* rectius eſt converſum. Menæa Græca ad XIV. Maji τοῦ ἁγίου Μάρτ. Ἰσιδώρου τοῦ ἐν τῇ Χίῳ, *S. Mart. Iſidori in Chio*: Ephemerides metricæ.

Τῇ δὲ τετάρτῃ καὶ δεκάτῃ Ἰσίδωρος ἐλεύθη.
Venit Iſidorus decimaque quartaque colendus.

Dux militum & martyr in inſula Chio ſub Decio. Menol. Baſilianum. „ Iſidorus Chriſti Martyr, Decio imperante, fuit ex „ urbe Alexandriæ. Quum vero Optionis (*a*) munere in mi„ litia fungeretur, in inſulam Chium profectus cum claſſe na„ vium, quibus Numerius præerat, apud hunc a Julio Centu„ rione delatus eſt, quod Chriſtianus eſſet. Comprehenſus igi„ tur, & coram ipſo adductus atque interrogatus, an Chriſtum „ profiteretur; Profiteor, inquit, Chriſtum eſſe cæli, terræ, „ mariſque factorem, & credo in ipſum tamquam in verum „ Deum ac Dei filium, pro hominum ſalute & ſancta Virgine „ Maria natum hominemque factum ſine ſemine & ſine corru„ ptione. Quibus doctrinis ac ſermonibus illum obſtupefaciens, „ diverſis primum tormentis excruciatus fuit. Quum vero im„ mutabilem animum erga Chriſtum gereret, & ſupplicia gene„ roſe perferret, capite demum plexus, martyrii coronam acce„ pit „. In eod. Menol. Baſiliano ad XIII. Julii de ſancta martyre Myrope, quæ Corpus S. Iſidori recondidit, hæc habentur Tom. 3. p. 165. „ Martyr Chriſti Myrope, imperante De„ cio, in inſula Chio nata eſt: unde Epheſum profecta, unguenta „ ex Reliquiis SS. Martyrum & Apoſtolorum manantia colli„ gens, ægrotos ſanabat. Hinc eidem Myropis nomen inhæſit. „ Chium deinde inſulam reverſa, quum S. Iſidorum pro Chri„ ſto martyrio functum interfectumque reperiſſet, ſublatas „ ejuſdem Reliquias apud ſe condidit. At quum ob illud Reli„ quiarum furtum complures capti quæſtionique ſubjecti fuiſ„ ſent, ſe ipſam manifeſtavit, confeſſaque eſt, & ſe reliquias „ ſuſtuliſſe, & apud ſe reconditas habere. Quocirca a præſide „ Numeriano (*b*) comprehenſa, qui & S. Iſidorum excrucia„ verat, immaniterque cæſa, in carcerem detruditur: ubi ap-

„ pa-

a Option in militia Romana dicebatur præfectus Annonæ. Ita in Cod. Vat. in ejus vita: Iſidorus locum Optionis tenens, habens poteſtatem exarchi in Annona militari. In Menæis excuſis Synaxarium pro Optione, perperam habet, τὴν τοῦ ὀψωνίου τάξιν ἐπεῖχε.

b *Numerius* ad 14. Maji dicitur. Ita & in vita Græca S. Iſidori. At in Martyrol. Rom. & alibi *Numerianus*.

„ parente S. Iſidoro, atque repoſitorum ſibi bonorum ſponſio„ ne ab eodem facta, ſpiritum Deo reddidit„. Eadem leguntur de ſancta Myrope in Synaxario Menæorum ad 2. Decembris, ubi tamen dicitur S. Myrope non *Chii* nata, ſed *Epheſi*: ἡ ἁγία αὕτη Μυρόπη ἐγεννήθη ἐν τῇ ἐφεσίων πόλει, *Hæc ſancta Myrope Epheſiorum civitate nata eſt*. Et paucis interjectis ſubjungitur, quod mortuo patre, a matre ſit ad Baptiſmum ſuſcipiendum adducta, deinde in Chium inſulam deportata: τοῦ δὲ Βασιλέως Δεκίου τότε κρατοῦντος, καὶ διωγμὸν κατὰ τῶν Χριστιανῶν κινήσαντος, ἡ μήτηρ τὴν παῖδα λαβοῦσα, τὴν τῆς Χίου νῆσον κατέλαβε. *Decio autem Imperatore rerum potito, perſecutionemque adverſus Chriſtianos movente, puellam mater in inſulam Chium adduxit*. Quæ tamen ſtare nequeunt neque cum Chienſium traditione, qui illam Chii natam educatamque volunt, neque cum martyrio ejuſdem, quod Decio imperante ſub Numerio contigit paucis poſt diebus, quam S. Iſidorus mortem pro Chriſto oppetiiſſet: adeoque anno Chriſti 251. Iſidorus 14. Maji, Myrope 13. Julii, aut 2. Decembris, paſſi fuerint, oportet: quum Decius ante exitum ejus anni interierit, uti ex Annalibus conſtat; idque tertio ineunte Imperii ipſius anno: quemadmodum Pagius oſtendit ad ann. 251. Myropem autem non puellulam tunc fuiſſe, quum martyrium ſubiit, ex Actis ipſius conſtat. Corrigendum igitur Synaxarium Menæorum ex Baſiliano. In quo nata Chii dicitur, tum Epheſum profecta, demum Chium reverſa. Similiter emendandum Baſilianum in ea parte, qua aſſeritur, S. Iſidorum *ex urbe Alexandriæ fuiſſe*, ſeu ut habent Menæa in Synaxario, ἕλκων τὸ γένος ἀπὸ Ἀλεξανδρείας τῆς πόλεως, *genus duxiſſe ex urbe Alexandria*. Ipſe enim, non ſecus ac *Myrope*, *Chius* fuit, & *Chii* paſſus, quemadmodum in ejus Actis Græcis legitur Cod. MS. Vat. 866. fol. 307. ἔτους πρώτου τῆς Βασιλείας Φλαβίου Δεκίου, κελεύσεως γενομένης ὑπὸ τοῦ Βασιλέως Δεκίου, ἦλθεν ναῦς ἐν Χίῳ, ἐν οἷς καὶ στρατολογία προσετάγη. κατ' αὐτὸν οὖν τὸν καιρὸν ἐστρατολογήθη καὶ ὁ μακάριος Ἰσίδωρος, ὃς τέλειον ἀγῶνα τὸν τῆς στρατείας ἀπεδείξατο εἰς τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστόν. *Anno primo, quo imperare cœpit Flavius Decius, quum ab eodem Imp., ut milites conſcriberentur, decretum emanaſſet, quædam in Chium navis appulit, ut dicta jam conſcriptio iſtic quoque inſtitueretur. Tunc igitur inter milites beatus etiam Iſidorus eſt relatus, qui bonum atque perfectum in Chriſto Jeſu Domino certatorem*

Digitized by Google

ſeſe exhibuit. Itaque Iſidorus non Alexandriæ, ſed Chii degebat, in ſua nempe patria, quando navis illa ex Ægypto in inſulam Chium appulit, ut ibi milites conſcriberentur, inter quos & ipſe Iſidorus conſcriptus dicitur; ſimulque Optionis munus ſuſtinebat, utpote Chius, qui annonam ſuis commilitonibus & compararet, & ex æquo diſtribueret. Ad S. Myropem redeo. „ In ejus Actis ſic habetur.: „ Sancto autem (Iſidoro) in quandam voraginem projecto ad eſcam volucrum, & cuſtodibus ex mandato „ Ducis (*Numerii*) ad cadaver obſervandum poſitis, divino zelo „ ſtimulata S. Myrope, venit noctu cum ancillis ſuis, & ſacrum „ corpus honorifice ungens, præclaro in loco poſuit „. Acta vero S. Iſidori, poſtquam is cervicem gladio ſubjecit, quo percuſſus vivere deſiit: „ Ammonius autem quidam, pius ac Deum „ timens (*collato utique cum Sancta Myrope ſtudio*) B. Iſidori Corpus (*quod in puteum* (*a*) *a paganis projectum fuerat*) ſuſtulit: quod ubi diligenter curavit, & pariter cum „ aliis fratribus monumentum reperit, magno deinde honore, „ terræ mandavit. Tum vero ipſe Ammonius (*uti Acta ſubjungunt*) præclarum Sancti Iſidori conſilium imitatus, per „ Helleſpontum navigans, veri certaminis tandem coronam „ Cyzici eſt adeptus „. Videtur enim, quum S. Myrope propter ſublatum Sancti Iſidori Corpus, martyrio affecta fuiſſet, Ammonius arrepta è Chio fuga, Cyzicum navigaſſe. Petrus de Natalibus pro Ammonio Amelium legit ſic: „ Corpus quoque „ ejus in puteo a paganis projectum, ab Amelio ejus comite & „ Myropa Sancta Matrona inde levatum, juxta eundem puteum „ ſepultum eſt. Sed & ſupra Corpus & puteum proceſſu tem„poris Baſilica a fidelibus conſtructa, puteum intra ſui ambi„tum tenet, de cujus aqua omnes ægri potantes ſanantur, ut „ dicit Ado „. Quod ſcripſit Ado, id accepit a Sancto Gregogorio Turonenſi, qui de Sancto Iſidoro Mart. lib. 1. Miraculorum cap. 102. ſic loquitur: „ Iſidorus Martyr in inſula Chio „ quieſcit (ſic enim eſt nomen inſulæ) puteum in Baſilica San„cti habens, in quo & fertur injectus: de cujus aqua energu„meni febricitanteſque vel reliqui infirmi ſæpius potati, ſal„vantur. Dicitur etiam ibi lumen quaſi cereus ardens, a fide„libus ſæpe videri. Sed & ego vidi Presbyterum, qui ſe affir„mabat hoc lumen de ore putei ſæpius contemplatum fuiſſe.

Hæc

(*a*) Seu, ut habent Acta Græca, *in Foveam profundam*.

Digitized by Google

Hæc S. Greg. Turonenſis, ex quo in Martyrologium Romanum ad xv. Maji ſunt translata. Baronius in not. „ Acta ejus in vet. „ Cod. MS. Monaſterii S. Cæciliæ Trans Tiberim, ubi & ſcri- „ bitur paſſus Gallo & Voluſiano Coſs. ſub Numerio ſeu Nu- „ meriano magiſtro militum „. Atqui Bollandiani ad xv. Maji pag. 446. num. 6. (poſtquam de Sacello a S. Marciano œconomo circa ann. 460. in honorem S. Iſidori martyris intra Templum S. Irenes conſtructo, in quo & partem Reliquiarum ejus condidit, fuſe diſſeruiſſent) „ Interim (inquiunt) ex hac „ tantæ vetuſtatis Translatione (*a*), quæ priuſquam fieret, „ videtur in Chio ipſa ſcripta fuiſſe danda hic ex Vaticano „ (*Cod.* 866.) Paſſionis hiſtoria; magnum huic auctoritatis pon- „ dus accedit: & hoc augent quidam Codices Latini, in quibus „ ipſa legitur ex Chienſi, non ex Conſtantinopolitano textu „ paraphraſtice accepta. Primus fuit Monaſterii S. Cæciliæ, „ a Baronio in notis ad Rom. Martyrol. laudatus hoc die, cujus „ ecgraphum in Vallicellana Biblioth. reperimus, hoc initio: „ *Eodem tempore quo Decius ſæviſſimus Cæſar graviter inſecu-* „ *tus eſt Chriſtianos*: & præmittitur Prologus ſic exordiens: „ *Regum mundi actus Heroumque odas*. Alter poſt Prologum ab „ his verbis cœptum: *Egregius prædicator B. Paulus Apoſtolus*, „ ita inchoatur: *Sub Decio Imp. quo tempore immanis perſecu-* „ *tio Chriſtianis facta eſt*. Eſtque ea hiſtoria hic multo, quam „ in priori contractior, & continetur in Codic. Vatic. 1195. „ fol. 233. Utrobique vero circa finem ſic legitur: *Depoſitus* „ *eſt autem B. Iſidorus pridie Idus Majas Gallo & Ulpiano Coſs.* „ additque Vaticanum, *ſub Decio Imp.* Baronius quia in Faſtis „ *Ulpianum* non reperit, legit *Gallum* & *Voluſianum*; ſed ita „ notaretur annus 252. proximus poſt cædem utriuſque Decii, „ quorum nominibus annus præcedens 251. inſignitur „. Et paucis interjectis, num. 8. ajunt: „ Quem in Catalogo anti- „ quiſſimo Romanorum Pontificum, ubi agitur de Cornelio & „ Lucio, legimus *Galli* & *Voluſiani* communem Conſulatum, „ abſque ullo numero; is in veteri apud Panvinium Inſcriptio- „ ne ſic notatur: *Actum Pr. Kal. Aug. Impp. DD. NN. Gallo* „ *Aug. II. & Voluſiano Aug. Coſs.* Quærendus igitur nobis re- „ ſtat Galli Conſulatus I., Quem non cum *Voluſiano*, ſed cum

a Reliquiar. ſcil. S. Iſidori, e Chio Conſtantinopolim facta, ut ſupra.

Digitized by Google

„ *Ulpiano* hic nominato geſſerit. Mihi in præſentiarum nihil „ occurit convenientius, quam ut dicatur *Gallus*, poſt Decios „ merito exitio ſublatos, menſe circiter Novembri [*anno* 251.] „ non ſolum Imperatoris aſſumpſiſſe titulum, ſed etiam Conſu„ lis, adſcito in Collegam *Ulpiano*; itaque factum, ut qui De„ ciorum abominabantur memoriam, annum 251. ſignaverint „ nominibus *Galli & Ulpiani*, quamvis extrema ſolum anni „ parte magiſtratu functorum; quod ſecutus is, qui ſcripturis „ S. Iſidori Paſſionem primus materiam ſubminiſtravit, eoſdem „ Conſules etiam ipſe expreſſerit, addiderit tamen *ſub Decio* „ *Imp.*, ut hoc etiamnum vivente, & prius quam alii ſufficeren„ tur, res acta intelligeretur „. Græca tamen Acta nihil horum habent, ſed hoc dumtaxat: „ Obiit beatiſſimus martyr Iſido„ rus Pridie Idus Majas ſub militiæ Duce Numerio, Imperatore „ Decio; ſed nobis imperante D.N.J.C. &c. „ Vide Tom. 3. Maji pag. 73. Græce, & pag. 451. Latine. Præter hæc autem Acta, quorum initium, ut ſupra dictum eſt, *ἔτους πρώτου τῆς Βασιλείας Φλαβίου Δεκίου*, Exſtant alia duo Græca, quorum unum auctore Nicolao Pepagomeno, init. *Ἰσίδωρον τὸν γενναῖον λόγοις ἐγκωμιάσαι*: Alterum, *κατὰ τὴν τιμίαν καὶ ἔνθεον διδασκαλίαν*, Lambec. Tom. VIII. pag. 81. Latine apud Surium 5. Februar. ubi Metaphraſtæ tribuitur. Poſtremo de Tranſlatione S. Iſidori e Chio Venetias facta anno Dom. 1125. vide Papebrochium ad XV. Maji Tom. 3. pag. 448.

Culcinius ad XIV. Maji, præter *Iſidorum pro Chriſto ſtultum*, addit e Ruthenorum Faſtis *S. Niconem Hegumenum Pieczarenſem*. De quo hæc ſcribit ex vitis Patrum Cryptenſium, & ex Anthologio, & Uſtavo, pag. 19. „ Hic fuit diſcipulus San„ cti Antonii [*adeoque vivebat circa ann.* 1070.] cum quo „ multo tempore ſancte vixit; ornatuſque Sacerdotio, juſſu „ ejuſdem Antonii habitum monaſticum Divo Theodoſio con„ tulit. E palæſtra Pieczarenſi quum exiiſſet Nicon, munitus „ benedictione Antonii, conſpicatus parvam fluminis inſulam „ penes civitatem Tmotorokany dictam, in eadem conſedit: „ fundatoque templo & monaſterio, diu vixit. Tandem preci„ bus Patrum Cryptenſium revocatus, quum acceſſiſſet, Theo„ doſium eo tempore Hegumenum, non ut ſuum novitium, „ ſed ut Patrem veneratus, procubuit ad pedes ejus in primo „ ſalutationis limine, vixitque in poſterum tamquam filius

„ obe-

Digitized by Google

„ obedientiæ. Sed Theodoſius memor reverentiæ, quæ debe„ tur ſenibus, patris loco tenebat Niconem, eumque hono„ rabat tam privatim, quam in communi, jubens ei frequen„ ter, ut in capitulo ſermonem, loco ſuperioris, Fratribus „ faceret. Poſt obitum magni Theodoſii (*anno* 1074.) quum „ ſucceſſiſſet in præpoſituram Stephanus Eccleſiarcha, nec diu „ eam retinuiſſet, letho præreptus, communibus votis electus „ Nicon, rexit per aliquot annos prudenterque monaſterium „ Cryptenſe: & onuſtus maturis apud Deum meritis, migravit „ ad ejus gloriam glorificatus poſt obitum inſignibus miraculis„. Archimandritæ igitur ſeu Abbates monaſterii Cryptenſis ſive Pieczarenſis apud Kioviam, hi primnm fuere. 1. Antonius, monachorum omnium in Ruſſia primus pater. 2. Theodoſius. 3. Stephanus .. 4. Nicon.

Codex noſter Slavicus, manu recentiori, charactere (ut vocant) Cyrilliano ad XIII. Maji ſic habet: *S. Alexandri*. De quo Menolog. Baſilian. ad eand. diem: *Certamen S. Alexandri Mart.* qui nempe ſub Maximiano apud Driziparam Thraciæ urbem gladio percuſſus eſt. De eo agit Martyr. Rom. ad 27. Martii.

XV.

PACHOMIUS.

Vaticanus Ruthenicus primus: XV. *Pachomii Abbatis*. Secundus vacat. Kalend. Moſcovit. *Pr.Pachomia Belik.S.Pachomii magni.* Poſſev. *S.Patris Pachomii*. Slavicus noſter ad XIV. Maji. *S.Pachomii*: ad XV. vero: *S. P. N. Pontificis Achillii*. Papebr. „ Pachomius. Iſaias: Epiſcopus nempe Roſtovienſis, teſte „ Ohilewicz, de quo (inquit Papebr.) plura doceri peto, „ æque ac de S. Joanne Roſtovienſi, quem poſt famoſos San„ ctos antiquos Martyres, in nobilis Rutheni habitu expreſſum, „ habet Triptychon iſtius gentis, de quo infra. *Culcinius in* „ *Specim. pag.* 20. XV. Maji. De S. Iſaia Epiſcopo Roſtovienſi. „ Indigenam hunc Præſulem in Ephemeridibus figuratis apud „ Papebrochium vidi, & inſertum Indiculo Sanctorum Ruthe„ norum legi: at in meis libris, præter nudam commemora„ tionem, nil aliud reperio„. Idem Culcinius pag. 142. in „ Indice Sanctorum Ruthenis propriorum: „ Joannes Roſto„ vienſis nobilis Ruthenus poſitus apud Papebrochium in dexte„ ra tabella Triptychi, & Zoſimas monachus in ſiniſtra tabella

„ Tri-

Digitized by Google

„ Triptychi, itemque in Diptycho collocatus, in meis libris „ non inveniuntur „. In Roſtovienſium Sanctorum numero, præter *Iſaiam* Epiſcopum, & *Joannem* nobilem virum, celebrantur *Iſidorus* propter *Chriſtum* ſtultus, XIV. *Maji*, *& Leontius Epiſcopus Roſtovienſis*, XXIII. Maji. In Concilio Kiovienſi per Cyrillum Metropolitam circa ann. 1255. celebrato, adfuiſſe perhibetur inter alios Antiſtites, *Ignatius Roſtovienſis*, apud Culcin. in Append. pag. 36. Idem Culcinius in Catal. Metropolitanorum de *Joanne* agens num. VI. pag. 112. ſic ait: „ Jo- „ annes I. Ruthenus anno 1080. ad Sedem Metropolitanam „ evectus, conſecravit ſolemni Ritu Templum Pieczarenſe, „ aſſiſtentibus Luca Bialogrodenſi, Iſaia Roſtovienſi, (de quo „ dictum Par. I. die 15. Maji) Joanne Czernihovienſi Epiſco- „ pis „. Templum illud Deiparæ nuncupatum Theodoſius Abbas (qui anno 1074. obiit) a fundamentis excitaverat, quemadmodum in ejus Synaxario legitur apud Culc. Par. I. pag. 16. & ſeq. Herberſtenius in Commentar. Rer. Moſcovit. pag. 21. deſcribens modum, quo die 4. Februar. anno Mundi 7006. Chr. 1497. a Simeone Metropolitano inauguratus fuit magnus Dux Demetrius, jubente & præſente magno Duce Joanne Baſilide: „ Interfuerunt (inquit) huic mandato magni Ducis & „ benedictioni Simonis Metropolitani, Tychon Archiepiſcopus „ Roſtowienſis, & Jaroslavienſis. Nyphont Suſdalienſis & „ Toruſki: Vvaſian Epiſcopus Twerenſis: Protaſius Reſanen- „ ſis & Muromski: Afranius Columbnenſes: Jeuſimi, (*a*) Sar- „ ki, & Podonski Epiſcopi. Multi item Abbates & Priores, in- „ ter quos potiores Serapian, prior monaſterii ad S. Trinitatem „ Divi Sergii: & Makirii prior monaſterii S. Cyrilli: magnus „ denique conventus Religioſorum & Eccleſiaſticorum aderat „. Et pag. 27. De Metropolitano & Epiſcopis Ruſſiæ: *Ruſſia ut cæpit, ita in hunc uſque diem in fide Chriſti ritu Græco perſeverat. Habuit Metropolitanum quondam reſidentem in Chiovia, dein in Volodimeria, nunc vero in Moſcovia*. Et paucis interjectis de Bartholomæo & Daniele ejus ſucceſſore tunc temporis Metropolitanis, quum Herberſtenius Cæſaris Maximiliani oratorem Moſcoviæ ageret pag. 28. „ Sunt & alii duo Archiepiſcopi in domi- „ nio Moſci, in Novogardia, ſcilicet Magrici & Roſtoff. Item

„ Epi-

---

a *Afranius* pro Ephremius. Jeuſim, pro, Euthymius. Sarki, pro, Sergius. Serapian, pro Serapion. Makirii, pro, Macarius.

„ Epiſcopi, Twerenſis, Reſanenſis, Smolenſis, Permiæ, Suſ-
„ dali, Columnæ, Czernigoviæ, Sari. Hi omnes Metropoli-
„ tæ Moſcovitico ſubjecti ſunt „. Demum pag. 78. de Roſtovo civitate: *Roſtow civitas & caſtrum, Archiepiſcopopalis Sedes, cum Bielojeſero & Murom, inter præcipuos & antiquiores Ruſſiæ Principatus, poſt Novogardiam magnam, habetur. Eo ex Moſcovia, recta per Preaslavo itur, a qua decem milliaribus diſtat. Sita eſt ad lacum, ex quo Cotoroa fluvius, qui Jaroslavo præterlabitur, emergit, Volgamque influit. Soli natura fertilis eſt, piſcibus in primis, ac ſale abundans. Regio hæc olim ſecundogenitis magnorum Ducum Ruſſiæ propria erat: quorum poſteri noviſſime per Joannem Baſilii patrem ea depulſi exutique ſunt.* Hactenus de Roſtovienſibus.

Achillius Epiſcopus Lariſſæ in Theſſalia, a Græcis colitur in utroque Menol. ad xv. Maji. Baſilianum: „ Achillius Thau-
„ maturgus floruit Imperat. Conſtantino magno. Quum autem
„ Chriſtianorum parentum filius eſſet, ab his pietatem edoctus,
„ & exterorum ſapientum diſciplina inſtitutus, deinde etiam in
„ divinæ ſcripturæ meditatione diligenter excultus, necnon
„ ſermone & virtute ſe ipſum exornans, Lariſſæ Pontifex ini-
„ tiatur. Poſtea ob multa præclare geſta editaque miracula illu-
„ ſtre nomen adeptus, unacum divinis Patribus Concilio Ni-
„ cæno adfuit adverſus Arium hæreticum. Quum vero propter
„ Orthodoxam doctrinam ſtrenue decertaſſet, atque hæreticos
„ confudiſſet, omnium admirationem excitavit. Reverſus
„ autem ex urbe Nicæa ad ſuam ſedem, quum multa patraſſet
„ miracula, diverſaque & magna templa ad Dei Sanctorumque
„ ejus gloriam excitaſſet, gaudens ad Dominum migravit „.
Hujus S. Antiſtitis nulla fit in Rom. Martyr. mentio.

S. Pachomii commemoratio diverſis diebus tam apud Græcos, quam apud Latinos inſcribitur. Inter Latinos primus Pachomium Faſtis Sanctorum adſcripſit Beda, cum hoc elogio ad xiv. Maji: II. Idus Maji, S. P. N. Pachomii, qui quum eſſet
„ factus Apoſtolica gratia inſignis fundatorque Ægypti Cœnobi-
„ orum, ſcripſit monaſteriorum Regulas, quas Angelo dictan-
„ te didicerat, ſimul & de tempore Paſchali „. Quæ verba tranſcripſere Uſuardus, Ado, Notkerus, Rabanus: paucisque mutatis eadem Romano hodierno Martyrologio inſeruntur: ubi Baronius in notis citat perperam Menologium Græcor. illud ſcil.

quod

Digitized by Google

quod compilavit Sirletus: nam in Menæis excuſis non ad xiv. ſed ad xv. notatur *memoria S. P. N. Pachomii Tabenneſiotæ*. At Synaxarium Baſilii Imp. necnon Medicæum, Taurinenſe, Chifſletianum, & Mazarinianum diem vi. Maji Sancto Pachomio aſſignant: Claromontanum vii. & xv. Typicum Græcorum circa ejuſdem Sancti cultum hoc ſolum notat die xiii. Maji: *Sciendum, quod ab hodierno die incipimus legere vitam S. Pachomii*. Acta S. Pachomii: *ὁ λόγος τοῦ τὰ πάντα κτίσαντος Θεοῦ ἀλήθεια*, Græce e MSS. Vaticano, Florentino & Ambroſiano in Actis Sanctor. in App. ad Tom. 3 Maji. pag. 25. Lat. (a) Daniele Cardono Societ. Jeſu interprete ibid. pag. 295. ad 14. Maji: initium. *Dei ſermo creantis omnia veritas eſt*. Alia ejus vita, juniore auctore: *Αὐταρκῶς μὲν τὰ χαρέντα περὶ τοῦ ἁγίου*. Græce in ead. Append. pag. 51. Latine pag. 334. Alia incerto auctore, memorata apud Allatium: *ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἡ πηγὴ τῆς σοφίας*. Latine Tom. 6. Lipom. & apud Sur. ad 14. Maji. Deceſſit S. Pachomius (uti in Græca ejus vita cap. ix. legitur) 14. die *menſis Pachon*, ideſt, vii. *Idus Majas*, ſeu *die* ix. *Maji*, Anno Chr. 349. ætatis 71. Regulas Angelo dictante ab ipſo Ægyptiace ſcriptas, translatas in Græcum, Latine reddidit S. Hieronymus rogante Silvano monacho, eo tempore quo S. Paula ex hac luce migravit, Honorio VI. & Ariſtæneto Coſſ. Anno Dom. juxta Faſtos Onuphrii 404. Eaſdem unacum aliis in unum collegit, ediditque Lucas Holſtenius in libro, quem Codicem Regularum SS. Patrum inſcripſit.

XVI.

S. THEODORUS.

Vaticani ambo cum noſtro Slavico vacant. Kalend. Moſcovit. *Prep. Theodora*, *S. Theodori*. Poſſevin. *S. P. Theodori*. Papebroch. *Theodorus*. Menol. Baſil. ad xv. hujus, *memoria S. P. N. Theodori Sanctificati*. At Menæa de ipſo agunt hac die xvi. Maji: *τοῦ ἁγίου πρς ἡμῶν Θεοδώρου τοῦ ἡγιασμένου*, *S. P. N. Theodori Sanctificati*, cum officio, & Synaxario. Latini in Martyr. Rom. ad 28. Decembr. *In Ægypto S. Theodori monachi, diſcipuli S. Pachomii*. De quo in vita S. Pachomii apud Bollandianos ad 14. Maji a pag. 295. ac præſertim in Appendice a pag. 334. Demum pag. 347. *Ammonis Epiſcopi epiſtola ad Theophilum Papam Alexandriæ de converſatione & particulari vita SS. Pa-*

(a) Olim e Græco Latina fecerat Dionyſius Exiguus.

Digitized by Google

SS. Pachomii & Theodori. Latine: Prologus. *Quandoquidem Sanctorum Dei famulorum amator inſignis exiſtens*. Incipit. *Septem omnino ac decem vitæ numerabam annos, quum factus Chriſtianus, B. Pontificem Athanaſium in Eccleſia de monachorum & Virginitatem perpetuo ſervantium hominum converſatione diſſerentem audivi*. Græce in Append. ad Tom. 3. pag. 63. Prologus. *ἐπειδὴ τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ θεραπόντων ἐραστὴς τυγχάνων*. Initium. *ἑπτακαιδεκαετὴς ἐξελθὼν Χριστιανὸς γενόμενος*. Cur vero *Sanctificatus* dictus ſit, cauſa hæc redditur in Synaxario Baſiliano: *S. P. N. Theodorus, propter ſanctitatem ac puritatem ſanctificati nomen adeptus, ab infantia Deum amavit, & religioſam exercitationem præveniens, legem Dei ſollicite meditabatur. Unde & totus purus fuit, & vas electum atque utile propter mandatorum obſervantiam, & Dei templum ſanctumque habitaculum. Cuncta igitur viſibilia & corruptibilia quæque ſub oculos cadunt ſupergreſſus, mentemque ad intelligibilia, quæ nec videri nec corrumpi poſſunt elevans, Sancto Pachomio ejuſque ſanctis ſociis contubernalis fuit, & moribus ſimilis apparuit. Unde & magnam* ἡγιασμένου *hoc eſt ſanctificati, appellationem promeruit, & multorum miraculorum patrator exſtitit. Quamobrem admirabilis & clarus apud omnes effectus, quum non ſermone tantum, ſed etiam vitæ moribus plurimis profuiſſet, in profundiſſima ſenectute ad Deum migravit*.

XVII.

ANDRONICUS.

Kalend. Moſcovitic. *Ap. Andronica, Apoſtoli Andronici*. Poſſevin. *S. Apoſtoli Andronii*, pro Andronici. Papebr. *Andronicus*. Menæa Græca: *τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Ἀνδρονίκου καὶ Ἰουνίας*, *S. Apoſtoli Andronici & Juniæ*. Menol. Baſil. *Memoria S. Apoſtoli Andronici, unius ex* LXX. *& Juniæ*. Quorum in ſuis epiſtolis meminit Apoſtolus Paulus: *ſalutate*, inquiens, *Andronicum & Juniam, cognatos & concaptivos meos, qui ſunt nobiles in Apoſtolis, qui & ante me fuerunt in Chriſto*. Vaticani ambo unacum noſtro Slavico vacant. Ephemerides Metricæ.

Ἑβδομάτῃ δεκάτῃ θαὶ ἰουνίῃ, Ἀνδρόνικός τε.

Junia poſt illum (a) conjungitur Andronico.

Baſilianum: „ Andronicus Chriſti Apoſtolus, quum terrarum „ orbem univerſum percurreret, perinde ac ſi alas quibus ſub-

a Poſt decimam ſextam diem.

Digitized by Google

„ veheretur haberet,Chriſti fidem ubique promulgans, omnem
„ prorſus Ethnicorum errorem a fundamentis ſubvertit; omnem
„ vero pietatem atque orthodoxam religionem plantavit, con-
„ ſortem habens atque adjutricem divinæ prædicationis, admi-
„ rabilem feminam Juniam, mundo & carni mortuam, ſoli
„ Deo vivam, ac muneri ſuo fungentem. Hinc Theodoretus „.
Sanctæ Juniæ dignitatem miratur, quod femina Apoſtoli nomen adepta fuerit; „ Papæ! [inquit] quanta fuerit mulieris
„ hujus philoſophia, ut & Apoſtolica appellatione digna ſit ha-
„ bita „. Quare non eſt audienda Pſeudo Dorothei Synopſis, in qua de Sancto Andronico XVIII. diſcipulo ſcribitur: „ An-
„ dronicus, cujus etiam Apoſtolus in ea, quæ ad Romanos eſt,
„ recordatur, Pannoniæ factus eſt Epiſcopus. *& de Junia nu-*
„ *mer*. LIV. Junias: ejus etiam mentionem facit Paulus: Apa-
„ miæ Syriæ factus eſt Epiſcopus „ quaſi vir Junias, non femina fuerit. Ex Græco tamen Sancti Pauli textu certo demonſtrari nequit, vir ne, an femina fuerit: nam caret articulo. Itaque ad ſacros Interpretes eſt recurrendum, & ad Eccleſiarum traditionem.

XVIII.

PETRUS, DIONYSIUS, ET SOCII. THEODOTUS.

Kalendarium Moſcovit. *Muc. Theodota*, *Mart. Theodoti*. Poſſevinus: *Sancti Patris Theodocii*, pro, *Mart. Theodoti*. Papebroch. *Theodotus*. Et ſubjungit: „ Epiſcopus Martyr. Hunc,
„ non ut Epiſcopum, ſed ut militum ducem hic expreſſerat
„ Sculptor Moſcus: quod curavimus corrigendum in tabula no-
„ ſtra. Acta damus auctore Nilo teſte oculato „. Atqui ex ipſis Actis, quæ Papebrochius edidit, conſtat, Theodotum non Epiſcopum fuiſſe, ſed cauponariam exercuiſſe: ac proinde in noſtris etiam Tabulis Capponianis tamquam Laicus depingitur, non tamquam Epiſcopus. Sic etiam in Martyrologio Romano ad hanc diem tamquam nudus Martyr colitur cum ſociis, hoc elogio: „ Ancyræ in Galatia Sancti Theodoti Martyris, & San-
„ ctarum Tecuſæ ejus amitæ, Alexandriæ, Claudiæ, Fainæ,
„ Euphraſiæ, Matronæ, & Julittæ Virginum, quæ a Præſide
„ primum proſtitutæ, ſed Dei virtute ſervatæ, lapidibus ad
„ colla ligatis in paludem merſæ ſunt: quarum Reliquias colle-
„ ctas quum Theodotus honorifice ſepeliſſet, comprehenſus
„ a Præſide, ſæviſſime dilaniatus eſt, ac demum enſe percuſ-
„ ſus,

Digitized by Google

„ ſus, martyrii coronam accepit „. In Typico Sancti Sabæ celebratur ad XVIII. Maji *memoria S. Martyris Theodoti Ancyrani, & Sanctarum ſeptem Virginum*. Quæ eadem in Menæis, τῶν ἁγίων Μαρτύρων γυναικῶν, Τεκούσης, Ἀλεξανδρείας, Κλαυδίας, Φαείνης, Εὐφρασίας, Ματρώνας, Ἰουλίας, καὶ Θεοδότης. *Sanctarum Martyrum Mulierum, Tecuſæ, Alexandriæ, Claudiæ, Phainæ, Euphraſiæ, Matronæ, Juliæ, & Theodotæ*; omiſſo Theodoto. Menologium Baſilianum pro Alexandria, habet, Alexandra, additque Theodotum, ad XVIII. Maji in hæc verba: „ Certamen S. Mart. Theodoti & Sociorum. Theo„ dotus Chriſti Martyr cum octo Sanctis Virginibus, Tecuſa, „ Alexandra, Claudia, Phaina, Euphraſia, Matrona, Julia, „ & Theodota, fuit ex urbe Galatiæ Ancyra. Jubente autem „ Præſide, ex iis, quæ Idolis immolabantur, paratos pro Chri„ ſtianis cibos inſpergi, ut ita inquinarentur qui eos deguſtaſ„ ſent; ipſe negotiationis ſpecie triticum emens, ac panes fa„ ciens, eos vinctis Chriſtianis diſtribuebat. Sed & carceres „ ingrediens, fideles confirmabat: inter quos erant & Sanctæ „ octo Virgines, quarum una, Tecuſa nomine, erat ipſius „ amita. Hæ autem lapidibus alligatæ, in proximum urbi ſta„ gnum demerſæ ſunt. Quum vero Theodotus earum reli„ quias collegiſſet, eas ſepelivit. Deprehenſus proinde, ca„ ptuſque, primum quidem tormentis ſubjicitur; poſtremum „ vero capite plectitur. *Idem Menologium Baſilii ad* VII. *Ju„ nii*: Certamen & Translatio Reliquiarum Sancti Martyris „ Theodoti. Theodotus Chriſti Martyr in Galatiæ provincia „ in caſtello Malo natus, quum Sanctorum (a) Martyrum „ Reliquias ſepeliret, delatus apud Ancyræ Præſidem & captus, „ in carcerem detruditur. Mox ad quæſtionem ductus, Præ„ ſidi vehementer contradixit, Deoſque Græcorum irriſit, eo„ rumque adoratores fatuos & miſeros appellavit. Tum vero „ graviſſime cæſus, lignoque ſuſpenſus, admotis facibus in la„ teribus uſtulatus eſt, ejuſque carnes dilaceratæ. Poſthæc lata „ ſententia, ut gladio feriretur, oravit, atque ita capite ple„ xus eſt. Quidam vero Presbyter, Fronto nomine, animad„ vertens ejus reliquias a militibus cuſtodiri, ad eos acceſſit; „ vinoque delinitis & ſomno captis, reliquias jumento impoſi„ tas abſtulit, & in prædio ſuo ſepelivit, ubi uſque in præſen-

a Fort. *Sanctar. Mart.*, uti ad XVIII. Maji.

„ tem diem curationes fundunt „. De Theodoto etiam Menæa ad VII. Junii, ubi Ephemerides Metricæ:

Ἑβδομάτῃ Θεοδότος ἰὸν τμήθη λαιμόν.

Theodoto jugulum ſecuit lux ſeptima Sancto.

Synaxarium ſimile Baſiliano uſque ad illud *capite plexus eſt*. Incipit autem: „ Hic accuſatus Theodoto Præſidi, quod Corpo- „ ra Sanctarum Virginum in ſtagnum projecta, eduxiſſet atque „ ſepeliſſet, adductus eſt ad ipſum „. Cætera. Unde palam fit, ad XVIII. quidem Maji, agi de illis octo Virginibus: ad VII. Junii vero de Theodoto, utpote qui, aliquot poſt earum martyrium, diebus, captus & capite plexus fuit. Diſplicet tamen quod in Menæis excuſis, pro, τοῦ ἁγίου Μάρτυρος, obrepſerit, τοῦ ἁγίου Ἱερομάρτυρος Θεοδότου τοῦ ἐν Ἀγκύρᾳ, *S. Sacromartyris Theodoti, qui in urbe Ancyra*. Hinc enim error irrepſit, quod Ancyræ nomen, ubi paſſus eſt, pro ſede ejus Epiſcopali accepta ſit ab oſcitante amanuenſi. Hinc etiam mendum in (*a*) Synaxaria invectum exiſtimandum eſt, ut pro Theodoto Martyre nomen Theodotæ ſubſtitutum ſit, & pro VII. Virgines, VIII. ſint numeratæ. Nam in ſinceris Actis, quæ ex Cod. Vat. 655. Græce & Latine prodierunt, ineunte cap. 2. *Septem* dicuntur ſic: *Virgines ſeptem erant, a prima ætate exercitatæ ad virtutem*: eodemque capite exeunte, nomina earum ſeptem produntur, ſic: „ Virginum autem nomina hæc ſunt: Tecuſa, Alexan- „ dria, Phaine [& has tres Apotactitæ dicunt eſſe ſuas, ſicuti „ revera ſunt] Claudia, Euphraſia, Matrona, & Julitta „. Ubi *Julitta* pro Julia habetur: & *Alexandria* pro Alexandra. Inter Apotactitas autem connumerantur tres earum priores, eo quod juxta Evangelium, poſſeſſionibus ſuis abrenunciantes, Apoſtolicam profiterentur paupertatem. Porro Acta Theodoti hujus Ancyrani, unacum ſeptem Virginibus modo enumeratis, auctore Nilo, Græce incipiunt: ἴδει μὲν ἡμᾶς, τὰς πεῖραν πολλῶν εὐεργεσιῶν εἰληφότας παρὰ τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Θεοδότου: Latine: *Multam erga me Sancti Martyris Theodoti expertus beneficentiam*. Ex Bibliothecæ Vaticanæ Cod. 655. Papebrochius edidit

---

a Recte ait Papebrochius in Commentar. prævio pag. 148. num. 5. „ Sed melius „ dicuntur *Septem Virgines*, quum interim octava annumeretur *Theodote*; quod etiam „ in Menæis fit, ſed omiſſo *S. Theodoto*: cujus nomen perperam verti in *Theodoten*, „ dubitari non ſinunt Acta, cum quibus concordat Synaxarium Divionenſe, in quo „ tamen, uti & alibi fere, *Julia* ſcribitur, quæ in Actis eſt *Julitta*.

edidit cum notis in Actis Sanctor. ad 18. Maji, Tom. IV. a pagin. 147. ad 165.

Menæa Græca ad XVIII. Maji. *τῶν ἁγίων μαρτύρων Πέτρου Διονυσίου, Ἀνδρέου, Παύλου, Χριστίνης, Ἡρακλείου, Παυλίνου, καὶ Βενεδίμου. SS. Martyrum Petri, Dionyſii, Andreæ, Pauli, Chriſtinæ, Heraclii, Paulini, & Benedimi*, cum officio, & Synaxario, in quo martyrium quidem priorum quinque deſcribitur, non item trium poſteriorum. Menologium Baſilianum de his agit ad XV. Maji in hæc verba. „ Certamen Sancti Petri „ Mart. & Sociorum ejus. Petrus Chriſti Martyr ex Lampſaco „ urbe fuit. Comprehenſus autem ab Idolorum cultoribus, „ Præſidi Abydi traditur. Quumque Idolis ſacrificare detre„ ctaret, contrito lignis corpore, ſpiritum tradidit. Paulus „ autem & Andreas, qui ſub eodem Abydi Præſide milites „ erant, unacum illo Athenas venientes, Dionyſium & Chri„ ſtinam comprehenſos & in carcerem detruſos, juſſi ſunt cu„ ſtodire. Sed a Sancta Chriſtina edocti, patrio Idolorum er„ rore, quem a majoribus acceperant, derelicto, ad Chriſtum „ acceſſere. Deprehenſi itaque, quod Chriſtiani eſſent, ipſi, „ inquam, & Dionyſius, primum quidem plurimis ſuppliciis, „ quod impuris Dæmoniis ſacrificare nollent, ſubjiciuntur, ac „ demum lapidibus obruuntur. Sancta vero Chriſtina accur„ rens ad illos ac plorans; capite plexa eſt „. Paulo diverſa de iiſdem Sanctis narrantur in Synax. Menæorum, in quo Petrus traditus dicitur Dacno Euridinorum urbis Præſidi, juſſuſque Veneri ſacrificare, quum detrectaſſet, contrito lignis corpore, ſpiritum tradidiſſe. Paulus & Andreas è Meſopotamia oriundi Chriſtinam & Dionyſium in carcerem conjectos quum cuſtodirent, & Chriſtinam ad ſtuprum inducere fruſtra conati fuiſſent, ab ipſa edocti & Chriſti fidem amplexi, lapidibus unacum Dionyſio obruti fuiſſe; Chriſtina poſt illos capite plexa. Henſchenius Tom. 3. Maji ad XV. pag. 452. hanc Menologiorum narrationem rejiciens: „ Græci etiam [inquit] de hiſce San„ ctis agunt XV. XVI. & XVIII. Maji: ſed non videntur ha„ buiſſe Acta ſatis ſincera: atque in primis loco *Dionyſiæ Vir*„ *ginis*, ſubſtituunt *Dionyſium* & *Chriſtinam*, forte quia *Dio*„ *nyſia* valde *Chriſtiana* habita, & *Virgo Chriſtiana* eſt dicta: „ & ſic quæ *Dionyſia* præſtitit, *Chriſtinæ* tribuuntur. Quia autem „ *Dionyſia* fuit tradita impudicis lenonibus, hos Græci faciunt

„ *An-*

„ *Andream* & *Paulum*, quaſi tunc a *Chriſtina*, uti *Dionyſiam* ap-
„ pellant, fuiſſent converſi. Verum illi ante ob Chriſti fidem
„ erant comprehenſi & carceri incluſi. Dein loco *Opitimi* ſive
„ *Optimi* Proconſulis, obtruditur (*a*) *Abidas* Præſes, aliis
„ Dacnus, & dicitur non abiturus *Troadem*, ſed *Athenas* in-
„ greſſus „. Martyrologium Romanum ad xv. Maji: „ Lam-
„ pſaci in Helleſponto paſſio SS. Petri, Andreæ, Pauli, &
„ Dionyſiæ „. Baronius: „ Agit de his etiam hac die Uſuar-
„ dus, & alii Latinorum: necnon Græci in Menologio qui his
„ addunt & Chriſtinam Virginem, Lampſacique eos eſſe paſſos
„ affirmant „. Acta eorum habuit Laur. Surius, uti aſſerit, *ex antiquis MSS. Codicibus, & ſtylum mutavit, nonnullis etiam redditis paraphraſtice*. Henſchenius eadem edidit primitivo ſtylo ex 5. pervetuſtis Codd. MSS. ſcilicet Trevirenſi Monaſterii Sancti Maximini, Bodecenſi Cœnobii Ord. Regular. Sancti Auguſtini in Diœceſi Weſtphaliæ, Paderbornenſi; Ultrajectino Eccleſiæ Sancti Salvatoris, alio ipſorum Bollandianorum inſigni Codice, ac demum Pariſiis ex antiquo & fide digno MS. Jacobi Sirmondi, uti ejus manu adſcriptum erat. Incipiunt pagin. 452. Tom. 3. Maji: „ Apud Lampſacum tempore iniquo
„ (quando certabant pro fide Chriſti milites religionis Chri-
„ ſtianæ, & omnis terra florebat de beatiſſimo ſanguine Marty-
„ rum) in locis Lampſaci comprehenſus quidam, Petrus no-
„ mine. *Deſinunt pag.* 453. Actum apud Lampſacum die
„ Iduum Majarum, Decio Imp., Opitimo Proconſule, præſtan-
„ te D. N. J. C. cui eſt gloria, honor, & poteſtas.

In Menæis excuſis memorantur ad XVIII. Maji, unacum antedictis *Petro*, *Paulo*, *Andrea*, *& Dionyſia*, (*b*) etiam *SS. Heraclius*, *Paulinus*, *& Benedimus*, ſine tamen Synaxario. At vero in Menologio Baſiliano ad xv. Maji, ſingulare de iiſdem habetur Synaxarium, his verbis: „ Certamen S. Mart. Hera-
„ clii & Socior. Martyres Chriſti Heraclius, Paulinus, & Be-
„ nedimus, ex urbe Athenarum oriundi, quum Chriſtiani eſ-
„ ſent, magna cum fiducia Chriſti nomen prædicabant. *Et poſt*
„ *pauca*. Præſidis juſſu crudeliter cæſi ſunt, ac quovis alio
„ tormento prius excruciati, poſtea vero unacum diſcipulis ſuis
„ in

a Hoc falſum. In Menol. Baſil. dicitur Præſes Abydi: non Abydas Præſes.
b Sic enim emendanda ſunt Menæa ex Actis ſinceris: non autem, *Dionyſio*, & *Chriſtina*.

Digitized by Google

„ in ingentem ignis fornacem injecti, finem vivendi fece-
„ runt „. Vide adnotata ab Henſchenio Tom. 3. Maji ad xv. pag. 453. & ſeq. Horum Martyrum nulla fit in Martyrol. Romano mentio.

XIX.

PATRICIUS.

Kalendarium Moſcovit. *Sviat. Muc. Patrikia*, *S. Martyris Patricii*. Ita & Poſſevinus. Papebrochius: *Patricius*, Epiſcopus Martyr. Ephemerides Metricæ:

Ἐννέα ϰὴ δεκάτῃ τάμε πατρίκιον ξίφος ὀξύ.

Patricium gladius decima nonaque peremit.

Vaticani Ruthenici vacant cum noſtro Slavico. Menæa: τῶν ἁγίων Μαρτύρων Πατρικίου Ἐπισκόπου Προύσης, ϰὴ τῶν σὺν αὐτῷ: *Sanctorum Martyrum Patricii Epiſcopi Pruſæ & Sociorum eius*, nimirum, Ἀκακίου, Μενάνδρου, ϰ Πολυαίνου, *Acacii*, *Menandri*, *& Polyæni*, quemadmodum in utroque Synaxario memorantur. Additur in Menæis: τελεῖται δὲ ἡ αὐτῶν Σύναξις ἐν τῷ οἴκῳ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, *Agitur eorum feſtum in æde Sanctiſſimæ Deiparæ*: deeſt, τοῦ Κύρου, *Cyri*. Latini de Sancto Patricio & Sociis agunt ad xxviii. April. ſic: „ Pruſæ in Bithynia San-
„ ctor. Martyrum Patricii Epiſcopi, Acatii [lege Acacii] Me-
„ nandri, & Polyæni „. In Menæis Græcis geminum diem inſcriptum S. Patricius habet: nimirum primo ad xxviii. April. τοῦ ἁγίου Ἱερομάρτ. Πατρικίου Ἐπισκόπου Προύσης ϰὴ περὶ κρίσεως, *S. Sacromartyris Patricii Epiſcopi Pruſæ, & de Judicio*: ubi legitur Synaxarium quod Latine redditum habes apud cl. Mazochium in not. ad xix. Maji pag. 396. qui not. 225. ex his verbis, ϰὴ περὶ κρίσεως, recte advertit, non aliam Græcis fuiſſe cauſam, cur, præter primarium Sancti Patricii feſtum die ſuo [h. e. die xix. Maji, quo obtruncatus fuit] celebratum, etiam die 28. Apr. ſecundariam feſtivitatem inſtituerint, quam ut hoc die celeberrimæ apud antiquos Sancti Patricii diſputationis, quam περὶ κρίσεως, *de Judicio Divino* pronunciavit, memoriam facerent. Habuerunt enim hoc Græci proprium, ut in eximiis Sanctis non tantum diem emortualem celebrarent, verum etiam eximia quædam peculiari feſto honorarent. Vide de hoc more, quæ de Chryſoſtomo menſe Januario diximus, cujus ſingula exilia & exauctorationes ſingulis feſtis conſecrarunt. Hæc Mazochius. Ad eandem diem xxviii. Apr. inſcribitur Sanctus Pa-

Digitized by Google

Patricius cum Sociis tam in Martyrologio Romano; quam Galeſinii, & Caniſii. Secundo feſtum Sancti Patricii [ſi Martyrologium Romanum excipias] reperitur in Menæis, & in Menologio Baſiliano ad XIX. Maji: necnon in Marmore Neapolitano ſic: XIX. *P. S. Patricii Mart.* Mazochius Commentar. in idem Marmor ſeu vetus Kalendarium Sanctæ Neapolitanæ Eccleſiæ Tom. 2. ad XIX. Maji pag. 301. *Ex Græcorum libris Liturgicis profert Elogia Sancti Patricii aliquot*; primum nempe ex Baſilii Menologio, deinde ex Menæis. Præmiſſis autem Diatribis tribus, *de Pruſa quincuplici* pag. 354. *de Cathedra ac palæſtra Patricii* pag. 363. *Et de ætate Patricii Martyris* pag. 367. In quarta Diatriba a pag. 380. profert *Acta ſincera Sancti Patricii cum ſubjectis Animadverſionibus*. Titulus: *Martyrium S. Hieromartyris Patricii Epiſcopi Pruſæ*. Incipiunt: „Diebus „ illis ſub Præſide Julio Proconſule, quum is ex Idolorum in„ſania laboraret; ad Therma veniens, Æſculapio & Hygiæ „ ſacrificavit „. Deſinunt pag. 389. „ At qui aderant Chri„ſtiani ſublatas Sancti Reliquias curaverunt, atque in Euripo „ publico depoſuerunt. Conſummatus eſt autem Sanctus Patri„cius menſe Majo die undevigeſimo, gratia Domini Noſtri Jeſu „ Chriſti, cui gloria & imperium unacum Patre & Spiritu San„cto, nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum. Amen „: In quinta Diatriba pag. 392. agit de *Veſuviani incendii, cæterarumque Vulcaniarum flammarum origine ex antiquorum Chriſtianorum ſententia*, ubi è Græco Latine redditum profert fragmentum hiſtoriæ ex Chronographo Geraſimo Monacho, de quo ſic ait: „ Quum ante (*a*) viginti hos annos Vaticanæ Biblio„thecæ membranas (fretus maxime Caroli Majelli Archiepi„ſcopi Emiſſeni, ejus tunc Bibliothecæ Præfecti, viri ſupra „ fidem doctiſſimi ſanctiſſimique, humanitate & hoſpitio) ex„cuterem, memini incidiſſe me in Codic. Græcum 790., quo „ Codice excerpta varia continentur. In eo pag. 98. a tergo „ pulcherrimæ hiſtoriæ fragmentum, auctore Geraſimo Mona„cho (uti titulus indicat) exſtat, quod tum temporis a me „ deſcriptum, nec alibi quod ſciam editum, huc proferre, ac „ Latine reddere non gravabor „. Poſtremo pag. 404. adjicit *Appendicem ad Diatribam tertiam*, qua quædam accuratius retra-

a Anno ſcilicet Jubilæi 1725. quo anno & ego unacum cl. Mazochio in ædibus Bibliothecæ Vatic. degebam, & unacum ipſo iter Caſinenſe ac Neapolitanum ſuſcepi.

Digitized by Google

retractat. Opus eruditiſſimo auctore dignum, lectuque jucundum. Eadem Sancti Patricii Acta Græce quidem prodiere Tom. 3. April. ad calcem pagin. LXV. ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἡγεμονεύοντος Ἰουλίου τοῦ ἀνθυπάτου, Latine vero ex verſione Jo: Ravenſtenii Soc. Jeſu, ad 28. Aprilis pag. 576. „ Julius Pro-
„ conſul, qui provinciam per ea tempora adminiſtrabat, quum
„ furore inſaniens Idololatriæ, ingreſſus Thermas, Aſclepio &
„ Saluti ſacra peregiſſet.

XX.

Thalelæus.

Vaticanus Ruthenicus primus: *Thalelæi Martyris*. Secundus vacat. Slavicus noſter, charactere Cyrilliano recentiori, *Muc. Thalalea*, *Mart. Thalalæi*. Kal. Moſcovit. *Sviat. Muc. Thalalea*, *S. Mart. Thalalæi*. Poſſevinus oſcitanter, *S. Mart. Faleli*, pro, *Thalalæi*. Culcinius: *Thaliley*. *Obritenie Moſcwey Alexia Metropolity Kievskago*: *Thalilæus*. *Inventio Reliquiarum Alexii Metropolitæ Kiovienſis*. Papebr. de Alexio. „ Na-
„ talis eſt ejuſdem XII. Febr. ubi pluribus de eo. Hic noto, ſo-
„ lenne Moſcis hoc feſtum videri, quod tam ampla ornatur ta-
„ bella: proinde operæ pretium foret plura de iſta Inventione
„ diſcere, nec non quis ille Sanctus Epiſcopus ad loculi caput:
„ quis item Dux circa pedes admirabundus „. Reſpondet Culcinius in Spec. pag. 20. XX. *Maji*. *Inventio Reliquiarum S. Alexii Metropolitæ. Contigit iſta Inventio an.* 1436. *imperante in Ruſſia Baſilio Baſilide. Hinc ſuffragantibus miraculis declaratus fuit hic Alexius ut Sanctus, & novus Thaumaturgus, cujus obitus colitur die* XII. *Februarii*. Tabella Papebrochiana repræſentat S. Alexium Metropolitam in feretro jacentem palliatum, capite radiato, manibus ad pectus complicatis: Ad caput Feretri Metropolitanus unacum Archimandrita admirantes: ad pedes duos Diaconos cum ſene, item admirantes. *Dux nullus*: Ducalis enim habitus a Diaconali differt. Vide XV. Julii, ubi *Uladimiri Ducis* Imago his ipſis tabellis. Quodſi quæras, quiſnam ille Sanctus Metropolita, ſub quo hæc Inventio contigit? Reſpondeo, non alius fuit a *Gregorio* (inter Metropol. Kiovienſes trigeſimo nono) *Iſidori* S. R. E. Cardinalis proximo deceſſore, qui Kiovienſem Eccleſiam ſub Vitoldo Lithuaniæ Duce rexit ab an. 1415. (quo Synodus Novogrodenſis contra Photium, ejuſdem Eccleſiæ Kiovienſis dilapidatorem coacta, eundem Photium dejecit, & Gre-

Digitized by Google

gorium in Archiepiſcopum elegit uſque ad annum 1437. quo deceſſit. In tabulis noſtris Capponianis nulla ſit *Alexii* Metropolitæ, aut Petri, aut Uladimiri Ducis, ſive aliorum Ruthenorum Sanctorum mentio.

Thalelæus, alias *Thallalæus*, megalomartyr & Thaumaturgus a Græcis appellatus, profeſsione Medicus, in *Libano* monte natus, patre *Berecceccio*, matre *Romuliana*, fratre *Joanne*, ſub Numeriano Imp. paſſus eſt unacum ſociis, *Macario* medicæ artis ipſius præceptore, *Aſterio* fabro lignario, *Alexandro* milite, *Aſterona*, *Philagrio*, *Timotheo*, *Theodula*, *Macaria*, aliiſque. Menæa Græca, τῦ ἁγίυ Μάρτυρος Θαλλαλαίυ, *S. Mart. Thallalæi*, cum officio & Synaxario. Ephemerides Metricæ.

Εἰκοςῇ Θαλιλαῖος ἐνὶ κεφαλὴν ἀπετμήθη.

Vicena Thalilæe tuum caput abſtulit enſis.

Menol. Baſil. „ *Thalelæus* Chriſti Martyr fuit, Numeriano Imp., „ profeſſione Medicus. Comprehenſus autem in Anazarbo Ciliciæ urbe, ad Theodorum præſidem adducitur, qui juſſit „ ejus talos à ſatellitibus terebrari, & inverſo eum capite ſuſpendi. Quum vero id ſatellites facere conarentur, divina „ virtute mente abalienati, lignum loco Sancti terebrantes ſuſpenderunt. Quaſi ergo præſidi illuſiſſent, flagris cæduntur. „ Ex his Alexander & Aſterius viſo miraculo crediderunt in „ Chriſtum, & capite plexi ſunt. Volens autem præſes ſuis manibus talos ſancti terebrare, e ſella ſurgere nequivit, poſterioribus ejus ſellæ adhærentibus, & manibus arefactis. Rurſus itaque multi in Dominum crediderunt. Demum ſancti „ precibus præſes ſanitatem conſecutus, e ſella ſurrexit, eumque capite obtruncavit. Mart. Rom. *Edeſſæ* in Syria SS. Martyrum Thalalæi, Aſterii, Alexandri, & Sociorum, qui ſub „ Numeriano Imp. paſſi ſunt „. Pro *Edeſſa Syriæ*, Synaxarium habet, *ἐν ἐδέσῃ τῆς αἰγέων πόλεως ξίφει τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνεται*, *in Edeſſa Ægæorum urbe gladio obtruncatur*. Vide doctas cl. Mazochii Animadverſiones ad Marmor Neapolitanum, in quo ad xx. Maji ſic legitur, *P. S. Thallalei*, ideſt, *Paſſio S. Thallalæi*, a pag. 406. ubi quum paſſum eum die 20. Maji ex illo verſu

Εἰκοςῇ Θαλιλαῖος ἐνὶ κεφαλὴν ἀπετμήθη,

Lux vicena caput Thalilæe tibi abſcidit enſe,

confirmaſſet; ſubjungit: „ In quo verſu obſervabis quartam in „ nomine martyris ſcribendi rationem. Id enim (ubi unica li-

„ quida

„ quida notatur) Thalelæus plerumque, at in hoc verſu *Thalilæus*
„ cum I. ſcribitur: jam vero duplicando liquidam, in hoc Mar-
„ more *Thallalæus* vitioſe ſculpitur, at paſſim in libris *Thalle-*
„ *læus* cum E, ὀρθογραφεῖται. Atque hæc ultima ſcriptio analogiæ
„ nititur: fit enim a θάλλος, & ἐλαία, quod *ramum oleæ* in-
„ terpreteris „. Acta S. Thallelæi: ἐν ὑπατείᾳ τοῦ Νουμεριανοῦ
τοῦ βασιλέως ἡγεμονεύοντος Θεοδώρου τῆς Αἰγαίων πόλεως, ex MS.
Cod. Bibl. Florentinæ Laurentianæ, cum verſione Latina Dan.
Papebrochii ad xx. Maji Tom. v. pag. 180. „ Sub Conſulatu
„ Numeriani Imperatoris, Ægæorum urbi præſidente Theodo-
„ ro, ante diem nonum Kalendarum Septembrium, Hyperbe-
„ retæi menſis die 23., ſedens Proconſul ad judicium in templo
„ Hadriani &c. *Finis*. Conſummatus eſt autem S. Thalelæſus,
„ xx. die menſis Maji, regnante D. N. J. C. cui eſt gloria & po-
„ teſtas in ſecula ſeculorum Amen „. Adnotatio cl. Mazochii.
„ Illud tamen dumtaxat in Actorum fine ἀσύστατον viſum eſt
„ Papebrochio, quod martyr conſummatus dicatur μηνὶ Μαΐῳ
„ εἰκάδι ἡμέρᾳ *menſe Majo, die vigeſimo*. Quum enim exeun-
„ te Auguſto tentus is fuerit; quo pacto poſt nonum menſem,
„ ideſt laben te Majo, cruciari cœpit? Adde quod diu ante Ma-
„ jum Numerianus & Carinus obierant. Itaque negat Papebro-
„ chius, eam diei emortualis notationem ab auctore Actorum
„ profectam, ſed poſtea ab ſciolo additam, qui ſciret eo die
„ apud Græcos feſtum Thallelæi agitari. Hinc modo deſcripta
„ verba Papebrochius parentheſi ſepſit atque expunxit. At
„ equidem ea verba ſincera eſſe, & ab auctore Actorum profe-
„ cta, præſtare auſim. Nam illud initio Actorum τῇ πρὸ ἐννέα
„ Καλανδῶν Σεπτεμβρίων, *Ante diem* IX. *Kalend. Septemb.* non
„ aliud ſignificat, quam eo die in Cilicia initium perſecutioni
„ datum, ac plures interim interfectos, ante quam ad Thalle-
„ læum deveniretur, cujus etiam certamen diu duravit. Nec
„ magni intereſt, quod interea Imperator e vivis exceſſiſſet:
„ nam vel auctore edicti mortuo, ſemel mota procella nequa-
„ quam reſidebat. Ut ut eſt: at certe quo tempore auctor Acto-
„ rum ſcribebat (diu ſcilicet ante condita Græcorum officia)
„ diei xx. Maji Thallelæi paſſio ab omnibus affigebatur.

Acta alia recentiora & minus fide digna e MS. Vatic. 866.
fol. 327. Græce, cum verſione Dan. Cardoni pag. 183. Tom. v.
Maji: κατὰ τοὺς καιροὺς Νουμεριανοῦ τοῦ βασιλεύσαντος τῆς Ῥωμαϊκῆς

πολιτείας, Latine: *Quo tempore Romanum Imperium tenebat Numerianus*.

Epitome Actorum ex MS. Synaxario Collegii Ludoviciani Soc. Jeſu Pariſiis, Græc. Lat. „ Hic erat ſub Imp. Numeriano „ ex Libano. Ibid. pag. 193. in fine: Agitur illius feſtivitas in „ ejus martyrio quod eſt intra Eccleſiam S. Mart. Agathonici „. Hæc autem Eccleſia (juxta Cangium in Conſt. Chr. lib. 4. cap. 6. num. 5.) a Conſtantino magno primum ædificata, deinde auguſtiori forma inſtaurata a Juſtiniano, tandem magno Palatio, cui proxima erat, incluſa eſt ſub Tiberio Mauricii ſocero.

XXI.

Constantinus et Helena.

Vaticanus Ruth. primus: *Conſtantini Imp. & Matris ejus Helenæ*. Secundus: *Conſtantini & Helenæ*. Slavicus noſter: *Memoria Sancti & Magni piiſſimi Conſtantini Regis, & Matris ejus Helenæ*. Papebr. *Conſtantin Czar i Elena*: *Conſtantinus Rex, & Helena*. Ubi vox *Czar*, quæ *Regem* ſignificat, pro Imperatore ſumitur, ex more ſcilicet Græcorum, quibus Βασιλεὺς, *Rex*, is dicitur, quem Latini *Imperatorem* vocant. Poſſevin. *S. Imperatoris Conſtantini*. Kalend. Moſcovit. *Konſtant. i Eleni, Conſtantini, & Helenæ*. Menæa Græca: τῶν ἁγίων ἐνδόξων μεγάλων θεοςέπτων Βασιλέων Κωνςαντίνου ϗ Ἑλένης. *Sanctorum glorioſorum, magnorum, a Deo coronatorum Imperatorum, Conſtantini & Helenæ*: cum officio, & Synaxario: cui titulus: μνήμη τῶν ἁγίων ἐνδόξων, θεοςέπτων, ϗ ἰσαποςόλων μεγάλων Βασιλέων Κωνςαντίνου ϗ Ἑλένης, *Memoria Sanctorum glorioſorum, a Deo coronatorum, & Apoſtolis æqualium magnorum Imperatorum Conſtantini & Helenæ*. Marmor Neapolitanum ad XXI. Maji: *Memoria Conſtantini Imperat.* qui (ut ſcribit Euſebius in ejus vita lib. 4. cap. 53.) poſtquam Imperii curriculum duobus & triginta annis explevit, exceptis menſibus ac diebus paucis, vitæ vero ſpatium duplo fere longius, in ſolemnitate venerandæ & ſacratiſsimæ Pentecoſtes circa meridiem migravit ad Dominum (hoc eſt, ut Eutropius habet, Imperii anno 31. ætatis 66.) Anno vero Epochæ vulgaris 337. die 22. Maji. Hinc recte poſt Chronicon Idacii additum legitur apud Sirmondum & Labbeum: *Feliciano & Tatiano Coſſ. Conſtantinus Aug. ad cæleſtia regna translatus eſt XI. Kalend. Junias*. Erraſſe proinde Græci videntur uno die in ſignando huius Principis feſto. In fine Syna-

Synáx. in Menæis ſic legitur: Ἐβασίλευσε δὲ ἐν τῇ Πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ, κατὰ τὸ πεντακισχιλιοστὸν ὀκτακοσιοστὸν ὀκτωκαιδέκατον ἔτος· τριακοστὸς δεύτερος Βασιλεὺς ἀπὸ Αὐγούστου γενόμενος. Τελεῖται δὲ ἡ αὐτοῦ Σύναξις, ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ, καὶ ἐν τοῖς ἁγίοις Ἀποστόλοις, καὶ ἐν τῷ θείῳ αὐτοῦ ναῷ ἐν τῇ κινστέρνῃ τῆς μονῆς, τοῦ Πατριάρχου, ἅμα τῷ Βασιλεῖ καὶ τῇ συγκλήτῳ μετὰ λιτῆς ἐκεῖσε παραγενομένου, καὶ τὴν θείαν μυσταγωγίαν ἐπιτελοῦντος. *Imperavit autem in vetere Roma circa annum quinquies milleſimum octingenteſimum decimum octavum* (ideſt circa annum Chriſti 310.) *ipſe Trigeſimus ſecundus Imperator poſt Auguſtum. Agitur autem ipſius feſtum in Sanctiſſima magna Eccleſia, & apud SS. Apoſtolos, atque in Divina ipſius æde, quæ eſt in Ciſterna monaſterii, Patriarcha ſimul cum Imperatore atque Senatu illuc cum ſupplicatione accedente, & divinam Liturgiam perſolvente*. In eo Synaxario duo menda obrepſere: primum, dum de S. Helena dicitur, *Conſtantinopoli* deceſſiſſe. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ Ἑλένην κατὰ ζήτησιν τῶν τιμίων ξύλων ἐν οἷς Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐπάγη σαρκί, ἀποστείλας εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, δι' αὐτῆς ταῦτα ἀνεκομίσατο. τὰ μὲν ἐν αὐτοῖς τοῖς Ἱεροσολύμοις καταθεμένης, τὰ δὲ πρὸς τὴν Βασιλίδα πόλιν ἀναγαγούσης, ἥτις τὴν Κωνσταντινούπολιν καταλαβοῦσα, τὸν βίον κατέλυσεν. *Sed & Matrem ſuam Helenam ad conquirenda pretioſa Ligna, in quibus Chriſtus Deus noſter in carne pependit, mittens Hieroſolymam, per ipſam ea tranſtulit; eorum quidem partem quum in ipſis Hieroſolymis, eadem Helena depoſuiſſet; alteram vero partem in Regiam Urbem detuliſſet, Conſtantinopolim perveniens, vitam finivit*. Deinde de ipſo Conſtantino ſubjungit poſt matris obitum. ὁ δὲ μέγας Κωνσταντῖνος ἐγκαινίοις καὶ πανηγύρεσιν τὴν πόλιν φαιδρύνας, καὶ μικρόν τι ἐπιβὰς τοῦ τεσσαρακοστοῦ δευτέρου ἔτους, ἐν ᾧ τῆς Βασιλείας κατῆρξε, τῆς κατὰ Περσῶν ἐκστρατείας ἁψάμενος, ἔν τινι τῶν κατὰ τὴν Νικομήδειαν ἀγρῶν γενόμενος, πρὸς κύριον ἐκδημεῖ. *Magnus autem Conſtantinus quum encæniis & celebritatibus Urbem exornaſſet, poſt quadrageſimum ſecundum, quo imperavit, annum parum ſupervixit: nam adverſus Perſas expeditionem ſuſcepturus, quum in quodam Nicomedienſium vico eſſet, ad Dominum migravit*. Nam, ut ſupra ex Euſebio dictum eſt, non annos 42. ſed 32. incompletos imperavit. Helena autem Mater, Romæ, non Conſtantinopoli deceſſit: quemadmodum Baronius in notis ad 18. Auguſti, quo die *S. Hele-*

na

na Auguſta in Martyr. Rom. colitur, aſſerit his verbis: *Romæ eam obiiſſe diem ibique ſepulcro conditam, tradit Niceph. lib. 8. cap. 3. & libellus ſupracitatus de munificentia Conſtantini, nec non & Suidas in hiſtoricis, in verbo Veſtales.* Porro de Conſtantini magni converſione ad fidem Chriſti, deque ejus Baptiſmo extremis vitæ diebus ad ſuburbana Nicomediæ, atque ſepultura, & cultu, vide Papebroch. Tom. v. Maji ad XXI. a pag. 12. ubi figmenta jam dictis contraria refert ac refellit. Præter vitam Conſtantini M. ab Euſebio luculentiſſime ſcriptam, exſtat in eundem Encomium *Nicephori* Gregoræ, τὸ μὲν κεφάλαιον τῆς ἐνταῦθα σπουδῆς, MS. Lambec. VIII. pag. 65. nec non in Conſtantinum & Patres 318. Nicænos, *Gregorii* Presbyteri Cæſareæ Cappadociæ, Πείθεσθαι τοῖς ἡγουμένοις, ἐκ τῆς Ἀποστολικῆς ἐπιξαπεὶς παραινέσεως, ὦ Θεόφιλε. Græc. Lat. in Auct. Noviſs. Combefiſ. Tom. 2. pag. 547. Anonymi: ἐννεκαιδεκάτῳ ἔτει τῆς Διοκλητιανοῦ βασιλείας, Bibl. Coislin. pag. 182.

XXII.

BASILISCUS.

Vaticani Ruthenici vacant cum noſtro Slavico. Kalend. Moſcoviticum: *Muc. Baſiliſca, Martyris Baſiliſci.* Poſſevin. *S. Baſilidis*, pro, *Baſiliſci*. Papebr. *Baſiliſcus*. Culcinius, *Callinicus*: & quidem recte: nam inſcriptio Tabellæ Papebrochianæ ſic habet: Καλλινικ, *Callinicus*: ſed pictor Moſchus erravit, *Callinicum*, pro, *Baſiliſco*, ſcribens. Marmor Neapolitanum: XXII. *P. S. Baſilici*, Paſſio S. Baſiliſci. Mazochius pag. 410. „ Celeberrimus athleta Chriſti Baſiliſcus miles bis co„ litur in Græcorum officiis, ſemel cum συστρατιώταις [com„ militonibus] ſuis Eutropio, & Cleonico die 3. Martii [*quo* „ Græci fatentur, Baſiliſcum non eo die conſummatum fuiſſe, „ ſed in aliud tempus dilatum] iterum autem Baſiliſcus ſolus „ ſolemni ac peculiari feſto celebratur hoc die, quo & corona„ tum eum volunt. Sed & Latinum Martyrologium ex Caniſii „ Menol. utroque die tantumdem fecit, die 3. Martii de tribus „ communiter, hodierno die peculiariter de Baſiliſco agens. „ At Bollandiſtæ in diem 3. Martii ſemel omnia de tribus hiſce, „ ac ſpecialiter de Baſiliſco conjecerunt „. Græci in utroque Menol. Synaxar. habent de S. Baſiliſco, Sanctorum Eutropii & Cleonici commilitone, & S. Martyris Theodori Tyronis ex fratre nepote, ſeu, ut alii volunt, conſobrino. Cujus reliquias Co-

Digitized by Google

Comanis depoſitas perhibent. Ephemerides metricæ:

Εἰκάδι δευτερίῃ Βασιλίσκον φάσγανον εἷλε.
Poſtera lux jugulum ſancti fecit Baſiliſci.

Poſteram dicit, ideſt poſt diem XXI. in qua de Conſtantino & Helena:

Σύνθανεν εἰκάδι πρώτῃ μητέρι Κωνσταντῖνος.
Mors Conſtantinum poſt hanc rapit atque parentem.

Mazochius Latine rectius reddit.

Ter ſeptena dies Helenam cum prole peremit.

Idem clari nominis vir plura diſſerit de hoc S. Baſiliſco: in primis eum diſtinguit a S. Baſiliſco Comanorum Epiſcopo: deinde agit de Baſiliſci hodierni patria ac palæſtra: demum in ejus Acta animadvertit.

XXIII.

MICHAEL.

Kalend. Moſcovit. *Prep. Michaila*, *S. Michaelis*. Poſſev. *S. Patris Michaelis*. Menæa: *τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν καὶ ὁμολογητοῦ Μιχαὴλ Ἐπισκόπου Συνάδων*, *S. P. N. & Confeſſoris Michaelis, Epiſcopi Synadorum*, cum officio, & Synax., in utroque Menol. Martyrol. quoque Romanum hac die: *Synnadæ in Phrygia S. Michaelis Epiſcopi*. Baron. in notis. „ Hic primum monachus, poſtea eſt factus Epiſcopus: qui quum eſſet rectæ „ fidei obſervantiſſimus, Leonis Iſaurici hæreſim redarguens, „ propter Sanctarum Imaginum venerationem, quam libera „ voce profitebatur, in exilium miſſus, quum bonum certa„ men, & curſum conſummaſſet, migravit ad Dominum „. Ephemerides Metricæ:

Εἰκάδι ἡ δὲ τρίτῃ Μιχαὴλ νόες ἦλθεν ἄειραν.
Vicena terna rapiunt ſuperi Michaelem.

De eo fuſe Bollandiani Tom. V. Maji ad diem XXIII. p. 257.

Papebrochius, præter Michaelem Epiſcopum: „ Inven„ tio Reliquiarum Leontii Epiſcopi Roſtovienſis. *Et addit*. In„ venimus hunc Sanctum primo fere loco unius ex Triptychis „ Ruthenicis; unde, & ex præſentis Imaginis amplitudine, ac„ cendimur majori deſiderio plura diſcendi, tam de vita, quam „ de ipſa corporis elevatione, ac præſenti uſque hodie cultu, „ necnon aſſiſtentium hinc Ducis, hinc ſancti Epiſcopi no„ mina.

Culcinius in Spec. pag. 20. „ XXIII. de S. Leontio Epi„ ſcopo

„ ſcopo Roſtovienſi. In tabulis figuratis apud Papebr. hæc le-
„ gitur epigraphe „ *Obritenie*, ideſt, *Inventio Reliquiarum*
„ *S. Leontii Epiſcopi Roſtovienſis*. Commemorant eundem &
„ mei Libri; ſed nec Troparium, nec Contacium appo-
„ nunt „. Vide ſupra ad diem xv. de urbe *Roſtow*, & de *Ro-
ſtovienſibus*.

Idem Culcinius loc. cit. pag. 21. addit *Commemorationem Sanctæ Euphroſynæ*. „ Eodem die [inquiens] de S. Euphro-
„ ſyna Sanctimonlali. Colitur hac die in meis libris iſta ſan-
„ cta Abbatiſſa Polocenſis monaſterii S. Salvatoris, quæ cla-
„ ruit ſanctitate circa annum 1173., imperante in Græcia Ma-
„ nuele Comneno. Hæc fuit filia Ducis Polociæ, quæ abjectis
„ mundi pompis, facta monialis, extructo in ſuburbio monaſte-
„ rio cum templo, quod hactenus exſtat, S. Salvatoris, multis
„ annis vitam ſanctam duxit, habens ſub regimine ſuo magnum
„ monialium cœtum. Sed poſtea fugiens ingruentem Tartaro-
„ rum inundationem, Duce Batto; abiit Hieroſolymam, ibique
„ mortua eſt hac die 23. Maji, & ſepulta in monaſterio Deipa-
„ ræ, vulgo Ruſſo dicto, inſignibus claruit miraculis. Hinc
„ prudenter ſuſpicatur Papebrochius, quod quum corpus hujus
„ ſanctæ in urbem Acconenſem per Ruthenos monachos illatum
„ fuiſſet, & poſtmodum in poteſtatem Patrum Carmelitarum
„ tranſiſſet, ipſi hanc novam Euphroſynam pro antiqua Ale-
„ xandrina Virgine filia Paphnutii venerari cœperunt, & albo
„ Sanctorum Ordinis ſui inſeruerunt. Videatur Septembris
„ Græcus metricus die 25. apud Papebroch. Tom. I. Maji. Hæc
Culcinius. Bollandiani in Prætermiſſis ad XXIII. Maji Tom. V.
pag. 234. „ S. Euphroſyna Virgo [inquiunt] Wſeslai *Ducis*
„ Polocenſis filia, inſcio parente, habitum monaſticum ſuſce-
„ pit Polociæ. Manſit multo tempore ad Eccleſiam Cathedra-
„ lem S. Sophiæ, ex manuum ſuarum labore, ac præſertim li-
„ brorum tranſcriptione, egenis neceſſaria tribuendo. Divino
„ dein monitu extra civitatem, Salvatoris Eccleſiam atque mo-
„ naſterium extruxit. Exactis ibi pluribus annis religioſe, Hie-
„ roſolymitanam peregrinationem ſuſcepit. Mortua eſt Hiero-
„ ſolymis vigeſima tertia Maji, ſepulta in monaſterio Deiparæ,
„ vulgo Ruſſo dicto. Vixit circa annum 1173. *Hæc P. Wiiuk*.
„ Kojalowicz in Miſcellaneis Lithuanicis, ubi ait, ex Ritu
„ Græco fuiſſe. Eſt Polocia ſeu Poloſtka urbs ibidem ampla,
„ olim

Digitized by Google

„ olim Ducatus, nunc Palatinatus caput: ſed non ſatis conſtat
„ iſtic ſeculo XII. fuiſſe religionem Chriſtianam cum Eccleſia
„ Cathedrali. Hinc nos optaremus de hac Sancta certiora mo-
„ numenta. Vide interim quæ diximus xxv. Septembris ad E-
„ phemerides metricas Græcorum, occaſione antiquioris S. Eu-
„ phroſynæ „. His addo, Euphroſynam hanc Polocenſem, fuiſſe ſororem *S. Paraſceviæ* ſeu Praxedis, de qua vide adnotata ſupra ad 13. & 28. Octobris. Quod autem ajunt Bollandiani, *non ſatis conſtare, an ſæculo* XII. *in urbe Polocenſi exſtiterit Religio Chriſtiana cum Eccleſia Cathedrali*; teſtem ego produco Alexandrum Guagninum Veronenſem, qui cap. I. de origine gentis Lithuanicæ (*a*) narrat, longe poſt annum Chriſti 1240. *Ginvilum* Mingaili filium, Erdzivili nepotem, Zivibundi Lithuaniæ Ducis abnepotem, fide Chriſtiana ſuſcepta *Georgium* appellatum, primum fuiſſe e Polocenſium Ducibus, qui nomen Chriſto dederit: huic ſucceſſiſſe *Boriſum* filium, Boriſo *Baſilium*, ex quo *Poroſcavia*, ideſt *Paraſceve*, alias *Praxedes* dicta, nata ſit, quæ ſoror Euphroſynæ a Culcinio aliiſque vocatur. Audiamus Guagninum: ſic enim ſcribit de *Genealogia Ducum Lithuaniæ*. „Inte-
„ rea vero quum Batti Tartarorum Imperator Ruſſiam magna ex
„ parte devaſtaſſet, Ducumque ejus potentiam debilitavit, *Zivi-*
„ *bundus* Lithuaniæ Dux, nacta occaſione ad jugum Ruthenorum
„ excutiendum, *Erdziwilum* fratris ſui Wikinti filium ad Ruſſiam
„ armata manu infeſtandam deſtinavit. Itaque *Erdziwil* tra-
„ nato Vilia fluvio, Novogrodeck arcem & civitatem Ruthe-
„ norum occupavit, ibidemque ſedem Ducatus ſui poſuit. *Et*
„ *poſt pauca*: Erdziwil igitur viribus in Ruſſia & Lithuania au-
„ ctis, Tartarorum Zavolhenſium Regem Kurdaſſum nomine
„ cum ſuis copiis Ruthenorum regiones ex conſuetudine de-
„ prædantem, apud Mozeram oppidum in fluvio Okuniowka
„ dicto proſtravit fugavitque. Multis geſtis heroicis exactis,
„ fatis conceſſit. *Mingailum* vero & *Algimuntum* filios, Impe-
„ rii ſucceſſores reliquit. *Algimuntus* Samogitiæ præfuit. *Min-*
„ *gailo* vero Polocenſibus Ruthenis libere abſque jugo cujuſ-
„ quam viventibus bellum intulit, quibus, apud Grodzecz
„ arcem eorumdem quam exuſſit debellatis, Poloczam cepit,
„ imperiumque in Polocenſes ac Novogrodenſes latiſſime exer-

a Exſtat in corpore Polonicæ hiſtoriæ, edito ex Bibliotheca Jo: Piſtorii Midani, Baſileæ per Sebaſtianum Henrici Petri anno 1582. pag. 382.

Digitized by Google

„ cuit: *Ginuilo* & *Skirmunto* filiis, patriæ Dominis relictis, e „ vivis deceſſit. *Skirmunt* itaque perſolutis patri funebribus „ exequiis, Novogrodecenſium & Lithuanorum habenas mo„ deravit. *Ginvil* vero Poloczkam jure naturali devolutam „ adminiſtravit: qui ducta in matrimonium Maria Twerenſium „ Ducis filia baptizatus eſt, atque *Georgius* cognominatus; cum „ Pskovienſibus & Smolenſciis acerrimum bellum pro patria „ geſſit; *Boriſſo* filio in Polocenſi Ducatu relicto, ſpiritum „ exhalavit. *Boris*, ex more patri juſtis perſolutis, Poloczam „ ſumma cum dexteritate moderavit; Baſilicam ſub titulo ſanctæ „ Sophiæ in arce de lateribus coctis pulcherrime ſumptuoſeque „ erexit. Item aliam Salvatoris Jeſu Chriſti, qui ſpes Ruthenis „ dicitur, & monaſterium Virginum, medio milliari a Polocza „ [ubi modernus Dux Moſcoviæ in oppugnatione Poloſcæ do„ micilium ſuum habuit] Boriſſique & Hlebi divorum Rutheni„ ci ritus Eccleſias inſtauravit ac dotavit. Boriſſowo arcem & „ oppidum ad Bereſinam fluvium, a ſuo nomine appellatam, „ fundavit, ad quam uſque magnus Dux Moſcoviæ fines ſuos „ pertinere contendit. Boriſſo decedenti *Baſilius* Rechwold „ filius in Polocenſi Principatu ſucceſſit, qui ætatis plenus ad „ ſuperos migravit, relicta filia *Poroskavia*, & *Hlebo* filio. „ Hlebus paucis annis in Poloczka exactis, fatis conceſſit. *Poros*„ *kavia* vero ſoror ſua cœlibem virginalemque vitam ducens, „ in monaſterio Ruthenici ritus vixit; poſtea devotionis cauſa „ cum quibuſdam monachis Græcis Romam petiit, ibidemque „ mortua, ob vitæ ſanctitatem canoniſata, & Catalogo Sancto„ rum ſcripta, *Paraxidiſque* Latinis ſecundum Ruthenorum „ opinionem appellata „. Atqui Battus Tartarorum Rex in Ruſſiam non invaſit ante annum Chriſti 1237. ut ſcribit Herberſtenius pagin. 87. „ Bathi Tartarorum rex magna manu a „ meridie in ſeptentrionem egreſſus, Bulgariam quæ ad Vol„ gam infra Cazan eſt, occupavit. Anno dein ſequenti, qui „ erat 6745. [*ideſt Chr.* 1237.] ſecutus victoriam, in Moſco„ viam uſque pervenit, urbem Regiam aliquandiu obſeſſam, „ per deditionem tandem accepit: ſed fide quam dederat non „ ſervata, omnibus cæſis, ultra progreſſus, vicinas provincias „ Volodimeriam, Pereaslaw, Roſtow, Suſdali, compluraque „ caſtra & oppida, cæſis aut in ſervitutem abductis habitatori„ bus, exuſſit: Georgium magnum Ducem inſtructo exercitu

„ ſibi

„ ſibi occurrentem profligavit & occidit: Baſilium item Conſtantini, captivum ſecum abduxit interemitque: quæ omnia, „ ut ſupra dictum eſt, anno mundi 6745. geſta ſunt „. Si ergo eam Ruſſiæ vaſtationis occaſionem nactus *Zivibundus* Lithuaniæ Dux, *Erdzivilum* nepotem ſuum armata manu in Ruſſiam deſtinavit, ſibique *Novogrodecenſem* quidem Ducatum *Erdzivilus*, *Polocenſem* vero *Mingailus* Erdzivili filius ſubjugavit; *Ginvil* autem, Mingaili filius, ejuſque in Polocenſi Ducatu hæres, ducta in matrimonium *Maria* Twerenſis Ducis filia, Chriſtianam fidem amplexus eſt, atque *Georgius* appellatus: palam fit, non ante annum 1300. Chriſtianam religionem in urbem Polocenſem fuiſſe invectam. Præterea, quum *Boriſus* Georgii Ginvili & Mariæ filius, Polocenſi Ducatu potitus, *Baſilicam S. Sophiæ* in urbe, & extra urbem *Eccleſiam S. Salvatoris* cum monaſterio Virginum ædificaſſe dicatur; quumque *Paraſceve* ſeu *Praxedes*, ejuſdem Boriſi ex filio *Baſilio* neptis, in eo monaſterio vitam cœlibem Virgineamque duxiſſe, indeque Romam perrexiſſe, ibique ſancte obiiſſe perhibeatur; conſequens eſt, primo, non ab Euphroſyna Praxedis ſorore illud monaſterium cum Eccleſia S. Salvatoris fuiſſe erectum, quemadmodum a Culcinio & Bollandianis narratur. Secundo, Euphroſynam non fuiſſe Praxedis ſeu Paraſceves ſororem: nam Guagninus affirmat, Baſilium Boriſi filium, Georgii primi Polocenſium Chriſtiani Ducis nepotem, non habuiſſe filios, niſi *Hlebum*, & *Poraſcaviam* ſeu *Paraſceven*. Tertio, etiamſi dicatur Euphroſyna Paraſceves ſoror, aut quomodocumque Polocenſium Ducis filia, non tamen eam *circa annum* 1173. *claruiſſe*: Sed longe poſt annum 1340. in vivis fuiſſe. Quonam igitur pacto ſtare poſſit, quod ex P. Kojalloviczio Culcinius pag. 56. de *S. Paraſcevia* Polocenſi ſcribit, „ hanc ſcilicet Paraſceviam ſeu Praxedem, Euphroſynæ (de „ qua ad XXIII. Maji agitur) ſororem, fundatricem fuiſſe „ Monaſterii S. Salvatoris, & ob incurſionem Tartarorum, ſa„ cram ſuſcepiſſe peregrinationem, qua intra ſeptem annos ab„ ſoluta, Romæ tandem ſancte quieviſſe die 12. Nov. 1239. „ poſthæc a Gregorio X. anno 1273. Sanctorum Catalogo ad„ ſcriptam fuiſſe „: quonam, inquam, pacto hæc ſtare poſſint, non video: præſertim, quum Tartarorum in Ruſſiam incurſio non annum 1237. anteceſſerit, ac proinde illa *ſeptem annorum* ſuſcepta poſt Tartaricam incurſionem peregrinatio uſque

ad obitum Paraſceviæ, qui anno 1239. 12. Novembris contigerit, manifeſtam involvit repugnantiam. Nodi hujus ſolutionem a Ruthenis expecto. Quid enim? ſi in epocha erratum ſit, aut in Ducatu Polocenſi, ita ut pro *Pleſcovienſi* (*a*) irrepſerit *Polocenſis*? Quid etiam? ſi Polocenſium Ducis Baſilii filia *Paraſcevia* ſeu *Praxedes*, una eademque fuerit cum *Euphroſyna*; mutato ſcilicet nomine, tum, quum abjectis mundi pompis facta eſt Sanctimonialis in monaſterio S. Salvatoris, non quidem a ſe, ſed ab avo Boriſo, patris ſui Baſilii genitore, ædificato? Sed hæc Ruthenis doctioribus diſcutienda relinquo.

XXIV.

SIMEON.

Vaticanus Ruthenicus primus vacat. Secundus: *Simeonis Thaumaſtoritæ*, ſeu ἐν θαυμαςῷ ὄρει, *in monte Mirabili*. Slavicus noſter: *S.Simeonis, qui fuit in Monte Mirabili, na divnei gorje*. Kalend. Moſcovit. *Prep. Symeona*, *S. Symeonis*. Poſſev. *S. Patris Simeonis*. Papebroch. *Symeon*. *Nicetas*, Ambo Stylitæ: utrumque enim Pictor Moſchus repræſentat cum cucullo in capite, in columna ſtantem. De *Niceta* dicam poſtea; nunc de S. Simeone. Kalendarium Neapolitanum: XXIV. *N. S. Sumeoni*, ideſt, *Natale S. Simeonis*. Menæa Græca: τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν Συμεὼν τοῦ ἐν τῷ θαυμαςῷ ὄρει, *S. P. N.Symeonis in Monte Mirabili*, cum officio & Synaxario. Menologium Baſilianum ad antecedentem diem XXIII. hujus: „ Memoria S. P. N. Si-
„ meonis in Monte Mirabili. S. P. N. Simeon (*b*) ex urbe Sy-
„ riæ Antiochia oriundus, imperante Juſtiniano ſeniore floruit,
„ conceptus ex promiſſione, quum Præcurſor ac Baptiſta id
„ matri ejus prænunciaſſet; natus autem quum lac ſugeret, a
„ ſiniſtro ubere abſtinuit, Deo demonſtrans fore, ut dextram
„ præceptorum viam diligeret. Quum vero creviſſet, mun-
„ dum relinquens, in montem ſeceſſit; & in monaſterium quod-
„ dam

---

a *Pleſcovia* antiqua Ruſſorum civitas, de qua Herberſtenius pag. 76. „ Sola Ple-
„ ſcovia, in toto Moſci dominio, muro cingitur, eſtque in 4. partes diviſa, quarum
„ ſingulæ ſuis mœnibus continentur. Hujus civitatis ditio ſeu Principatus gentiliter
„ Pskovo ſeu Obskovv vocatur. Olim ampliſſima, ſuique juris erat: ſed eam tandem
„ Joannes Baſilii anno Dom. 1509. quorumdam Sacerdotum proditione occupavit,
„ atque in ſervitutem redegit: item campanam, ad cujus pulſum Senatus ad rem pu-
„ blicam conſtituendam cogebatur, abſtulit.

b Menol. Sirleti ex Menæor. Synaxario. „ Fuit hic tempore Juſtini majoris, ex
„ Antiochia Syriæ, patre Joanne ex urbe Edeſſa oriundo, matre Martha.

Digitized by Google

„ dam profectus, ubi præ cæteris in exercitatione religioſa excelluit, monachus factus eſt. Sic autem in virtutibus claruit, „ ut & ſtupenda miracula patraverit. Deinde ex monte deſcendens, in columnam aſcendit, ſupra quam rectus ſtetit annis „ duodeviginti. Poſtea Montem Mirabilem petens, in petram „ aſcendit, ibique manſit annis decem. Mox in parva columna „ annos egit quinque ſupra quadraginta: atque ita totum vitæ „ ipſius ſpatium fuit annorum octoginta quinque, ex quibus ſeptuaginta novem in aſcetico inſtituto tranſactis, ad Deum „ migravit „. Mazochius in not. ad Menologium Baſilianum pag. 426. ad XXIV. Maji: „ Non quinque & octoginta (*inquit*) „ ſed quinque ſupra ſeptuaginta in univerſum annos ei vitæ auctor ibidem aſſignat: quam eandem ſummam per ſingulos vitæ ejuſdem periodos collectam exhibet in adnotatis Janningus. Sed & Evagrius VI. 23. eidem numero favet his verbis: *Qua in columna* [priore] *& in altera quæ eſt in ſummo* „ *montis vertice, octo & ſexaginta exegit annos*. Atqui hunc „ idem Evagrius ἐξ ἁπαλῶν τῶν ὀνύχων, *a teneris unguiculis.* „ *adeo ut in columnæ ſtatione dentes primores mutaverit*, id inſtitutum capeſſiviſſe, narrat. Itaque ſeptennis priorem columnam attigerit, in poſteriore autem annos natus LXXV. vitam „ cum morte commutaverit, neceſſe eſt „. Janningus in comment. prævio ad XXIV. Maji num. 21. pag. 301. „ Vixit igitur ſub V. continuis Imperatoribus Juſtino vetere, Juſtiniano, Juſtino juniore, Tiberio II., & denique ſub Mauricio; „ primi anno IV. natus, poſterioris XV. denatus XXIV. menſis Maji. [*natus ſcil. anno 521. obiit anno 596.*] Horum „ autem terminorum intervallum annos LXXV. complectitur, „ quos ita Simeonem impleviſſe ex Vita conſtat. Annos V. „ exegit in paterna domo uſque ad terræmotum: hinc unus „ elapſus fuerit in monte, ac in primis vitæ monaſticæ rudimentis, priuſquam in columnam admitteretur. In hac humiliori „ & potius baſi, quam columna, ſub oculis Joannis anni VI.; „ in ſecunda pedes 40. eminente, VIII. tranſacti: ſicque XX. „ erat annorum, ut meminit expreſſe vita num. 72. quum inde „ migravit in Montem Mirabilem: ubi reliquum vitæ tempus „ confecit, annis IX. in petra ſub dio, XLV. uſque ad obitum „ in columna perſtans. Conſentiunt his Menæa, & Synaxaria, „ unum ſi locum excipias, ubi ſtanti in columna XL. pedum annos

„ nos XVIII. pro VIII. tribuunt, facili ut vides errore: cui „ conſequenter inhærentes, univerſum vitæ tempus ad annos „ LXXXV. faciunt excreſcere: quod alii poſt alios deinceps tranſcripſerunt „. Sirleti Menologium in fine de Sancto Simeone hæc habet. „ Quanta vero fuerit Simeonis cognomento „ Stylitæ ſanctitas & fama celeberrima, teſtes ſunt Theodoretus Cyri, & Evagrius in his quæ de Sanctorum rebus geſtis „ monumenta reliquerunt „. Quod vero Theodoretus de hoc Sancto Simeone juniore Stylita teſtis evocatur, audiendus Allatius Diatriba de Simeon. pag. 18. „ Hinc notandus error in „ Menol. 24. Maji [de Sirletiano loquitur] ubi quum agitur „ de Symeone Stylita juniore ſub Juſtino, male traditur de eo „ agere Theodoretum, quum ille de ſeniore agat: quod forte doctiſſimum Annalium ſcriptorem in errorem induxit, „ quum notis in Martyrologio Romano ad V. Januarii ait, de „ Seniore Stylita agi in Menol. 24. Maji, & de Seniore I. Septembris, quum contra affirmari oporteat „. Mazochius ad hanc diem pag. 424. „ Porro in Græcorum Triodio [in ca„ none Feriæ VI. ante Dominicam Quinquageſimæ, Ode VI. „ ſtrophe 3.] quatuor Symeones numerantur, quorum ultimo „ cognomen Salo fuit, qui in his Faſtis inſcribitur die XXI. Julii. At tres priores Stylitæ omnes fuerunt: quorum primus „ (iſque omnium celeberrimus, a Græcis ὁ ἐν Μάνδρᾳ, in „ *Mandra*, diſcriminis cauſa, cognominatus) a Latinis die V. „ Januarii colitur, a Græcis I. Septembris. Alter hoc die „ (XXIV. *Maji*) in Græcorum omnibus libris Liturgicis (ex„ cepto Baſilii Menologio in quo pridie de eo fit:) inſcribi„ tur. Tertius autem is eſſe creditur, cujus Græci die 27. Ju„ lii memoriam faciunt „. Hæc ex Janningo deſumta, qui in Comment. prævio §. I. num. I. ſtropham illam Triodii, è Græco translatam ſic recitat: „ Hæc bis duorum Symeonum ho„ monymia, apparuit in terra velut cœlum quatuor luminari„ bus diſtinctum: quorum tres in columnis vixerunt, οἱ ἐν τοῖς „ ςύλοις τρεῖς εἰσι, καὶ εἷς ὁ σαλὸς, unus appellatur Salus „. Eadem trium Simeonum Stylitarum diſtinctio adeo per Orientem nota fuit (ſubjungit ibidem Janningus num. 2.) ut etiam ad Coptitas ſeu Chriſtianos Ægyptios pervaſerit: quod apparet ex eorum Kalendariis in lucem editis a Jacobo Seldeno lib. 3. de Synedriis Hebræorum cap. 15. quorum unum laudat apud ſe inve-

Digitized by Google

inveniendum ad calcem Evangeliorum Arabice in Ægypto perpulcre Scriptorum anno Martyrum 1002. ideſt Chriſti 1286. Sic autem ibi referuntur. IV. menſis Toth ſeu 1. Sept. *Simeonis detenti* [cujus cognominis (*a*) ratio haud facile apparet). XXIX. menſis Bachnes, ſeu XXIV. Maji, *S. Simeonis Magni*. III. menſis Meſre, ideſt XXVII. Julii, *Simeonis Stylitæ*. His addi poſſunt Syri, qui in Kalendario, quod Officio Feriali præfigitur, ad 1. Sept. colunt Sanctum Simeonem Stylitarum Principem: ad 24. Maji, *Simeonem Stylitam in monte mirabili*: ad 27. Julii, *Simeonem Stylitam*, non expreſſo cognomento: verum, [quantum ex officio quo eum colunt (*b*) apparet] intelligunt primum Simeonem Stylitarum parentem, qui ſub Marciano & Leone Impp. claruit, cujuſque Vitam Theodoretus vivens ac præſens delineavit. Hoc ipſum indicant Græci in Menæis ad XXVI. Julii his verbis: *μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις πρς ἡμῶν Συμεὼν τοῦ Στυλίτου* Πρεσβυτέρου καὶ Ἀρχιμανδρίτου *γενομένου*: *Memoria S. P. N. Simeonis Stylitæ Presbyteri & Archimandritæ, Senioris nempe, qui in Mandra appellatur*. Nam de primo Simeone Stylita agens Bollandus in Januario, cognominis *in Mandra* rationem ex Evagrio tradit, allegatis hiſce ejus verbis, quibus dicitur egiſſe *ἐν αὐτῇ καλουμένῃ* Μάνδρᾳ *ἑπτὰ καὶ τεσσαράκοντα ἔτη*, *in ea quæ vocatur Mandra annos quadraginta ſeptem*, videlicet ultimos vitæ ſuæ, idque ſupra varias ſucceſſive columnas, intra eandem *Mandram* erectas, prout ex Vita ab Antonio diſcipulo ſcripta intelligitur. Eſt autem *Mandra*, in primo atque originario ſuo ſignificato, locus maceria lapidea circumſeptus, qualem ſibi in Syriæ Campis facere ſolebant paſtores, intraque eam pecudes ſuas noctu colligere. Talis, nec alia fuit *Mandra*, quæ primo Simeoni nomen dedit. Hiſce autem verbis relatis, ſubjungit Janningus ad XXIV. Maji num. 4. pag. 298. „ Cæterum quia paulatim uſus obtinuit, ut Monachorum Cœnobia „ *Mandræ*, & harum præfecti dicerentur *Archimandritæ*; hinc „ factum, ut ſenior Symeon, qui jam paſſim cognominabatur „ *Symeon in Mandra*, in excuſis Græcorum Ritualibus vocetur „ *Archimandrita*, præter totius hiſtoriæ fidem „. Idque veriſſimum

a Arabica vox محبوس a Seldeno perperam redditur, *detentus*: ſignificat enim *inclusum*, hoc eſt, *intra Mandram*, muro circum ædificato, *ſeptum*. Quod eſt Simeonis primi Stylitæ cognomentum.

b At alibi ſic dictus reperitur ܫܡܥܘܢ ܕܝܡܐ *Simeon ad mare*, ideſt, in monte Mirabili ad maris oram procurrente.

ſimum eſt, ſi *Archimandritæ* titulus pro præfecto Mandræ ſeu Monaſterii ſumatur; ſecus, ſi pro primo *Mandræ* auctore, qualis certe Simeon ſenior fuit. Quamobrem non erat, cur P. Jo. Baptiſta Sollerius in ſuis *de Sancto Simeone Stylita tertio* animadverſionibus ad XXVI. Julii pag. 310. ea Menæorum ad XXVII. Julii verba de *Sancto Simeone ſeniore Archimandrita*, ad tertium illum Simeonem Stylitam transferret, de quo hæc Joannes Moſchus in Prato Spirituali cap. 57. „ Quadraginta fere „ milliaribus ab Ægis civitate Ciliciæ Stylites erat, nomine „ Simeon. Hic fulgure percuſſus interiit. Abbas ergo Julianus „ Stylites Presbyter, præter conſuetudinem ſuam inſolito tem„ pore dixit diſcipulis ſuis: mittite thymiama in thuribulum. „ Qui dixerunt ei: dic nobis cauſam, Pater: orabantque ut di„ ceret eis. Senex autem dixit: quia modo frater meus Si„ meon a fulgure dejectus interiit, & ecce tranſit anima ejus „ cum tripudio & exultatione. Diſtabant autem ab invicem „ milliaribus fere viginti quatuor „. Quidquid enim ſit, an in ode illa Quinquageſimæ, Græci intelligant hunc Cilicem Simeonem tamquam Stylitarum tertium, (quod ego libenter permitto) at de illo Cilice ab iiſdem Græcis die XXVI. a Syris & Ægyptiis die XXVII. Julii agi, prorſus nego. Bis igitur in anno tota Orientalis Eccleſia Simeonem Seniorem Stylitam colit, nimirum Kalendis Septembris, & XXVI. ſeu XXVII. Julii. Ad ſecundum Simeonem redeo. *Thaumaſtorites* dicitur, ex *Monte*, quem *Mirabilem* vocant, haud procul ab urbe Syriæ (*a*) Antiochia, cujus ſitum Janningus recte deſcribit num. 13. his verbis: „ Sic igitur ſitum montis concipe. Non admodum „ procul ab Antiochia, ad Orontem fluvium condita, Septen„ trionem verſus urbs Rhoſus mare adjacet: inter utramque „ terra longiuſcule in mare verſus Occidentem procurrens, in „ extremo Seleuciam continet, CXXX. ſtadia ab Antiochia diſ„ ſitam, adeout formam trigonam ternæ iſtæ civitates quodam„ modo repræſentent, pari ferme inter ſe ſpatio diſtantes: „ Hinc mons, qui Antiochiam Rhoſumque dicitur committere, „ Seleuciam includit ſegregatque ab reliqua continente. At„ que ita recte ponitur inter urbem Antiochenam atque mare „ ela-

a Dormitat Falconius, an ſomniatur? dum ad XXIII. Maji pag. 98. montem Mirabilem è Syria in Macedoniam admirabiliter transfert, ſic ſcribens: *Montem opinor Athon*. Papæ! qualis opinio.

„ elatus: quod ipſum etiam ex Vita num. 77. ſtabiliri poteſt.
„ Habet porro mons iſte oppoſitos duos alios, quorum alter,
„ qui *Scopulus* dicitur, Seleucia Rhoſum tendenti media oc-
„ currit via, mari imminens; & ab hac urbe, credo, *Scopu-*
„ *lus Rhoſicus* appellatur: alterum, cui *Caucaſus* nomen obti-
„ git, in adverſa eſſe parte *Montis Mirabilis*, videlicet, Orien-
„ tali, ex narratione conſtare videtur. Quod ſi qui alii colles
„ monteſve ignobiliores, quemadmodum fieri aſſolet, atque in
„ vita etiam proditur, circum fuerint; hic eminuiſſe inter
„ omnes dicendus eſt: quum nominati *Scopulus*, & *Caucaſus*
„ veluti pro appendicibus adjiciantur, nec ullum aliorum no-
„ men, excepto *Mauro*, aut hic, aut in vita, forte, nec ali-
„ bi, memoriæ proditum inveniatur.

Acta Sancti Simeonis Stylitæ junioris, Thaumaſtoritæ appellati, ſcripta a Nicephoro ſeu Simeone, Magiſtro Antiochiæ, Urano appellato. Prologus incipit. Εὐλογητὸς ὁ Θεός. αὐτὸν γὰρ εὐλογεῖν ἄξιον. Latine: *Benedictus Deus: Deo quippe benedici par eſt*. Init.: Ἀνήρ τις οὐκ ὀλίγοις ἔμπροσθεν χρόνοις ἐξ Ἐδέσσης ὁρμώμενος. *Multi jam anni ſunt, quum vir quidam, nomine Joannes, oriundus Edeſſa*. Interprete Conrado Janningo Soc. Jeſu in Act. Sanct. Tom. 5. ad 24. Majia pag. 307. ad 401.

Alia ab Arcadio Cypri Archiepiſcopo ſcripta, citantur in Synodo Nicæna II. Act. IV. & a Sancto Joanne Damaſceno Oration. 3. de Imaginibus. Excerpta ex cap. CXVIII. & CXXXII. Vide apud Janningum Tom. cit. pag. 304. & ſeq.

Martha hujus Simeonis mater colitur a Græcis die 5. Julii cum Synaxario in utroque Menologio. Vita ejuſdem Marthæ, auctore Monacho coævo, ex Cod. MS. 14. Bibl. Laurentianæ Florentinæ Plut. 9. Græce & Latine edita Interprete eodem Janningo: ὅσοι τῆς μακαρίας καὶ ἀπεράντου ζωῆς ἐπιθυμοῦσι; *Quotquot beatam ac ſempiternam conſequi vitam deſiderant*. In Actis Sanctor. Tom. V. Majii a pag. 403. ad 431.

Papebrochius ad XXIV. Maji. „ Simeon, Nicetas, Sty-
„ litæ. De priori jam egimus. An alter ſit hujus ſocius, aut
„ diſcipulus fuerit, fortaſſis ex vita apparebit, quum ea red-
„ dita Latine fuerit. Nec enim modo vacat prolixiſſimam hi-
„ ſtoriam hac de cauſa pervolvere. Si nuſpiam ejus nomen ap-
„ pareat, dabitur locus ſuſpicandi eſſe aliquem indigenarum.
„ Nam & ad Ruthenos tranſiiſſe Stylitarum inſtitutum, atque

„ etiamnum apud eos vigere, conſtat ex Rer. Moſcoviticar.
„ Commentario Sigiſmundi liberi Baronis in Herberſtein &c.
„ de mandato Ferdinandi Principis & Infantis Hiſpaniarum,
„ Auguſtæ degentis, ſub annum 1526. conſcripto: ubi ſub ti-
„ tulo *Religio* dicitur: Quod *ſunt plures qui ex Monaſteriis in*
„ *Eremum ſe conferunt; ibique tuguriola faciunt, quæ aut ſoli,*
„ *aut cum ſociis incolunt, victum ex terra & arboribus quæ-*
„ *runt, nimirum radices & fructus. Hi autem Stolpniki ap-*
„ *pellantur: Stolp etenim columna dicitur. Domunculas autem*
„ *anguſtas, & in altum erectas columnis ſuſtinent*. Vide quæ
„ multa de hujuſmodi columnis dicuntur a nobis v. Januarii ad
„ Vitam Sancti Symeonis, primi Stylitarum apud Antiochiam.
„ Hos vero, ut ex eodem Herberſteinio dixi, *Monachos Ruthenos,*
„ nedum Eremitas ex eis profectos, *habere ſeveriſſimas leges*
„ *ac regulas, nec audere uti ullo genere ſolatii; adeo ut ſeve-*
„ *riſſime puniatur, apud quem cithara inventa fuerit aut aliud*
„ *muſices inſtrumentum*. Quid? quod inter illos vigeat Apo-
„ ſtolicus ad Gentilium converſionem zelus, quo carent Schiſ-
„ matici Græci. Sic enim de iis idem Herberſtenius: *Monachi*
„ *Eremitæ bonam jam olim Idololatrarum partem, diu multum-*
„ *que apud illos verbum Dei ſeminantes, ad fidem Chriſti per-*
„ *traxerunt. Proficiſcuntur etiamnum ad varias regiones, Se-*
„ *ptentrionem verſus & Orientem ſitas, quo nonniſi maximis*
„ *laboribus, fame, ac vitæ periculo perveniunt; neque inde*
„ *aliquid commodi ſperant aut petunt; quia hoc unicum ſpe-*
„ *ctant, ut rem gratam Deo facere, & animas multorum de-*
„ *vio errore abductas (morte aliquando doctrinam Chriſti con-*
„ *firmantes) in viam rectam revocare, ac eos Chriſto lucrifa-*
„ *cere queant*. Similia de eorumdem ſevera diſciplina, ſoli-
„ daque virtute, lege ſis in relatione Joannis Fabri ſcripta an-
„ no 1525. Neque hæc credo ſuſpecta habuiſſet Poſſevinus, niſi
„ occupatus fuiſſet præjudicio, quo exiſtimabat, a Schiſmati-
„ cis converſos fuiſſe Moſcos, & hactenus nunquam ſincere
„ Catholicos. Secluſa ergo ab ejus gentis Monachis & Eremi-
„ tis Schiſmatis, ſaltem ad peccatum imputabilis, labe, quid
„ prohibet, quominus inter eos credatur, & jam olim fuiſſe
„ multa, & hodiedum ſupereſſe aliqua vera ſanctitas, aris &
„ templis ac publico populorum cultu digna, diviniſque etiam
„ miraculis teſtata „? Hactenus Papebrochius. Ceterum de
Nice-

Digitized by Google

Niceta Stylita Perejaslavienſi Culcinius ad XXIV. Maji pag. 21. „ Obitus S. P. N. Nicetæ Stylitæ Perejaslavienſis Thaumaturgi „ in Ruſſia. Hoc tantum habetur in meo Anthologio. Herberſten. pag. 78. „ Pereaslaw civitas & caſtrum, a Septentrione „ aliquantulum vergens in Orientem, 24. milliaribus abeſt a „ Moſcovia: ſita eſt autem ad lacum, in quo, ut in inſula Solowki, Selgi piſciculi capiuntur. Per hanc civitatem profiſciſcuntur, quibus Novogardiam inferiorem, Caſtroma, Jaroslaw, & Ugliz eundum eſt.

XXV.

Inventio Capitis Præcursoris.

Uterque Vaticanus Ruthenicus: *Tertia Inventio Capitis Joannis Baptiſtæ*. Slavicus noſter vacat. Kalendarium Moſcovit. *Inventio Capitis Præcurſoris*. Papebrochianæ Tabulæ: *Tretie Obritenie Glavy Joanna, Tertia Inventio Capitis Joannis*. Poſſevinus perperam: *Decollatio S. Joannis*. Menæa: ἡ τρίτη φανέρωσις τῆς τιμίας κεφαλῆς τοῦ ἁγίου ἐνδόξου Προφήτου Προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου. *Tertia manifeſtatio pretioſi Capitis Sancti Glorioſi Prophetæ, Præcurſoris & Baptiſtæ Joannis*: cum officio & Synaxario. Ephemerides Metricæ.

Εἰκάδι δὲ Προδρόμοιο κάρην εὗρον κατὰ πέμπτην.
Baptiſtæ Caput hic vigeſima quinta revelat.

Tertia hæc Inventio, facta dicitur Comanæ in Cappadocia, unde ipſum ſacrum Caput allatum Conſtantinopolim ſub Theodora Auguſta & Michaële ejus filio. Tabella Papebrochiana repræſentat Caput Sancti Joannis Baptiſtæ in vaſe diſcooperto, a dextris Monachum Presbyterum ſtantem, & admirantem, a ſiniſtris alium ſine cucullo genibus flexis orantem. Crediderim (inquit Culcinius p. 83.) ob metum Iconomachorum ſub Leone Iſaurico ſacrum Caput abſconditum ab Orthodoxis; tandem debellato Iconomachiſmo, ſub Catholicis Imperatoribus tertia ac ultima vice è terra prodiiſſe, ut indicat epigraphe mei Synaxarii:

Vox clamans in terra abſcondita
Tellure ſciſſa miraculoſe cunctis ſe prodit.
Φωνὴ Βοῶντος γῆς μυχῷ κεκρυμμένη
Τῆς γῆς ῥαγείσης πᾶσιν ἤχησε ξένως.

Synaxarii ſumma hæc eſt. Non ut antea, in vaſe ſtanneo, ſed in argenteo, ut in ſacro poſitum loco, a Comanis Conſtantinopolim perductum eſt Caput iſtud, ſuſceptum ab Imp. & Pa-

Digitized by Google

triarcha, & populo, atque in ſacro loco collocatum. Non exprimitur, ſub quo Imp. & Patriarcha. Menologium Baſilianum nihil habet de hac Tertia Inventione. Falconius continuo errore tam hanc Inventionem, quam reliqua hujus menſis Feſta, die non ſuo apponit, ideſt, uno die omnia anticipat. Vide de Capite S. Joannis ad 24. Febr.

XXVI

Carpus.

Vaticanus Ruthenicus primus: *Judæ Apoſtoli*. Secundus: *Carpi Apoſtoli* ex LXX. Slavicus noſter vacat uſque ad finem menſis. Kalend. Moſcovit. *Apoſtola Carpa*, *Apoſtoli Carpi*. Poſſevin. *S. Apoſtoli Carpi*. Papebr. *Carpus*. Menæa Græca: τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Κάρπου, *S. Apoſt. Carpi*, cum officio & Synaxario. Ita & Menolog. Baſilianum ad hanc eandem diem XXVI. At Martyr. Roman. agit de eo die XIII. Octobr. cum hoc elogio: „ Apud Troadem Aſiæ minoris urbem natalis S. Carpi diſcipuli „ B. Pauli Apoſtoli „. Baronius. „ De eo Beda, Uſuardus, Ado, „ ac cæteri Latinorum: Græci autem in Menol. ad VIII. Kal. „ Junii agunt, traduntque unum fuiſſe ex numero LXXII. di- „ ſcipulorum. De eo Paulus 2. ad Timoth. cap. 4. & Dionyſius „ Areopag. epiſt. 8. ad Demophilum, ſi tamen unum eundem- „ que eſſe dixerimus. Hunc, de quo agimus, factum eſſe Epi- „ ſcopum Beroeenſem, auctor eſt Dorotheus in Synopſi. Græci agunt die 13. Octob. de alio Carpo Mart. qui paſſus eſt cum Papylo, Agathonice & aliis, de quibus ſcribit Euſebius hiſt. lib. 4. cap. 14. Sed de his in Martyr. Rom. ad 13. Apr. ſic „ Pergami „ in Aſia natalis SS. Martyrum Carpi Epiſcopi Thyatirenſis, „ Papyli Diaconi, & Agathonicæ Sororis ejus optimæ femi- „ næ, Agathodori quoque eorum famuli, aliorumque multo- „ rum &c. „ quorum Acta ex Metaphraſte apud Lipom Tom. 6. & Sur. Tom. 2. ad 13. Apr.

Menologium Baſilianum de Juda Apoſtolo, præter diem 30. Junii, in qua communiter de XII. Apoſtolis agitur, ſpecialem commemorationem cum Synaxario facit, primum quidem ad diem XXII. Maji, ubi dicitur *Judas* divinus Apoſtolus poſt Aſcenſionem D. N. J. C. omnes civitates regioneſque peragraſſe, prædicans, docens, multoſque infidelium baptizans, ac demum in pace ad Dominum migraſſe. Deinde ad XIX. Junii cum hoc elogio: „ Apoſtolus Chriſti Judas, quem hoc nomine

„ S. Apo-

Digitized by Google

„ S. Apoſtolus & Evangeliſta Lucas in Actis appellat, a reliquis „ vero Apoſtolis & Evangeliſtis Matthæo & Marco Thaddæus dicitur, D. N. J. C. ſecundum carnem frater fuit, utpote qui „ Joſephi Sponſi filius erat, frater autem Jacobi Adelphothei: „ qui & luce plenam doctriniſque Sancti Spiritus refertam Epiſtolam ad omnes ſcripſit. Hic ab ipſo Chriſto roboratus, & „ Sancto Spiritu plenus, omnem diſſipavit errorem, & univerſos fideles illuminavit. Quum autem in Meſopotamiam veniſſet, & Evangelium promulgans, complures infideles ad Dominum convertiſſet; Edeſſam urbem profectus, Abgarum „ Toparcham morbo ſublevavit. Poſtremo Arat urbem petiit: „ ibique in crucem actus, teliſque confoſſus, vivendi finem „ fecit „. Eadem in Menæis ad XIX. Junii cum officio & Synaxario, ubi & Thaddæus & Lebæus dicitur, & in urbe *Ararat* (*a*) in crucem actus teliſque confoſſus, poſtquam Abgarum Edeſſenorum Toparcham curaſſet. Marmor Neapolitanum ad hanc ipſam diem XXVI. Maji: *P. S. Jude Apoſtoli*: *Paſſio Sancti Judæ Apoſtoli*. In eodem Marmore ad XX. Auguſti. *Nt. S. Taddei Apoſ. Natale S. Thaddæi Apoſtoli*: & Kalendis Julii; *Nt. Simonis & Jude Apoſt. Natale Simonis & Judæ Apoſtolorum*. Mazochius ad 26. Maji pag. 428. „ Sancti Judæ Apoſtoli „ unius ex XII. plura in Evangelio nomina legimus. Sæpe is quidem Judas vocatur, ſed ſemper quod ſciam cum addito διακριτικῷ (*Jacobi*) ut ab Juda altero Iſcariote diſtinguatur. „ Alibi *Thaddæus* ſine alio adjuncto nuncupatur, ut in Apoſtorum catalogo Matth. X. 3. Marc. III. 18. Luc. VI. 16. Quod „ nomen viri eruditi idem ac *Judæ* vocabulum fuiſſe ajunt. „ Sed & ſemel tantum *Lebbæus* appellatur in Græco Matt. X. 3. „ & in Orientalibus tranſlationibus. Poſtremo & *Zelotæ* nomen „ huic Apoſtolo, non ſecus ac Simoni, tributum cernitur apud „ Hieron. & quoſdam alios: quod inde manaſſe videtur, quod „ apud Matth. X. in Cod. Veleſiano pro λεββαῖος legitur χαναναῖος „ quod Hebraice *Zelotem* notat „. Hunc autem *Judam* Apoſtolum

---

a Apud Freculſum Lexovien. in I. Chron. 19. „ Judas Jacobi frater in Meſopotamia atque interioribus Ponti Evangelizans . . . ſepultus eſt in Nerito Armeniæ urbe. Pro *Ararat* ſcilicet, dixit, *Nerito*. Synaxar. in Menæis de S. Thaddæo ad XXI. Aug. hunc a Juda Apoſtolo diſtinguens, ait fuiſſe genere Hebræum ex Edeſſa urbe: Abgarum curaſſe & baptizaſſe: καὶ ἐλθὼν εἰς Βηρυτὸν πόλιν τῆς Φοινίκης, κἀκεῖσε διδάξας καὶ βαπτίσας πολλοὺς, ἐν κυρίῳ ἀνεπαύσατο, *quumque in Berytum Phœniciæ urbem veniſſet, ibique docuiſſet multoſque baptizaſſet, in Domino quieviſſe.*

Digitized by Google

ſtolum diverſum fuiſſe a *Thaddæo* uno ex Diſcipulis ad Abgarum miſſo, idem Mazochius ſic pergit demonſtrans pag. 429. „ Non „ eſt dubium, quin quantum eſt Græciæ Eccleſiaſticæ, (a) „ Judam ſive Thaddæum Apoſtolum, a Thaddæo uno ex LXXII. „ diſtinxerit: nec ſolum in Græcorum libris Liturgicis diverſa „ ſunt utriuſque Feſta, verum etiam in hiſce Marmoreis Fa- „ ſtis: in quibus de Apoſtolo fit tum hodie, tum junctim cum „ Simone Kalendis Julii: de Thaddæo autem (uno ſcilicet ex „ Diſcipulis) die xx. Auguſti. At Latini ferme jam pridem in „ id convenerant, ut in unum Apoſtolum omnia referrent, ea „ etiam quæ de Thaddæo [uno ex diſcipulis] ad Abgarum miſ- „ ſo accurate narrat Euſebius. Sed hodie inter eos duos Thad- „ dæos fere docti univerſi diſtinguunt, quos Euſebii ſumma au- „ ctoritas frangit, qui I. 12. Thaddæum qui Edeſſenis prædica- „ vit, unum ex diſcipulis fuiſſe tradit „. Tanta Apoſtolorum hiſtoriæ circumfuſa caligo eſt. Concludit vir doctus pag. 340. *Cætera de hoc Apoſtolo petantur ex Baronio ad* 28. *Octobris*, *ex Florentinio in Exercit*. v. *ad indiculum Apoſtolor. pag*. 171. *ex Tillemontio Tom*. 1. *ex Dominico Georgio ad Adonem*, *Sollerio ad Uſuardum*, *Jo: Alb. Fabricio ad Pſeudo-Abdiam & ad Hieronym. de Script. Eccleſ. ex Caveo*, *ac pluribus aliis*.

Culcinius pag. 22. XXVI. *Maji*. *De S. Macario Calazynenſi*. *Commemorant iſtum Sanctum mei Libri*, *hoc modo*: *Inventio Reliquiarum S. P. N. Macarii Hegumeni Calazynenſis & Thaumaturgi*: *Nec aliud quidpiam addunt*.

XXVII.

THERAPON.

Vaticanus uterque Ruthenicus una cum Slavico noſtro vacant uſque ad finem Maji. Kalend. Moſcovit. *Sviat. Muc. Therraponta*. *S. Mart. Therapontis*: pro quo *Therapontii*, Poſſevinus. Papebrochius. *Therapon*, Epiſcopus & Martyr. Menologium Baſilianum ad xxv. Maji agit de duobus Martyribus, *Therapontis* nomine. Primum de Cyprio, ſic: „ Therapon Sacer Chri- „ ſti Martyr unde ortum duxerit, aut quibus parentibus natus, „ aut quo tempore vixerit, dicere neſcimus; quum ejus moni- „ menta, ut fertur, temporis lapſu perierint. Hoc veroſo- „ lum

a At Menol. Baſil. ad XIX. Junii, *Judam* Apoſtolum, quem & Thaddæum, & Joſephi filium ac Jacobi fratrem appellat, ad Abgarum miſſum docet. Vide ſupra. Adeoque a Thaddæo ab Abgarum miſſo non diſtinguit.

Digitized by Google

„ lum novimus, quod ſcilicet monachus fuerit, & Cypri Epi-
„ ſcopus, quodque agonem athleticum ſuſtinuerit, & Chriſto
„ per ſanguinem fuerit conjunctus: hoc, inquam, novimus,
„ non modo ex antiqua & abſque ſcripto a majoribus noſtris ac-
„ cepta traditione, ſed etiam ex ejus Imaginibus edocti. Atque
„ hæc primum. Poſtremum vero, quum Saraceni de expugnan-
„ da Cypro cogitarent, apparens Sanctus ſuo æedituo, juſſit il-
„ lum ſtatim conſurgere, ſuaſque reliquias accipere, eaſque
„ Conſtantinopolim transferre: futurum enim eſſe, ut inimici
„ Crucis Chriſti ea inſula potirentur, omniaque ea loca ſubver-
„ terent. Tranſlatæ itaque ejus Reliquiæ, Conſtantinopoli
„ depoſitæ ſunt, ubi curationes emittunt. *De altero Sardium*
„ *Martyre*. Therapon Sacer Chriſti Martyr quum eſſet Sacer-
„ dos in Sancta Sardium Eccleſia, multoſque infidelium ob do-
„ ctrinam ſuam ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum conver-
„ teret, ac baptizaret, comprehenſus a Valeriano præſide, vin-
„ ctus in carcerem detruditur. Inde eductus, ligatus Synaum
„ abducitur, & iuxta fluvium ad quatuor palos ſupinus ſuper
„ pavimentum extenditur, graviterque uſque adeo cæditur,
„ ut carnes ipſius virgis lacerarentur: illius autem ſanguine irri-
„ gata tellus, maximam quercus plantam produxit, quæ uſque
„ in præſentem diem viſitur perpetuis foliis virens, mor-
„ bum omnem languoremque eorum, qui illuc accedunt, cu-
„ rans. Poſthæc in ditionem Thraceſiorum abductus, prope
„ fluvium Hermum in Epiſcopatu Satalorum, plurimis ſubie-
„ ctus ærumnis, tandem martyrii coronam accepit.

De priore Theraponte Cypri Epiſcopo agunt Menæa in Synaxario ad XIV. Maii iiſdem plane verbis ac Menol. Baſilianum. De altero ſilent: habetur tamen hexametrum in Synaxar. Chifſletiano in Actis Sanctorum Tom. VI. Maii pag. 680. ad diem XXVII. ſic.

Εἰκάδι ἑβδομάτῃ τύψαν ἀειναρὸν Θεράποντα.
Vicenam ſextamque ſequens Theraponta flagellat.

Ibid. hoc diſtichon.

Μάστιξι θνήσκων δεσπότου τοῦ σοῦ χάριν.
Εὔνους Θεράπων χρηματίσας, θεράπων.
Amore Domini verbera excipiens tui,
Servum eſſe, Therapon, te comprobaſti bonum.

Ad Cyprium Epiſcopum ſpectat Capponiana & Papebrochiana tabel-

tabella: nam alter Sardienſis non Epiſcopus, ſed ſimplex Sacerdos dicitur. Porro Cyprii Therapontis miracula, auctore Synchrono, Græce exſtant in Act. Sanctor. pag. 682. Initium: πολλοί μοι τῶν λόγων ἡ πανήγυρις. Latine ex verſione Danielis Cardoni: *Ingens profecto mihi de magni viri laudibus ad vos dicendi aperitur campus*: a pag. 682. ad 692. Quod vero attinet ad metum Saracenorum, qui Translationi Conſtantinopolim faciendæ cauſam dedit (verba hæc ſunt Papebrochii) duplicem eum notat Auctor Encomii: primum, quo ſe transferri Martyr vetuit: alterum, quo juſſit. Et primi quidem tempus fuiſſe videtur Juſtiniani Imp. anno VII. Chriſti 691. quando is pacem cum Saracenis rumpens, eorumque incurſionibus patere Cyprum intelligens, ejus incolas alio transferre conatus eſt, infelici ſucceſſu; paucis qui remanſerant nihil damni patientibus, inter quos fuerunt ii, apud quos S. Therapontis corpus requieſcebat. Secundus metus fuiſſe potuit anno Nicephori Imp. V. Chr. 806. quando Aaron Arabum Dux, ſicut apud Theophanem legitur, claſſe in Cyprum deſtinata „ Eccleſias evertit, „ Cyprios in alias provincias deſtinavit, & multis captivis ab„ ductis, pacis fœdera violavit „. Subjungitur poſt miracula S. Therapontis Cyprii, ex MS. Cod. Vatic. 1190. fol. 1091. enarratio miraculorum *S. Phanurii* Martyris, in Rhodo & Creta celebris. Initium: οὗτος ὁ μέγας τῆς ἀληθείας μάρτυς τοῦ Χριστοῦ Φανούριος *Magnus hic veritatis propugnator & Martyr Chriſti Phanurius*: In Act. Sanct. Tom. VI. Maji ad diem XXVII. a p. 693. ad 698. in qua enarratione cap. I. pag. 693. hæc leguntur: „ Si„ quidem feſtivum habemus Septembris menſis diem X. ſancto „ & mellifluo Callinico; Januarii diem XI. Sancto Patri noſtro „ Critophago: & menſis ejuſdem decimum Sancto Patri no„ ſtro Euſebio: menſis denique Maji ſeptimum & vigeſimum, „ Sancto Hieromartyri Theraponti: & pluribus aliis Sanctis; „ quorum in monumentis ſacris nomina geſtaque exprimuntur, „ aut etiam non exprimuntur.

Culcinius pag. 22. XXVII. Maji. „ De S. Cypriano Metro„ tropolita Ruſſiæ. Colitur in meis Libris hac die Translatio „ S. Cypriani Metropolitæ Ruſſiæ, ac novi Thaumaturgi. Fuit „ hic Sanctus Alexii ſucceſſor, inter Primates Roxolanos (*Kio„ vienſes*) ordine XXVII. ut infra dicetur „. Nimirum p. 118. in Catalogo Metropolitanorum Ruſſiæ, his verbis. XXVII.

„ S. Cy-

Digitized by Google

,, S. Ciprianus, patria Ruthenus a vivente adhuc Alexio in
,, Coadiutorem aſſumptus, eidem vita functo in Metropolitanam
,, Sedem ſucceſſit anno 1378. Habuit in primo ingreſſu duos
,, competitores: unum Indigenam Pimenum, alterum alieni-
,, genam, videlicet, Græcum, Dionyſium; ſed primum Dux
,, Moſcoviæ coërcuit, & in ordinem redegit. Secundum Ula-
,, dimirus Olgerdi filius Kioviæ Dux carceri mancipavit. Ita
,, Koialowicz in Miſcellaneis. Scripſit Cyprianus vitam S. Pe-
,, tri Metropolitæ, annisque triginta Sedem tenuit. Hoc vero
,, temporis intervallo memorandam dextera Altiſſimi fecit mu-
,, tationem in Lithuania. Nam magnus Dux Jagelo Olgerdi fi-
,, lius anno 1386. vocatus a Polonis ad Regnum, venit Craco-
,, viam cum ingenti magnatum comitatu, & ſuſcepto ſacro Ba-
,, ptiſmo, aſſumpſit nomen Uladislai, refectuſque divinis my-
,, ſteriis, celebravit nuptias cum Heduige Regis Ludovici filia;
,, & regali cinctus diademate, regnare cœpit: cuncti etiam
,, Duces Regi ſanguine iuncti, fuere baptizati, quibus conſen-
,, tientibus, perpetua unio facta Lithuaniæ ac Ruſſiæ cum Re-
,, gno Poloniæ ,, . Verum de Lithuanis Olgerdo, & Jagello-
ne recole a me ſupra obſervata ad XII. Febr. ubi de S. Alexio
Metropolita Cypriani deceſſore fuſe diſſerui.

XXVIII.

NICETAS. HELLADIUS.

Kalend. Moſcovit. *Prepod. Nikiti*, *S. Nicetæ*: Poſſevin. *S. Patris Nicetæ*. Papebr. *Nikita. Ignatiy. Nicetas, Ignatius.* In Typico S. Sabæ ad XXVIII. Maji: τȣ̃ ὁσίȣ πρς ἡμῶν Νικήτα, Ἐπισκόπȣ Χαλκηδόνος ϗ τȣ̃ ἁγίȣ Ἱερομάρτυρος Ἑλλαδίȣ *S. P. N. Nicetæ Epiſcopi Chalcedonis, & Sancti Hieromartyris Helladii*: Gilbertus Genebrardus ante Pſalmos Davidicos a ſe illuſtratos, in quatuor Kalend., *Hebræorum, Syrorum, Græcorum, & Romanorum*, ad XXVIII. Maji: *Nicetas Epiſcopus Chalcedonenſis*. Jo: Molanus in Auctario Uſuardi: *die 28. S. Patris Nicetæ, & S. Hieromartyris Helladii*. Bollandiani ad 28. Maji pag. 808. num. 3. ,, Quærunt, quomodo S. Nicetæ mentio non habeatur
,, in MS. Synaxario Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, & aliis Me-
,, næis inde deſumtis, quum tam vicina illi fuerit urbs Chalce-
,, donenſis ,, & reſpondent, quod forſitan S. Nicetas ſuſcepta peregrinatione ad loca ſancta, ibi in aliquo monaſterio privatus vixerit, ac diem ſuum ſancte obierit, & miraculis patratis coli

publice cæperit: Chalcedonenſibus interim nihil de eo requirendo ſollicitis; quippe qui ipſo diſcedente, vel etiam ſuo ſe gradu abdicante, alium elegerint, nec porro curaverint de eo quidquam diſcere; præſertim quum nulla ejus vita ſcripta extaret, quæ nomen illius celebre faceret extra Terram Sanctam: ſicut in ſimili caſu accidiſset *S. Joanni Silentiario*, ex Epiſcopo Coloniensi in Armenia, Lauræ S. Sabæ monacho, niſi vitam Cyrillus ſcripſiſset, quam illuſtravimus XIII. Maji. Hæc illi. In Menæis Græcis hi ſancti Nicetæ occurrunt. I. *Epiſcopus Apolloniadis*, ſeu Apolloniæ XX. Martii, qui pro Sanctarum Imaginum cultu (*a*) ejectus in exilium, reddidit ſpiritum. Secundus, *Nicetas* Presbyter, Confeſsor, & Hegumenus Medicii V. Apr. & IV. Maji, qui ob (*b*) cultum Sanctar. Imaginum ſub Leone Armeno multa paſsus eſt. Tertius Nicetas (*c*) Patricius Confeſſor, VI. Octobris, ob ſacras & ipſe imagines paſsus. Quartus Nicetas megalomartyr XV. Sept. martyrium paſsus ſub Athanarico Gothorum trans Iſtrum Rege.

De S. Helladio Menol. Baſil. ad diem XXVIII. Maji cum hoc elogio: *Helladius ſacer Chriſti Martyr quum ab ineunte ætate ſe ipſum ab omni macula cuſtodiſſet, ſuffragio Dei Epiſcopus conſtituitur*. Cetera vide in Actis Sanctor. Tom. VI. Maji p. 711. Menæa de eodem ad XXVII. Maji, cum officio & Synax., non tamen expreſſa Epiſcopatus ſede. Ephemerides Metricæ.

Εἰκάδι ἑβδομάτῃ ἑλλάδιον ἔκτανε πυγμή

Helladium pugnis vigeſima ſeptima mactat.

Bollandiani conjectantur num. 5. pag. 512. Helladium ſub Perſis paſſum. Non enim Saraceni, ſed Perſæ idola adorabant, Solem præſertim & Ignem: de Helladio autem dicunt in Menæis Strophe 2. Ode VI. *Idolis ſacrificare renuens &c.* Perſarum autem irruptiones in Syriam & Palæſtinam notæ ſunt, ſæculo præſertim VI. & VII. ſub utroque Choſroe anno Juſtiniani Imp. XII. quando Antiochiam Syriæ interceperunt: & anno Heraclii V. quando Hieroſolymam totamque Terram ſanctam redegerunt ſub poteſtatem. Fuiſſe vero in partibus iſtis ſatis frequens *Helladii* nomen, perſuadent Metropolita Tarſi, & Ptolemaidis Epiſcopus, ſic nominati anno 431. in Concil. Epheſ.

Cul-

a Martyr. Rom. ad XX. Mart.

b Martyrolog. Roman. ad 3. Apr. & Menolog. Baſil. ad 4. Maji.

c Menolog. Baſil. ad 6. Octob. *propinquus Irenes Auguſtæ* vocatur, & *Siciliæ* factus Strategus, ſub Leone Armenio in exilium ejectus.

Digitized by Google

Culcinius pag. 83. „ xxviii. de Ignatio in meis libris „ hodie nil adeſt; & quiſnam ipſe ſit, divinare non poſſum. „ Dicerem tamen, præſenti die poſitum eſſe Ignatium Patriar- „ cham Conſtantinopolitanum, quem mei libri commemorant „ die 24. Octobr. quum tamen ea die non apponatur in tabulis „ figuratis, quarum pictor potuit feciſſe hanc dierum transla- „ tionem, ut frequenter facit. Eliminandus ergo hic Ignatius „ ex Indiculo Sanctor. Ruthenorum.

Papebrochius not. in xxviii. Maji Græcomoſchi. „ Igna- „ tius Epiſcopus. Nullus nobis hoc die notus apud Græcos qui „ id nominis ferat, neque inter Indigenas reperit quemquam „ R. P. Ohilewicz quem ſuggereret. Diſcrimen nationis indi- „ caret vel tectum caput, ſi in tanta prototypi nuditate diſcer- „ ni quidquam ejuſmodi poſſet, quemadmodum diſcernitur in „ accuratius pictis Triptychis, ubi videbis velato capite ex- „ preſſos Antiſtites Ruthenos „. Mihi ſit vero ſimile, Mo- ſchum pictorem in nominis epigraphe, ſicut & in multis aliis, erraſſe, & pro *Helladio* Epiſcopo, qui in Capponianis poſt Ni- cetam Epiſcopum cernitur, *Ignatium* perperam ſcripſiſſe.

XXIX.

THEODOSIA.

Kalend. Moſcov. *Pr. Muc. Theodoſiy*, *Sanctæ Martyris Theodoſiæ*. Poſſev. *S. matris Theodoſiæ*. Marmor Neapolitanum: xxix. *S. Theodoſie mar.* Papebr. *Theodoſia*, *Virgo martyr*, *Cæ- ſareæ paſſa*, *de qua egimus 2. Apr. ubi ejuſdem miracula*, *Vene- tiis ad ipſius invocationem patrata*, *dedimus ex MSS.* Martyrol. Rom. ad 2. Apr. „ Ibidem, ideſt, Cæſareæ in Palæſtina, paſſio „ S. Theodoſiæ Virginis Tyriæ, quæ in eadem perſecutione „ (*Maximini*) quum ſanctos Confeſſores ante tribunal ſtantes „ publice ſalutaſſet, atque rogaſſet, ut quum ad Dominum „ perveniſſent, ſui recordarentur, a militibus tenta, ad Ur- „ banum præſidem ducta, ejus juſſu lateribus & mammis ad in- „ teriora uſque dilaniatis, in mare tandem projicitur. *Baronius.* „ Præter illa quæ de Theodoſia ſcribit Euſebius (*a*) hiſt. lib. 8. „ cap. 17.

a Euſebii verba ex Valeſii interpretatione refert cl. Mazoc. ad xxix. Apr. pag. 431. & ſeq. ubi inquirit, 1. quo pacto Euſebiani characteres anno quinto perſecutionis convenire poſſint 2. de die paſſionis S. Theodoſiæ. Quumque opinionem quorumdam attuliſſet, qui eam die 2. aut 3. Apr. paſſam volunt, ipſe ejus paſſionem ad 29., confert. Verum Acta Syriaca demonſtrant, eam die 2. Apr. comprehenſam, die autem 6. quæ in Dominicam Paſchatis anno 307. incidit, in mare fuiſſe projectam.

„ cap. 17., habemus in noſtra Bibliotheca ejus vitam uberius „ ſcriptam antiquo charactere, cujus eſt exordium: *In illis diebus &c.* ubi Præſes, ſub quo paſsa eſt, ponitur, Urbanus ſcilicet, quem conſtat, eodem Euſebio auctore, illis temporibus perſecutionis Diocletiani uſque ad ſuum obitum adminiſtraſse præfecturam Palæſtinæ „. Pergit demonſtrans unam fuiſse Theodoſiam martyrem, Tyriam hanc ſcil. quæ non Cæſareæ in Cappadocia, ſed in Palæſtina paſsa eſt. Græci de hac ſancta Virgine & martyre agunt in Menæis quidem ad 2. *Aprilis*, ubi typorum errore legitur τῆς ἁγίας παρθενομάρτυρος Θεοδώρας, *Sanctæ Virginis & martyris Theodoræ*, pro Theodoſia, qui tamen error emendatur in Synaxario, in quo Tyria dicitur, & duodeviginti annos nata ſub Urbano præſide paſsa & in mare projecta. Iterum autem ad 29. Maji diſerto *Theodoſiæ* nomine, cum officio & Synaxario, necnon hoc hexametro.

Εἰκάδι ἠ δ' ἐνάτῃ Θεοδοσίην πόντος ἔμαρψε.
Vicena nona merſa eſt Theodoſia ponto.

In Menol. autem Baſiliano, primo *ad 3. Aprilis. Certamen S. Theodoſiæ V. & Mart. Theodoſia Chriſti martyr fuit ex civitate Tyri. Quum autem decimum octavum ſuæ ætatis annum ageret &c.* Deinde die 29. Maji. *Certamen S. Theodoſiæ Virg. & mart. Theodoſia Chriſti martyr fuit ex urbe Tyro.* Cetera ut in priori Synaxario. Acta ejuſdem Syriaca in vetuſtiſſimo Codice Nitrienſi deſcripta, ex Ægypto in Bibliothecam Vaticanam detuli anno ineunte 1717. quæ Acta Syriace & Latine edita in lucem protulit meus ex ſorore nepos Stephanus Evodius Arch. Apameæ Tom. 2. Actorum Martyr. Orientalium & Occidental. pag. 204. Initium: „ Anno quinto perſecutionis quæ noſtris „ hiſce temporibus longe lateque propagata eſt, die 2. Aprilis, „ divina & ſancta quædam ex Virginibus Chriſtianis Tyriis puella, quæ etſi duodevigeſimum nondum attigerat annum, virtute tamen erat adulta ac plane virili. *Finis*. Obtigerunt „ hæc Cæſareæ die Dominica „. Quæ nimirum anno Chr. 307. Perſecutionis v., in 6. Aprilis diem cadebat, quum die 2. ejuſdem menſis ſancta Theodoſia comprehenſa fuiſset.

Alteram Theodoſiam ſub Iconomachis paſſam memorant Menæa Græca ad hanc ipſam diem XXIX. Maji. τῆς ἁγίας ὁσιομάρτυρος Θεοδοσίας τῆς Κωνσταντινουπολιτίσσης, *Sanctæ Sacromartyris Theodoſiæ Conſtantinopolitanæ*: ſine Synaxario, ſed cum hoc diſticho.

Κέρας

Κέρας κριῦ κτεῖναν σε, Θεοδοσία,
Ὤφθη νέον σοι τῆς Ἀμαλθείας κέρας.
Alterum Amalthea viſum eſt, Theodoſia, cornu.
Hoc tibi, quo Chriſto victima pulchra cadis.

At in Menol. Baſiliano & in Synaxario Chiffletiano hæc eadem Theodoſia colitur ad XVIII. Julii. Chiffletianum Græce & Latine prodiit in Act. Sanctor. Tom. VI. Maji ad XXIX. pag. 67. Baſilianum ſic habet Tom. 3. pag. 173. „ Certamen S. Martyris Theodoſiæ. Theodoſia Chriſti martyr, imperante Conſtantino Caballino, ex urbe Conſtantinopoli fuit, piorum „ parentum filia. Patre autem ac matre vita functis, quum re- „ lictas ſibi facultates omnes pauperibus dediſſet, monaſterium „ ingreſſa, ſanctimonialis facta eſt. Quum vero Imperium te- „ nuiſſet Leo Iconomachus, idemque SSmum Patriarcham „ Germanum e throno dejeciſſet, ſanctaſque Imagines reji- „ ciens, æneam Salvatoris noſtri Imaginem deſtruere voluiſſet; „ ea re comperta ſancta Theodoſia cum aliis mulieribus, divi- „ no zelo inflammata, aſcendentem in ſcalam Spatharium, ut „ ſacram imaginem deſtrueret, projiciens contrivit; tum Pa- „ triarchium ingreſſa, hæreticum Anaſtaſium objurgavit. Quam- „ obrem aliæ quidem mulieres capite plexæ ſunt; Theodoſia „ vero funiculis raptata, irruentis bovis cornu interempta „ eſt „. Pro, *imperante Conſtantino Caballino*, legendum, *in diebus Theodoſii Adramyteni*, qui Leoni Iſaurico Imperium ceſſit, quemadmodum recte Bollandiani monent, pag. 67. num. 8. uti etiam habet Synaxarium Chiffletianum. Exſtat in hanc Theodoſiam Conſtantinopolitanam Encomium auctore Conſtantino Acropolita, magno Logotheta, ex Cod. MS. Bibl. Vat. ſignato num. 800. fol. 91. editum Græce & Latine ad XXIX. Maji pag. 69. ad 86. „ Initium Prologi: Γυναῖκα μὲν ἀνδρείαν ποῦ τις ἂν καὶ ὅπως εὕροι. *Mulierem fortem ubi quis terrarum & qua ratione facile poſſit reperire*: Daniele Cardono Interprete. Subjicitur pag. 87. Appendix de miraculis S. Theodoſiæ ex Georgio Pachymere lib. 5. cap. 32.

XXX.

ISAACIUS.

Kalendar. Moſcov. *Prepod. Iſaakia, S. Iſaacii*. Poſsev. *S. Patris Iſacii*. Papebr. *Iſacius*. Marmor Neapolitan. XXX. *Nt. S. Iſaaciu, Natale S. Iſaacii*. Ephemerides metricæ.

Θεῖον

Θεῖον Ἰσαάκιον μόρος εἷλε ἐνὶ τριακοστῇ.
Ultima divinæ Iſacio trigeſima lux eſt.

Sanctus hic monachus, Valenti Ariano in faciem reſiſtens, exitium ei ſuum prædixit. Vide Theodoret. hiſt. lib. 4. cap. 34. & Sozom. lib. 5. cap. 40. Menæa Græca: τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἰσαακίου Ἡγουμένου Δογμάτων, τοῦ ὁμολογητοῦ, *S. P. N. Iſaacii Hegumeni Dogmatorum*, [leg. Δαλμάτων *Dalmatorum*] *Confeſſoris*: cum officio, & Synaxario. De eodem Menol. Baſilianum ad xxx. Maji: *Memoria S. P. N. Iſaacii Confeſſoris. S. P. N. Iſaacius ex partibus Orientis oriundus, Conſtantinopolim venit imperante Valente hæretico &c.* nulla facta *monaſterii Dalmatorum* mentione. Vita Iſaacii auctore Anonymo monaſterii Dalmatorum, ex Cod. Vat. 1671. fol. 45. Græce & cum interpretatione Latina Dan. Cardoni, Μετὰ τὴν προσκύνησιν τοῦ παναγίου καὶ προσκυνητοῦ σταυροῦ τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ: *Poſtquam Sanctiſſima & veneranda Jeſu Chriſti Domini ac Salvatoris noſtri Crux adorari cœpit*. Tom. VI. Act. Sanctor. xxx. Maji pag. 247. ad 258. Ubi dicitur S. Iſaacius obiiſſe die 26. Maji Coſs. Mirobaudo II. & Saturnino, hoc eſt anno Chriſti 383. Subſtituto ſibi in monaſterii præfectura *Dalmatio*. Unde poſtea monaſterio *Dalmatorum* nomenclatura adhæſit.

Alia vitæ Iſaacii in compendium redactæ, e Græco MS. Veneto apud Lipomanum, interprete Franciſco Zino, Latina interpretatio. *Poſt venerandæ & Immaculatæ ac pretioſæ Crucis D. N. J. C. inventionem*. Ibid. pag. 458. & ſeq. Culcinius pag. 83. xxx. *Maji*. *Iſacius, cujus memoria fit die 24. Martii, etiam hodie colitur, ob rationem ad præfatam diem adductam. Cæterum Iſacius, qui ponitur 3. die Auguſti unacum Dalmato, & Fauſto, diſtinguendus eſt a præſenti*. Fallitur Culcinius. Unus idemque eſt Iſacius, qui apud Græcos tam in Menæis quam in Menol. Baſil. colitur cum officio & Synaxario ad 3. Auguſti, ac *Iſaacius* iſte, quem hactenus ad xxx. Maji deſcripſi; cum hoc tamen diſcrimine, quod 30. *Maji* de ſolo Iſaacio agitur: die vero 3. Auguſti quum agatur de *Dalmatio* (qui Iſaacio in præfectura monaſterii ſucceſſit) deque ejus filio *Fauſto*, quorum utrumque Iſaacius monachum fecit, idcirco a Græcis junctim Iſaacii nomen cum Dalmatio & Fauſto ponitur. Lege Synaxaria. Porro de *Dalmatio* monacho, [hoc ſcilicet, qui 3. Auguſti colitur] qui Theodoſio imperante, & Concilii Epheſini tempo-

re.

Digitized by Google

ſe [cujus ad eum epiſtolæ exſtant] claruit, vita (*a*) Græce e noni ſæculi Codice MS. Bibliothecæ S. Germani a Pratis, cum Latina verſione Anſelmi Bandurii, in ejus notis ad Imperium Orientale pag. 697. ad 710. incipit: *οὗτος ὁ ὅσιος Δαλμάτιος ἦν ζῶν εὐσεβῶς*. Alia [ſeu eadem paucis mutatis] apud Lambec. Tom. VIII. pag. 102. *οὗτος ὁ ὅσιος Δαλμάτιος σχολάριος ὑπῆρχε στρατευόμενος ἐν τῇ δευτέρᾳ σχολῇ*. Conſentiunt laudata Synaxaria, ac præſertim Menol. Baſil. ad 3. Aug. ubi ſic habetur: de *Dalmato* & *Fauſto* (*Dalmatus* enim non *Dalmatius* vocatur.)
„ *Iſaacius* quum Conſtantinopolim veniſſet, in quodam com-
„ morans urbis Monaſterio, quod nunc Dalmati appellatur,
„ multis ſua virtute, & doctrina ſuaſit, ut mundo derelicto
„ Monachi fierent, ac ſecum convenirent: ex quibus fuit Dal-
„ matus & Fauſtus illius filius. Ipſe enim (Dalmatus) quum
„ Theodoſii Imperatoris temporibus miles eſſet, quadam die
„ dum forte in ſanctum incidiſſet, hujus deguſtato colloquio,
„ uxorem filioſque deſerens, Fauſtum filium ſolum ſecum aſ-
„ ſumens, ad eum ſe contulit, & monaſticæ vitæ ſeſe addixit,
„ ſuum etiam filium detondens „. Cetera. Porro de *Dalmati monaſterio*, omnium quæ Conſtantinopoli extitere, Cœnobiorum & antiquiſſimo & celeberrimo, vide adnotata a cl. Cangio in Conſtantinopoli Chriſtiana §. VIII. *de ædibus ſacris conditorum aut Urbis tractus, vel alio nomine donatis*, num. XXXI. edit. Reg. pag. 155. ubi typorum errore pro Fauſto Dalmati filio, ſemel obrepſit *Florus*.

XXXI.

HERMAS. HERMAS.

Kalend. Moſcov. *Apoſtola Ermia*, *Apoſtoli Hermiæ*. Papeb. & Culcin. *Ermiy. Hermias*. Poſsev. male: *S. Apoſtoli Jeremiæ*, pro *Hermiæ*: quod mendum excuſans Papebrochius: *& vero Jeremiæ nomen potius, quam Hermiæ prototypon noſtrum exprimit*. At imago martyrem exhibet crucem geminam manu tenentem, & habitu militari indutum. Menol. Baſilianum agit ad XXXI. Maji de ſolo *Hermia* martyre, ex urbe Comanis, imperante Antonino, vitam militarem agente, jamque ætate provecto canoſque capillos habente: qui ob Chriſti fidem Sebaſtiano Duci adductus, quum idolis immolare recuſaret, in maxil-

lis

a Vide in hanc & ſequentem Sancti Iſaacii vitam doctas animadverſiones cl. Mazochii ad 30. Maji pag. 435. & ſeq.

lis lapidibus contuſus, detracta totius vultus pelle, dentibuſque evulſis, in ardentem fornacem injectus fuit: ſed inde ſine noxa egreſſus, cibis quoque venenatis citra damnum refectus, quum eum qui cibos illos venenatos præparaverat magum ad Chriſti fidem convertiſſet & capite plexum ad coronam martyrii præmiſiſset, ipſe poſt alia ſupplicia, tandem decollatus fuit. Eadem in Menæis de *Hermia* martyre cum officio & Synaxario, & hoc hexametro.

Ἑρμείαν τριακοστῇ ἄορ κτεῖνε ἐνὶ πρώτῃ.

Suſtulit Hermian gladio trigeſima prima.

Martyr. Rom. XXXI. Maji. „ Apud Comanos in Ponto Sancti „ Hermiæ militis, qui ſub Antonino Imp. ab innumeris & ſæ„ viſſimis tormentis ope divina liberatus, carnificem ad Chriſti „ fidem convertit, & ejuſdem martyrii coronæ participem fe„ cit, quam tamen ipſe primus gladio obtruncatus accepit „. Sed nec in hoc elogio (inquit Papebroch. ad XXXI. Maji To. VI. pag. 423. num. 2.) deſunt menda quæ corrigas: neque enim carnificem, a quo capite minutus eſt, præceſſit ad coronam, ſed ſecutus ad eandem eſt magum, qui ſibi venenum miſcuerat. Diſtingui etiam debet Comana Pontica, a Comana Cappadociæ, cui hunc ſanctum Acta adſcribunt, quemadmodum eas bene diſtinguit Ptolemæus. Acta hujus Hermiæ martyris ex MS. Græco Laurentianæ Florentinæ Bibliothecæ Codice ab Hugone Bollio Carthuſiano Latine reddita, prodiere Tom. VI. Maji Act. Sanctor. pag. 424. ad 427. Initium. ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις ἐδιώκοντο οἱ Χριστιανοὶ, ὑπὸ τοῦ Βασιλέως τῶν Ῥωμαίων Ἀντωνίνου ἐθνικοῦ τυγχάνοντος. *Temporibus illis magnam Chriſtiani ſuſtinuere perſecutionem ſub Romanorum Imper. gentili Antonino.*

Tabulæ noſtræ Capponianæ poſt *Hermiam* militem, repræſentant *Hermam* Apoſtolum, volumen clauſum ad pectus habentem. Uterque Slavice Ερμιν ſcribitur: ſed prior ex Græcorum more *Hermias* eſt dicendus, alter *Hermas* ſeu *Hermes*: de quo Martyr. Rom. ad 9. Apr. *Romæ, S. Hermæ, cujus Apoſtolus Paulus in epiſt. ad Romanos meminit*. Græci in Menæis ſolam ejus commemorationem celebrant die 8. Martii, μνήμη τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Ἑρμοῦ, οὗ μέμνηται ὁ ἀπόστολος Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολῇ. Molanus in ſecunda Uſuardi a ſe aucti editione anno 1583. curata, *die 31. Maji, S. Apoſtoli Hermii, & Sacro-*

Sacroſancti martyris Hermæi. Genebrardus quoque ante Pſalterium Pariſiis anno 1592. excuſum, in Kalend. Græco memorat *Hermiam Apoſtolum*, & *Hermæum Martyrem*. In Menæis *Hermæ Apoſtoli* ex LXX. fit mentio Mart. VIII. April. VIII. Septemb. V. In Menol. Baſiliano, Novemb. IV. De *Hermete* Dalmatiæ Apoſtolo legeſis cl. Farlatum Tom. I. Illyrici Sacri p. 72. 266. & ſeq. 393. & ſeq. & pag. 403. ubi ejus cultum *Sirmii* & *in Dalmatia* adſtruit. Atque idcirco videtur in Synax. Chiffletiano ad 29. Apr. ſcriptum: τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Ἑρμαίου τοῦ ἐν Σιρμίῳ, *S. Martyris Hermæi in Sirmio*.

EPHEMERIDUM
GRÆCO-MOSCHARUM CAPPONIANARUM
TABULA QUARTA.

MENSIUM JUNII, JULII, AUGUSTI.

	Meſaz Junius.		*Menſis Junius.*
1	Sviatiy mucenik Juſtin, i ixe ſnim. Sviatiy Juſtin.	1	Sanctus Martyr Juſtinus, & Socii ejus. S. Juſtinus.
2	Sviatiy Nikiphor Patriarch.	2	S. Nicephorus Patriarcha.
3	Muc. Lukillian.	3	Martyr Lncillianus.
4	Mitrophan Patriarch.	4	Metrophanes Patriarcha.
5	Sviatiy Dorothei Tirski.	5	S. Dorotheus Tyrius.
6	Biſarion. Ilarion.	6	Beſſarion. Hilarion.
7	Sviatiy Theodot Anghirski.	7	S. Theodotus Ancyranus.
8	Muc. Theodor Stratilat.	8	Martyr Theodorus Stratilates.
9	Kiril Alexandrin.	9	Cyrillus Alexandrinus.
10	Sviatiy Timothei Pruſiy.	10	S. Timotheus Pruſæ.
11	Bartholomei. Barnaba.	11	Bartholomæus: Barnabas.
12	Onuphriy, i Petr.	12	Onuphrius, & Petrus.
13	Muc. Akilina. Triphiliy.	13	Martyr Aquilina. Triphyllius.
14	Prorok Eliſey. Sviatiy Methodiy.	14	Propheta Eliſæus. S. Methodius.
15	Prorok Michia leg. Amos	15	Propheta Micheas.
16	Sviatiy Tichon.	16	S. Tychon.
17	Manuil, Sabel, Iſmail.	17	Manuel, Sabel, Iſmael.
18	Leontiy.	18	Leontius.
19	Apoſtol. Juda.	19	Apoſtolus Judas.
20	Methodiy Patar.	20	Methodius Patarorum.
21	Muc. Julian.	21	Mart. Julianus.
22	Sv. Euſebiy.	22	S. Euſebius.
23	Muc. Agripina.	23	Martyr Agrippina.
24	Rozdeſtvo Joanna.	24	Nativitas Joannis.
25	Fevronia.	25	Febronia.
26	David Selinski.	26	David Theſſalonicenſis.
27	Sampſon.	27	Sampſon.
28	Kyr, i Joan.	28	Cyrus & Joannes.
29	Petr, i Pavel.	29	Petrus, & Paulus.
30	Sobor Apoſtolov.	30	Synaxis Apoſtolorum.

Piſal Nikita Joannov CN. *Pinxit Nicetas Joannis filius.*

T A

TABULÆ QUARTÆ.

Meſaz Julius.

1 COzma, Damian.
2 Polozenie ryzy v Blacherni.
3 Muc. Iakynth. Anatoli.
4 Andrey Gritſki.
5 Prepod. Martha. Athanaſiy. Lampad.
6 Siſoi.
7 Thoma v Maloi. Kiprilli. Akakiy.
8 Muc. Procopiy.
9 Pancratiy.
10 ME'. Muc. v Nicopoli.
11 Euphimia.
12 Muc. Procl. Ilariy. Michail Milai.
13 Sobor Gabriil Archangela.
14 Joſiph. Akila.
15 Julita. Kyrik.
16 Athinogen, i ixe ſnimago. Sviatiy otce VI. Soboro.
17 Marina.
18 Jakinth. Emilian.
19 Diy, Makrina.
20 Prorok Ilia.
21 Simeon. Joan. Ezechiil.
22 Maria.
23 Phoka. Trophim. Theophil, i ixe ſnimi.
24 Muc. Chriſtina.
25 Anna. Olympia. Eupraxiy.
26 Ermolay. Poroſcavia.
27 Panteleimon.
28 Prochor. Nicanor. Timon. Parmena.
29 Callinik.
30 Sila. Silvan.
31 Eudokim.

Menſis Julius.

1 COſmas. Damianus.
2 Depoſitio veſtis in Blachernis.
3 Mart. Hyacinthus. Anatolius.
4 Andreas Cretenſis.
5 S. Martha. Athanaſius. Lampadus.
6 Siſoes.
7 Thomas in Maleo. Cyprilla. Acacius.
8 Mart. Procopius.
9 Pancratius.
10 XLV. Martyres Nicopoli.
11 Euphemia.
12 Mart. Proclus. Hilarius. Michael Melæinus.
13 Synaxis Gabrielis Archangeli.
14 Joſeph. Aquila.
15 Julitta. Cyricus.
16 Athenogenes & qui cum eo. Sanctor. Patrum Synodi VI.
17 Marina.
18 Hyacinthus. Æmilianus.
19 Dius. Macrina.
20 Propheta Elias.
21 Simeon. Joannes. Ezechiel.
22 Maria.
23 Phocas. Trophimus. Theophilus & ſocii.
24 Martyr Chriſtina.
25 Anna. Olympias. Eupraxia.
26 Hermolaus. Poroſcavia.
27 Pantaleemon.
28 Prochorus. Nicanor. Timon. Parmenas.
29 Callinicus.
30 Silas. Silvanus.
31 Eudocimus:

Digitized by Google

TABULÆ QUARTÆ.

	Meſaz Auguſtus.		*Menſis Auguſtus.*
1	PRoiſchozdenie Kreſta. Eleazar. 7. Macabey. Solomonia.	1	PRoceſſio Crucis. Eleazarus. VII. Maccabæi. Solomonia.
2	Muc. Stephan.	2	Martyr Stephanus.
3	Iſakiy. Dalmat. Fauſt.	3	Iſacius, Dalmatus, Fauſtus.
4	Sedmi otrocov vo Epheſi.	4	Septem Pueri Epheſi.
5	Euſigniy.	5	Euſignius.
6	Preobrazenie Goſpodne.	6	Transfiguratio Domini.
7	Dometiy.	7	Dometius.
8	Emilian.	8	Emilianus.
9	Apoſt. Matthiy.	9	Apoſtolus Matthias.
10	Laurentiy.	10	Laurentius.
11	Eupl.	11	Euplus.
12	Photiy. Nikita.	12	Photius. Nicetas.
13	Maxym.	13	Maximus.
14	Prorok Michey.	14	Proph. Michæas.
15	Uſpenie Bogorodici.	15	Dormitio Deiparæ.
16	Nerukotvoreny Obraz Goſpodne.	16	Non manufacta Imago Domini.
17	Myron.	17	Myron.
18	Flor, i Laur.	18	Florus & Laurus.
19	Andrey Stratilat, i ſnim 2593.	19	Andreas Stratilates & ſocii 2593.
20	Prorok Samuil.	20	Propheta Samuel.
21	Thaddey. Sviatia Baſſa.	21	Thaddæus. S. Baſſa.
22	Agathonik.	22	Agathonicus.
23	Lup.	23	Lupus.
24	Eutychiy.	24	Eutychius.
25	Bartholomey. Tit.	25	Bartholomæus. Titus.
26	Adrian, Natalia.	26	Adrianus, Natalia.
27	Pimin.	27	Poemen.
28	Moyſey.	28	Moyſes.
29	Uſiknovenie Glavi Joan Predīteczy.	29	Decollatio Capitis Joannis Præcurſoris.
30	Alexander, Joan, Pavel.	30	Alexander, Joannes, Paulus.
31	Polozenie Pojaſa Bogorodicy.	31	Depoſitio Zonæ Deiparæ.

EPHE-

Digitized by Google

Digitized by Google



EPHEMERIDUM RUTHENICARUM.

TABULA QUARTA.

Menſis Junius.

I.

Sanctus Martyr Justinus, et Socii.
S. Justinus.

Kalendarium Moſcoviticum: *Muc. Juſtina, Martyris Juſtini*. Poſſevinus: *S. Juſtini Philoſophi*. Marmor Neapolitanum: *P. S. Juſtini Phi, Paſſio S. Juſtini Philoſophi*. Ambo Vaticani Ruthenici cum noſtro Slavico vacant. Papebrochius: *Juſtinus. Dionyſius*. Menæa: τῦ ἁγίυ Μάρτ. Ἰυςίνυ, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, *Sancti Juſtini Mart. & Sociorum ejus*, cum officio, & duplici Synaxario, quorum primum de *S. Juſtino Philoſopho*, de quo Ephemerides Metricæ:

> Πρώτῃ Ἰυνίυ ἐλλεβορίζει Ἰυςῖνον,
> *Juſtinum helleboro Junj occidere Kalendæ.*

Alterum Synaxarium de SS. Martyribus *Juſtino, Charitone, Charito, Evelpiſto, Hierace, Paone, & Valeriano*. Ita & Menologium Baſilianum agit primum de *Sancto Juſtino Philoſopho*, quem natum ait *Neapoli Syriæ*; ac plurimam quum haberet mentis perſpicaciam, Chriſtum autem diligeret, eumque odio habentes averſaretur, divino quotidie zelo ſuccenſum fuiſſe. Quapropter & Romam veniens Antonino Imperatore, quum Librum ſcripſiſſet adverſus Idolorum errorem & in gratiam Chriſtianorum fidei, illum obtulit Imperatori: qui ſapientiam atque ſcientiam ejus admiratus, non modo illum non interfecit, verum potius commendavit. Quoniam vero in ſuis ad Idololatras diſſertationibus, Idolorum cultum fallacem oſtendebat, & Chriſtianorum religionem ſcriptis argumentis firmabat; Creſcentis Philoſophi invidiam ſubiit, atque ab ipſo odio habitus, inſidiis petitus eſt, quouſque ab eo interfectus fuit. Deinde *de S. Martyre Juſtino, & Sociis*, quos ait Romæ ab urbis

Digitized by Google

urbis Præfecto capite fuiſſe plexos. *Ruſticus* is Præfectus in Menæis appellatur, in quibus & ſociorum hujus ſecundi Juſtini nomina, ut ſupra, recitantur. Martyrologium Romanum *Sancti Juſtini Philoſophi* memoriam agit XIII. Aprilis hoc elogio:
„ In qua etiam perſecutione [M. Antonini Veri & L. Aurelii
„ Commodi] Romæ paſſus eſt vir mirabilis Juſtinus Philoſo-
„ phus, qui quum ſecundum librum pro Religionis noſtræ de-
„ fenſione præfatis Imperatoribus porrexiſſet, eamque ibidem
„ diſputando ſtrenue propugnaſſet, Creſcentis Cynici, cujus
„ vitam & mores nefarios redarguerat, inſidiis accuſatus quod
„ Chriſtianus eſſet, remunerationem linguæ fidelis, martyrii
„ munus accepit „. Baronius. „ Conſultius de Juſtino Mar-
„ tyre Græci, qui in Menologio de eo agentes Kal. Junii, Ro-
„ mæ paſſum affirmant, ut ſe res habet. Narrant ibidem paſ-
„ ſum eſſe Sanctum Juſtinum ſub Ruſtico Præſide unaeum Cha-
„ ritone, Charitina, Evelpiſto, Hierace, Peone, & Valeria-
„ no ſeu Liberiano, quorum omnium Acta habet Metaphraſtes
„ 3. Idus Junii relata a Lipom. Tom. 7. & Sur. Tom. 3. ea die:
„ qui tamen incertum ſibi eſſe dicit, an ſit ille ipſe Juſtinus
„ Philoſophus, de quo hac die agitur; ſeque in contrariam
„ ſententiam procliviorem eſſe fatetur. At vero Sancti Epi-
„ phanii auctoritate omnis de Juſtino Philoſopho & Martyre
„ tollitur difficultas: dum enim in Panario agens contra Tatia-
„ num hæreſ. 46. narrat eumdem Sanctum Juſtinum Philoſo-
„ phum paſſum eſſe ſub Ruſtico Præſide: plane demonſtrat,
„ hunc de quo agimus, unum eundemque eſſe cum illo, cujus
„ Acta ex antiquioribus monumentis Metaphraſtes deſcripſit:
„ quibus expreſſum habetur, eum cum ſociis eſſe paſſum ſub
„ Præſide Ruſtico: optima enim nota Sancto Epiphanio ea Acta
„ fuiſſe videntur, dum eadem de Sancto Juſtino ipſe teſta-
„ tur. *Et mox*. Habes itaque, Lector, ipſiſſima Juſtini Phi-
„ loſophi & Mart. Acta, relata apud Metaphr. Lipom. & Sur.
„ ad 3. Idus Junii, qua die [ut diximus] de eo Græci agunt
„ in Menologio. Scribit etiam de ejus martyrio Euſeb. hiſtor.
„ lib. 4. cap. 15. & S. Hieronymus de Script. Eccleſ. in Juſti-
„ no „. Acta Sancti Juſtini & Sociorum prodiere Græce & Latine in Act. Sanctorum Tom. 1. Junii, pag. 21. Initium: ἐν τῷ καιρῷ τῶν ἀνόμων ὑπερμάχων τῆς ἰδωλολατρείας. *Quo tempore nefarii ſuperſtitionis Idolorum propugnatores regnabant*. Latine reddi-

reddidit Guillelm. Sirletus, ediditque Lipomanus & Surius. Exſtant autem cum notis Bollandianorum pag. 21. & ſeq. Eadem ſunt nova interpretatione donata, Græceque ſimul edita a cl. Mazochio ad 1. Junii cum doctis Animadverſionibus a pagina 454. ad 475.

Culcinius pag. 83. 1. *Junii*. „ De Dionyſio Monacho, „ quem exhibent hodie Tabulæ figuratæ, quemque Papebro„ chius putat eſſe indigenam, nil reperio in meis libris. Credi„ derim ergo per errorem irrepſiſſe nomen *Dionyſii* loco *Aga„ peti*, quem mei libri hac die commemorant „. Idem itaque Culcinius pag. 23. 1. *Junii de S. Agapeto Monacho Cryptenſi* agit ex Vitis Patrum Cryptenſium, & ex Anthologio & Uſtavo. „ Illuſtrans Kioviam ſanctitas Antonii Hegumeni (*a*) tra„ xit hunc Agapetum ad inſtitutum monaſticum, quod ipſe „ amplexus, adeo in regulari obſervantia proceſſit, ut donum „ ſanandi infirmitates a Deo obtinuerit. Divulgata hac re ubi„ que, advehebantur undequaque ægroti, variiſque corporis „ malis afflicti, quos Agapetus oratione & quibuſdam herbis, „ quibus ipſe veſcebatur, miraculoſe ſanabat. Si quos vero „ infirmos obſtinatior morbus tenebat, ipſe cum patientia ob„ ſequia quæque eis præſtabat, & interea ardentiſſimis precibus „ ſanitatem impetrabat. Contigit poſtmodum ut quidam Au„ licus Uſevolodi Principis Czernihovienſis infirmaretur, cujus „ habens curam certus medicus Armenus, nec quidquam juva„ minis tulit, imo prædixit poſt octo dies extremam vitæ pe„ riodum. Aulicus vehementer conturbatus juſſit ſe ferri ad „ Agapetum, a quo illico optimam conſecutus ſanitatem, do„ mum rediit. Hoc ut innotuit medico Armeno, momordit „ acriter cor ipſius invidia, & idcirco ut experiretur, an cal„ leret artem Galeni Agapetus, miſit ipſi quemdam reum & „ capite damnatum, cui præbuerat potentiſſimum toxicum, „ petens fraudulenter, ut ipſum ſanaret. Agapetus ſubmini„ ſtrato herbarum ſuarum ſalubri eſculento, remiſit hominem „ ſanum atque robuſtum ad medicum. Exhorruit Armenus, „ nec ſcivit quid faceret cum tam potenti æmulo. Sed majo„ rem ipſi excitavit horrorem infirmitas pene extrema Uladi„ miri Principis, qui fuit Uſevoldi filius: quum enim uterque „ ſimul, genitor nempe ac filius, per emiſſarium ſupplices por„ rexiſ-

a Circa ann. Chriſti 1070.

Digitized by Google

„ rexiſſent preces Agapeto pro recuperanda ſanitate, vel potius vita; Vir ſanctus mandato Hegumeni, qui tunc erat Joannes, coactus, miſit ſuas herbas juveni Principi, quas ut guſtavit, illico convaluit, factuſque robuſtus, quum Cryptenſe acceſſiſſet cœnobium, gratias ſuo ſoſpitatori acturus, nempe Agapeto, eum nunquam videre potuit: & ita abſceſſit, relictis magnis muneribus ad januam cellæ Agapeti, qui tamen ea nec tetigit, ſed ſuperioris diſpoſitioni reliquit. Fractus tandem laboribus, nimiiſque vitæ aſperitatibus, nec non ætate labante Agapetus, incidit in morbum: & tunc auſpicatus opportunam vindictæ occaſionem medicus ille Armenus, acceſſit ad infirmum, quaſi vellet ipſius conſulere ſanitati, ſed verius ut ipſum falleret, & apud homines traduceret. Poſt multa verba hinc & inde de arte medendi dicta, quum intuliſſet Agapetus, tunc herbas eſſe ad medendum proficuas, quando Deus vult; Armenus ſubjunxit: At Deus vult, ut tu cum tuis herbis poſt octo dies moriaris, & ita fiet. Reſpondit Agapetus: Te eſſe ſcio Armenum, erroreſque ejus nationis ſequi: age ergo, ut ſi ego vixero adhuc tres menſes, tu fias orthodoxus. Annuit Armenus & abſceſſit. Agapetus vero integros tres menſes quum vixiſſet, ſancte & pacifice quievit in Domino. Armenus ille tactus ſtimulo conſcientiæ, ſuſcepit habitum monaſticum, clauſitque diem extremum in monaſterio Pieczarenſi. Obiit hic Sanctus anno 1095. „. Hactenus Culcinius ex Anthologio.

Tabulæ noſtræ Capponianæ repræſentant primo *Juſtinum* cum epigraphe *Sviatiy Juſtin*: deinde duos alios, unum ut videtur marem, alteram feminam, cum epigraphe itidem *Sviatiy Juſtin*. Ita ut Pictor iſte alludat ad Juſtinum Philoſophum primo loco appoſitum, & ad *Juſtinum* alterum cum ſociis, in quibus *Charito* femina. At Papebrochianæ ſolum exhibent *Juſtinum* Philoſophum, & poſt hunc repræſentant *Monachum* cum epigraphe *Dionyſiy*, ideſt *Dionyſius*: quem Culcinius quidem pro *Agapeto* poſitum autumat; at in Menologio Slavico-Ruſſico vetuſtiſſimæ impreſſionis, collato cum Synaxariis MSS., ac præſertim in eo, quod anno Mundi 7187. ſecundum Moſchos, anno autem Chriſti ſecundum nos 1679. Indict. 2. menſe Auguſto prodiit Moſcuæ ſub magno Duce Theodoro Alexiade & Patriarcha Joachimo, adhuc vivente, Daniel Papebrochius

Digitized by Google

Tom. 1. Jun. p. 135. n. 2. aſſerit: „ In Menologio quidem illo, „ quod D. Joannes Gabriel Baro de Sparvvenſeld Bollandianis „ reliquerat, ad Kalend. Junii poſt Juſtini memoriam ſequi „ commemorationem Sancti ac Beati Agapiti medici, non cu- „ pidi vindictæ, Patſchiurici, qui vixit anno 1095. „. Poſt Agapitum autem in eodem illo Menologio; in altero vero, quod P. Georgius David Soc. Jeſu evolverat, ante Agapitum indicatur *B. P. N. Dionyſii*, *Gluſchinici*, *vel Hluſtinenſis*, *Thaumaturgi*. „ De cujus ætate (inquit Papebroch. loc. cit. num. 3.) „ virtutibus, miraculis, plura extare exiſtimo, & aliquando „ obtinenda ſpero „. Idem Papebrochius de Agapito ſuperius dixerat. „ Georgius David eundem in ſuo Synaxario ponit „ non primo, ſed ſecundo poſt Juſtinum loco, cum ſolo titulo „ *Monachi Peczerienſis*. Impreſſa utrique Juſtino ſubjungunt „ ſolum *Agapitum*: in cujus elogio, vereor, ne vocabulum „ aliquod Ruthenicum, ad *vindictam* & *mercedem* ſignifican- „ dam ambiguum, qualis eſt in ſcripturis vox *Retributio*, In- „ terpretem fefellerit, ut *vindictæ non cupidum* ſcriberet, „ quem præſtitiſſet dicere *non cupidum mercedis*: hæc enim „ Sanctis Medicis paſſim apud Græcos laus datur, quod gratis „ curarint, unde & Ἀνάργυροι, *argentum non capientes*, co- „ gnominantur *SS. Coſmas & Damianus* „. Verum, ſi Papebrochius Synaxarium Agapeti ſupra a nobis deſcriptum legiſſet, interpretationem illam, *vindictæ non cupidum*, in dubium non revocaſſet: refertur enim ad factum illius Medici Armeni, quod ibi fuſe narratur. Quod demum *Patſchiurici* titulum attinet, is a Monaſterii *Pieczarienſis* nomine deſumtus eſt, quod nimirum *Pieczarienſe*, & *Cryptenſe* dicitur; eſtque primarium gentis prope Kioviam Monaſterium.

II.

S. Nicephorus Patriarcha.

Kalendarium Moſcoviticum: *Nikiphora Patr. Nicephori Patriarchæ*. Slavicus noſter: *S. Nicephori Patriarchæ Czarigradæ*, ideſt, Regiæ urbis, *& S. Eraſmi Epiſcopi*. Vaticanus Ruthenicus primus: *Nicephori Patriarchæ*. Secundus vacat. Poſſevinus: *S. Patris Nicephori*. Papebrochius: *Nicephorus*, *Joannes*. Acta Sancti Nicephori Patriarchæ Conſtantinopolitani dedimus ſupra ad 13. Martii, quo die & a Latinis colitur, & a Græcis *Translatio Corporis ejus* celebratur. Ad hanc vero

Digitized by Google

diem 2. Junii a Græcis recolitur ejus *Depoſitio* cum officio, Synaxario, & hoc hexametro:

Δωτερίῃ Νικηφόρος εἰς ἐδὲμ ἔυρατο μοίρην

Sortem dein reperit Nicephorus in Paradiſo.

Menologium Baſilianum: ,, Nicephorus, Theodorum & Eu-
,, dociam parentes habuit, quum & ipſe (ſicut fuerat pater)
,, Subſcriptor eſſet: abdicata dignitate, Propontidem urbis
,, contendit: ubi Deo ſibique vacans, magnam virtutem ade-
,, ptus, poſt Beatiſſimi Patriarchæ Taraſii obitum, Nicephoro
,, Imperatore Stauracii patre, Conſtantinopolitanus Patriar-
,, cha ordinatus fuit: vixitque uſque ad Imperium Leonis Ico-
,, nomachi, a quo in exilium miſſus, & in carcerem conjectus,
,, ad Dominum migravit, quum annos 70. vixiſſet, quorum 9.
,, in Pontificatu, in exilio 13. exegit.

Eraſmi Epiſcopi nulla, quod ſciam, apud Græcos mentio, præter vetuſtiſſimum noſtrum Codicem Slavicum. In Martyrologio Romano colitur hac ipſa die cum hoc elogio: ,, In
,, Campania Sancti Eraſmi Epiſcopi & Martyris, qui ſub Dio-
,, cletiano Auguſto primum plumbatis cæſus, deinde fuſtibus
,, graviter mactatus, poſt reſina, ſulphure, plumbo, pice,
,, cera, oleoque perfuſus, illæſus apparuit: deinde Formiis
,, ſub Maximiano diverſis atque immaniſſimis ſuppliciis iterum
,, cruciatus, ſed ad confirmandum ceteros a Deo ſervatus;
,, tandem vocante Domino, martyrio clarus, ſancto fine quie-
,, vit: cujus Corpus Cajetam poſtea translatum eſt ,,. Marmor Neapolitatum ad 2. Junii: *P. S. Eraſmi. Marc. & Petri*, ideſt, *Paſſio Sancti Eraſmi Martyris, & Petri atque Marcellini.* De his duobus poſtremis noſter Codex ſilet. Silent & Menæa Græca. *Sancti Eraſmi* Acta jam olim Mombritius, mox & Surius ediderant, quæ poſtremo Henſchenius cum MSS. quotquot aſſequi potuit, & editis collata in alterum Junii diem intulit: Initium Tom. I. Jun. pag. 213. ,, Facta eſt perſecutio Chri-
,, ſtianorum a Diocletiano Imp. ut ſi quis inventus fuiſſet, qui
,, non ſacrificaret Diis, multis interiret ſuppliciis. Hoc au-
,, diens Beatus Eraſmus, eremum petivit annis ſeptem, ubi mul-
,, ta mirabilia fecit, in monte qui dicitur Libanus, die ac no-
,, cte Dominum deprecans. *Et poſt pauca.* Et facta eſt ad eum
,, vox de cælo dicens: Eraſme, deſcende ad tuam civitatem.
,, Et ſtatim ſurrexit, & deſcendit in civitatem Antiochiam ,,.

Hinc

Digitized by Google

Hinc ortu aut origine Antiochenus habetur, & per annos ſeptem, Libani montis incola. Eadem Acta Græce habentur in MS. Cod. Vat. 866. Alia copioſiori phraſi compoſuit Gelaſius Papa Secundus, quum adhuc eſſet Jo. Cajetanus Sacri montis Caſini Monachus & Subdiaconus, eaque avunculo item Joanni dedicavit, quæ Romæ unacum Vita Auctoris excuſa ann. 1638. legi poſſunt. Simili modo Michael monachus in Sanctuario Capuano pag. 510. allegat aliqua Acta hoc exordio: *Triumphales victorias*, quæ Bollandianis nepos ejus ex ſorore Silveſter Ajoſſa ſubmiſit. Mazochius ex antiquo Breviario Capuano, ad diem Junii ſecundam, prima Lectione comprehenſa (nam ſequentes duæ ſunt de SS. Marcellino & Petro) evulgavit pag. 484. in hæc verba. „ Beatus Eraſmus Epiſcopus, perſecutionem in „ Chriſtianos ſæviſſimam expaveſcens, quum per ſeptem an„ nos in monte Libano, corvis eſcam ſibi, divino nutu, mini„ ſtrantibus, latitaſſet, ad patriam Antiochiam eſt reverſus. „ Qui tentus a Diocleziano (*a*) diverſis tormentis affligitur, „ & immenſo ferri pondere conſtrictus, in obſcuriſſimo carce„ re retruditur. Unde ab Angelo ereptus, Campaniam per„ venit. Ubi quum plurimos jam credentes confirmaſſet, mul„ toſque ad Deum convertens, unda ſacri Baptiſmatis purifi„ caſſet; vocante Domino, martyrio clarus, ſancto fine quie„ vit„. Cujuſnam civitatis Epiſcopus fuerit, in Actis non exprimitur. In Phœnice proculdubio, aut in Cœle Syria Epiſcopatum habuit, quum Antiochiam patriam habuerit, & mota perſecutione, in montem Libanum ſeceſſerit. De ſacris ejus Reliquiis, vide adnotata a Baronio, & a Bollandianis. Mazochius poſt Acta ſubjungit pag. 485. „ Nec illud porro diſſimulave„ rim, quod Græci in Baſilii Menologio ad finem diei x. Maji, „ quemdam Martyrem *Eraſmum* ponunt, quatuordecim ſocio„ rum commilitio celebrem, quos Puteolis obtruncatos nar„ rant. Locus ſic habet. ἐν Ποτιόλοις ἀπήχθησαν &c. *Puteolos* „ *abducuntur, ubi Eraſmus cum cæteris* 14. *obtruncatus fuit*. „ Sed utrum is cum hodierno aliquid commune habere poſſit, „ doctiores viderint„. Verum Acta utriuſque Eraſmi ſunt valde inter ſe diverſa. Nam noſter Eraſmus eſt Epiſcopus, patria Antiochenus, montis Libani per ſeptennium incola, Antio-

Eee 2

a Hoc eſt, ex vi Edicti Diocletianei comprehenſus. Non ab ipſo Diocletiano præſente ac pro tribunali ſedente, ſed a rectore provinciæ. Mazoch. in not.

tiochiam regreſſus, ſub Diocletiano ibi paſſus, inde in Campaniam appulſus, & Formiis mortuus. At vero Eraſmus alter, qui die x. Maji in Menologio Baſiliano colitur, neque Epiſcopus fuit, neque è Syria oriundus, ſed in Italia a Præfecto comprehenſus, Romamque unacum Alphæo, Philadelpho, Cyrino, Oneſimo, , & aliis quatuordecim, vinculis conſtrictus, miſſus ad Licinium, & a Licinio traditus Diomedi Præfecto, Puteolos abductus, ipſe quidem unacum Oneſimo ibi martyrium conſummaſſe dicitur; at vero tres alii, Alphæus ſcilicet, Philadelphus, & Cyrinus fratres, filii Vitalii regionis cujuſdam in Italia Præfecti, in Siciliam abducti, ibidem cæſi perhibentur. In Menæis Græcis *Eraſmi nomen* ſilentio premitur. Martyrologium Romanum ſolos *Alphæum*, *Philadelphum*, & *Cyrinum* memorat: de Oneſimo, & Eraſmo ne verbum quidem facit. Baronius in notis ad x. Maji, errorem in eorum Actis irrepſiſſe dicit, quæ eos paſſos ſub *Licinio Imp.* habent, quum Licinio ea aptari non poſſint quæ ibi narrantur, ſed potius *Decio*.

Papebrochius ad 2. Junii Moſchorum figurati, de *Joanne* qui *Nicephoro Patriarchæ* adjungitur: „ Æque (inquit) ac „ prior Dionyſius ignotus mihi: & tamen veſtitus forma non „ præfert Indigenam, ſed ex veteribus & apud Græcos cultis „ aliquem „. Culcinius quoque pag. 84. „ De Joanne Mar„ tyre, qui additur hac die Nicephoro Patriarchæ, nil habent „ mei Libri, & cujuſnam ipſe ſit, prorſus ignoro; nec putarem „ eum inter indigenas connumerandum, quum forſan ſpectet „ ad Faſtos Græcorum „. Idem tamen Papebrochius ex Menologio Sparwenfeldii, de quo pridie dixi, poſtea didicit, hunc eſſe Joannem, de quo poſt memoriam duplicis Sancti Juſtini a Græcis acceptam ad 2. Junii ſic legitur: „ Item S. Mega„ lo Martyris Joannis novi, paſſi Bielogoradii „. Eſt autem Bielogoradium præcipuum oppidum *Beſſarabiæ*, ipſius Tyræ vulgo *Nieſter* fluvii oſtio adſitum, quod oppidum Moſchis *Belogorod*, Polonis *Bialogrod*, Slavis *Belgrado*, Turcis *Ac Kirmen*, Valachis *Moncaſtro*, Græcis *Aſprocaſtron*, ideſt *Album caſtrum* dicitur: unde & ipſa quoque regiuncula tota *Bialogrodenſis Tartaria* ſæpe nuncupatur, quam regionem anno 1484. Bajazetes Turcorum Sultanus, teſte Mathia de Michovia lib. 4. cap. 73. expugnavit. Exiſtimat autem Papebrochius, *Joannem* hunc Martyrem non ſolum martyrio & cultu, ſed etiam nativitate, vel

Digitized by Google

vel ſaltem commoratione *Bialogradenſem* fuiſſe, quum adhuc Beſſarabia tota, & quidquid intra Boryſthenem atque Danubium Euxino Ponto adjacet regionum, Ruſſorum jam Chriſtianorum nomine & imperio continebatur: Sæculo autem XII. vel XIII. accidiſſe, ut Lithuani adhuc gentiles, vel etiam Crimenſes Tartari (ambo enim Ruſſorum hoſtes fere continui fuerunt ab illo tempore) facta incurſione *Bialogradum* occuparint; ibique repertum *Joannem* excarnificarint, multo prius, quam ea regio Ruſſis ademta, Tartaris cederet in poſſeſſionem.

Pergit porro idem Auctor ad 2. Junii pag. 264. num. 5. occaſione hujus *Joannis Megalomartyris*, quædam attexens ex Gallica relatione Guillelmi Le Vaſſeur Domini de Beauplan, Tom. 2. Atlantis Blaviani lib. 5. in hæc verba Latine reddita.
„ Deſcribitur ibi *vicus Pieczari*, dimidio infra Kioviam milliario ſitus, cum clauſtro, in quo Archimandrita *totius* Ruſſiæ, ordinariam; Metropolita vero, honorariam habet ſedem. Ibi (*inquit*) ſubtus montem clauſtro vicinum reperire eſt cavernas plurimas, plenas cadaveribus, ultra mille ac quingentos annos ſepultis, necdum tamen diſſolutis. *Tum addit hæc*. Dicitur paſſim, cavernas haſce a priſcis Chriſtianis, gentilitiæ violentiæ ſe ſubducentibus, Deoque vero quiete ſervituris conditas (*a*) eſſe, habitataſque Eremitis. Ibidem videre eſt (inquit Auctor) cadaver Sancti cujuſpiam Joannis integrum ad lumbos uſque conſpicuum; inferior enim pars infoſſa eſt terræ, ut videri nequeat. Hujus loci Monachi referebant, dictum Sanctum Joannem præciſo obitus ſui tempore manibus ſuis effodiſſe foveam corpuſculo ſuo condendo aptam, non in longum quidem more conſueto, ſed profundum verſus: quumque adſtantibus Fratribus ultimum vale dixiſſet, in eam ſeſe dimiſiſſe. Dei vero nutu factum, ne „ totum

a Papebrochius plus juſto credulus ſubjungit intra parentheſim hanc obſervationem: „ Neque id diſſimile vero videbitur conſideranti Romanum Imperium uſque „ ad Boryſthenem extenſum illuc uſque, etiam ſenſiſſe ferociam perſequentium Chriſtianos. Et mox. Uti ex ſimili occaſione iiſdem *Eremitis* fuerunt habitata deſerta „ Ægypti extremæque Thebaidis „. Atqui nulla extant documenta Græcorum vel aliorum quibus conſtet, Chriſtianam ibi Religionem ante Olgam, & Uladimirum Ruſſorum Duces, & ante tempora S. Ignatii Patriarchæ Conſtantinopolitani, cultam fuiſſe. E contrario ex monumentis Ruſſorum authenticis conſtat, Sanctum Antonium Abbatem ſub Uladimiro Duce monaſticam vitam in illis Cryptis Pieczarenſibus omnium primum inſtituiſſe. Vide obſervata ad Vitam S. Antonii, & S. Theodoſii, & aliorum Hegumenorum & Monachorum Cryptenſium. Non igitur ante annum Chriſti circiter 1060. in Cryptis illis corpora Monachorum & aliorum Fidelium ſepeliri cœpta ſunt.

Digitized by Google

„ totum corpus, quamvis ſatis foſſæ eſſet, terræ immergere„ tur, ſed ut dimidium ſaltem extaret, velut ad prærogativam „ ſanctitatis„. His ſubdit Papebrochius: „ De hujus ætate „ & vita, operæ pretium fuerit certiora doceri; & num forte „ is ille ſit, cujus Georgius David ad diem IX. Novembris re„ perit in illius gentis Synaxario memoriam his verbis: *Et Ve*„ *nerabilis Patris noſtri Joannis Kolova* „. Atqui hæc Papebrochii ſuſpicio eſt dupliciter fallax: primum quidem, quia *Joannes Kolova*, cujus in Synaxario Ruſſorum fit ad 9. Novembris memoria, idem ipſe eſt ac *Joannes Colobus*, Ægyptius monachus, quem Græci ad eandem diem IX. Novembris colunt, hoc titulo: *τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Κολοβοῦ*, *S. P. N. Joannis Colobi*. Deinde *Joannes* ille, cujus corpus in cryptis Kiovienſibus ſeu Pieczarenſibus deſcribitur, non alius mihi videtur a *S. Joanne*, quem *Patientem* vocat Culcinius, quique a Ruſſis ad diem XVIII. Julii commemoratur, quemadmodum ex ejus Vita a nobis infra recitanda palam fiet.

III.

MARTYR LUCILLIANUS.

Kalendarium Moſcovit. *Muc. Lukilliana*, *Martyris Lucilliani*. Poſſevinus perperam: *S. Mart. Luciani*, pro, *Lucilliani*. Vaticanus Ruthenicus uterque, & Slavicus noſter vacant. Marmor Neapolitanum: III. *P. S. Lucianu*. Solemne eſt enim huic Marmori juxta cum omnibus ævi ſequioris Scriptoribus nomina diminutiva cum primitivis alterna facere: verba hæc ſunt cl. Mazochii ad 2. Junii pag. 512. Papebrochius: *Lucillianus*. *Paula*. De quibus hæc Martyrologium Romanum ad 3. Junii. „ Conſtantinopoli SS. Martyrum Lucilliani, & „ quatuor puerorum Claudii, Hypatii, Pauli, & Dionyſii: cum „ quibus Lucillianus ex Sacerdote Idolorum Chriſtianus factus, „ poſt varia tormenta in fornacem injectus eſt; ſed flamma im„ bre extincta, omnes illæſi evaſerunt: denique ipſe cruci affi„ xus, pueri autem gladio obtruncati, ſub Silvano Præſide „ conſummati ſunt. Ibidem Sanctæ Paulæ Virginis & Mart. „ quæ quum prædictorum Martyrum ſanguinem colligeret, „ comprehenſa, virgis cæſa, & in ignem conjecta, ſed libera„ ta, demum & ipſa eodem loco, ubi Sanctus Lucillianus cru„ cifixus fuerat, decollata eſt „. Menæa Græca: *τοῦ ἁγίου* Μάρτ. Λουκιλλιανοῦ, Παύλης, *καὶ τῶν σὺν αὐτῷ νηπίων Ὑπατίου*, Παύλου,

καὶ

καὶ Διονυσίου, *S. Martyris Lucilliani, Paulæ, & ſociorum eorum, puerorum, Hypatii, Pauli, & Dionyſii*, cum officio, & Synaxario in utroque Menologio; quod Synaxarium Græce & Latine vide in Actis Sanctorum Tom. 1. Junii pag. 274. Ephemerides Metricæ.

Τῇ δὲ τρίτῃ Λουκιλλιανὸς σταυρῷ τετάνυστο.

In cruce ſuſpendit lux tertia Lucillianum.

Papebr. *Relatus eſt in hodiernum Romanum cum quatuor pueris, ſimul paſſis Byzantii, ipſe Presbyter*. Non fuit *Presbyter* Lucillianus: ſed antea *idolorum Sacerdos*, poſtea *Chriſtianus, & Martyr*. Ita habent Menæa & Acta. Nam quæ in Actis num. 2. de eo dicuntur, *Lucillianus ſub ignorantiæ modio abſcondens ſplendorem animæ ſuæ, poſtea vero Sacerdos gratiæ effectus, radiis fidei ſuæ illuminavit mundum univerſum*; hæc, inquam, Metaphorice dumtaxat ſunt accipienda, quo pacto de omnibus Chriſti fidelibus illud pronunciatur, *gens ſancta, regale Sacerdotium*. Feſellit doctum virum pictor Moſchus, qui Lucillianum cum habitu Sacerdotali exhibuit, librum clauſum læva ad pectus tenentem. Errat quoque Synaxarii Menæorum auctor, dum pro Silvano præſide ſcribit *Libanium*, & pro *quatuor pueris Claudio, Hypatio, Paulo, & Dionyſio*, tres tantum habet pueros, *Hypatium, Paulum, & Dionyſium*. Decipitur demum Falconius, dum pag. 100. ad 3. Junii, pro Hypatio, *Hyperium* obtrudit, & *Paulum* eundem eſſe putat cum *Paula* Virg. & mart. „ Encomium ejus aliquod [inquit Papebr. ad Jun. Græ-
„ cor. metricum] ſcripſit Photius Scevophylax SS. Apoſtolo-
„ rum & Logotheta, quod vidit Allatius, & nobis adhuc de-
„ eſſe querimur „. At Conradus Janningus Papebrochii querelis fecit ſatis. Nam vitam S. Lucilliani, *auctore Photio Scevophylace & Logotheta SS. Apoſtolorum* Græce & Latine ex MS. Cod. Vaticano edidit ad 2. Jun. pag. 276. Init. πάλαι μὲν ἐγκωμιάζειν τὰς τοῦ μεγίστου Μάρτυρος Λουκιλλιανοῦ ἀριστείας ἐφιέμενος. *Olim incenſus cupidine laudandi præclara eximii Lucilliani geſta*. Aliam vitam eorumdem *SS. Lucilliani & Sociorum* incerto Auctore indicat Leo Allatius in Diatr. de Simeonum ſcriptis pag. 119. cum hoc exordio: Βασιλεύοντος Αὐρηλιανοῦ ἦν ἀτροισμὸς μέγας τῶν Χριστιανῶν ἐν τῇ Νικομηδέων πόλει. Fabricius To. 9. Bibl. Græc. pag. 107. „ Hoc martyrium [inquit] conſequi ſe
„ non potuiſſe dolet Papebrochius, quem vide Tom. 1.

Actor.

Actor. Junii pag. 276. „ Non is eſt Papebrochius ; ſed Conradus Janningus , cujus verba loc. cit. ſunt hæc : „ Sed illam ha-
„ ctenus nanciſci non potuimus .

IV.

Metrophanes Patriarcha .

Kalend. Moſcovit. *Sviatago Mitrophana* , *S. Metrophanis* . Poſſev. *S. Patris Metrophonii* , pro , Metrophanis . Vaticanus Ruthenicus uterque vacat . Slavicus noſter : *S. P. N. Metrophanis Archiep. Conſtantinopolitani* , ideſt, *Zarigrada* , Regiæ urbis. Marmor Neapolit. IV. *Nt. S. Mitrophani Epiſcopi* . Papebroch. *Metrophanes* . Menæa , τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν Μητροφάνους Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως , *S.P. N. Metrophanis Patriarchæ Conſtantinopoleos* , cum officio & Synaxario in utroque Menol. Ephemerides Metricæ .

Μητροφάνης δὲ τετάρτῃ ἔδυ χθόνα βωτιάνειραν.

Metrophanes quarta ſub terram conditur almam .

Martyr. Rom. ad IV. Junii . „ *Conſtantinopoli S. Metrophanis Epiſcopi & Confeſſoris inſignis* . Menol. Baſilii . „ S.P. N. Me-
„ trophanes , magni Conſtantini ætate , fuit Byzantii Epiſco-
„ pus , Probi Imperatoris conſanguineus . Poſtquam vero Ma-
„ gnus Conſtantinus Byzantii ædificia ampliaſſet , ad Patriar-
„ chalem dignitatem provectus eſt , ſecundum a Romano lo-
„ cum obtinens . Congregata vero prima Nicææ Synodo , Me-
„ trophanes Patriarcha ob ſenectutem atque ægritudinem de-
„ fectus viribus , Alexandrum primum Presbyterum , quem &
„ ſuum ſucceſſorem nominarat, vices ſuas in Concilio geſturum
„ deſtinavit . Poſtquam vero Imperator & ſancta Synodus re-
„ diere , quum Alexandrum primum , & Paulum Confeſſorem
„ ſecundum ſibi ſucceſſorem ſuffragio ſuo deſignaſſet , Impera-
„ tori & Synodo bona adprecatus , requievit . Ejus vero reli-
„ quiæ in ipſius ædibus depoſitæ fuere „ . In Synax. Chiffletiano , dicitur *filius Dometii* , *qui frater extitit Imperatoris Probi* , *genuitque filios duos* , *Probum & Metrophanem* . Subjungit .
„ Erat Dometius moderatus ac prudens : unde conſiderans Ido-
„ lorum cultum falſum erroneumque eſſe , ad fidem Chriſtia-
„ nam accedens , baptizatus eſt , ac Byzantium profectus , fa-
„ miliaritatem contraxit cum Tito , iſtius urbis Epiſcopo , viro
„ ſancto & Dei pleno , a quo & in ordinem Clericorum adſci-
„ tus , poſt mortem ejus , Cathedram Epiſcopalem accepit .
„ Do-

Digitized by Google

„ Dometio ſucceſſit Probus (*a*) filius, & quum annos XII. „ Eccleſiam illam rexiſſet, migravit ad Dominum. Statimque „ Metrophanes, Probi frater, Dometii filius, Patriarchalem „ aſcendit Sedem. *Cetera fere ut in Baſiliano*. *Et in fine*: Ce- „ lebratur ejus feſtum in SSma magna Eccleſia, in veneranda „ ipſius æde, quæ prope S. Acacii megalomartyris ſita eſt, in „ Heptaſcalo „: qua de Eccleſia vide Cangium in Conſtantinopoli Chriſtiana num. LXIV. edit. Reg. pag. 129. Hanc Epiſcoporum Byzantinorum ſeriem merito rejicit Conradus Janningus Comment. in S. Metrophanem ad 4. Jun. pag. 391. §. V. ubi oſtendit „ Epiſcopos fuiſſe ante Metrophanem, non probari „ auctoritate Nicephororum, ſive Patriarchæ, ſive Calliſti, „ Pſeudo Dorotheum ſecutorum „: & §. VI. pag. 393. *Primum Byzantii fuiſſe Epiſcopum Metrophanem*. Chronicon Paſchale: *Byzantinæ*, ait, *Eccleſiæ primus præeſt Metrophanes annos x*. Nimirum, uti cl. Mazochius pag. 513. interpretatur, ab anno 315. ad annum 325. quo Synodus Nicæna coivit, adhuc Metrophane in vivis agente, qui ſenio & infirmitate præpeditus, quum ei Synodo per ſe ipſum adeſſe nequiret, Alexandrum Presbyterum ſuo loco miſit, ac veriſimillime eodem anno ex humanis ſublatus fuit, Alexandrum ſucceſſorem relinquens. In Marmore Neapolitano bis colitur Metrophanes: nimirum die IV. *Januarii*: *Nt. S. Metrophani Pat. Con.* ideſt, *Patriarchæ Conſtantinopolitani*. Et IV. Junii, ut ſupra. Mazochius: „ Ubi „ & Patriarchæ Conſtantinopolitani titulo decoratur non ſecus „ ac Græci in ſuis officiorum libris faciunt; κατὰ πρόληψιν ſcilicet, quum ceteroqui nondum Conſtantinopolis eſſet, ſed „ Byzantium, multo autem minus ejus Epiſcopus Patriarchali „ dignitate ornaretur. Ac de hodierno quidem die (4. Junii) „ nihil eſt mirandum, in quem, uti dixi, diem & Græci & „ Ægyptii & totus Oriens conſentit; quum cæteroqui in Occi- „ dente altum de Metrophane ſilentium fuerit, niſi tantum in „ quibuſdam Uſuardi auctariis ætatis ultimæ, & hodierno Ro- „ mano. Verum cur idem Metrophanes a noſtris (*Neapolitanis*) ſingulari exemplo etiam die IV. Januarii colebatur? „ non alia certe de cauſa, niſi aut Translationis reliquiarum eo

a In Menæis pro *Probus Dometii filius* perperam legitur, Probus ὁ υἱὸς τοῦ Βασιλέως. *filius Imperatoris*.

„ die huc aliquando factæ, aut dedicationis Eccleſiæ ſub ejus „ nomine, ut in loco diximus.

Habetur mentio de S. Metrophane in oratione de SS. Patribus Nicænæ Synodi, quam recitat Metaphraſtes VI. Idus Julii, & Lipomanus Latine redditam Tom. VI. & ex illo Surius X. Julii. Init. *πείθεσθαι τοῖς ἡγουμένοις ἐκ τῆς Ἀποστολικῆς ἐπιτραπεὶς παραινέσεως.* eſtque eadem (uti notat Janningus p. 385. num. 4.) cum illa, quam Græco Latine repoſuit Combefiſius in novo Auctario Bibliothecæ Patrum Græcorum Tom. 2. col. 573. ſub hoc titulo: *Τὰ πραχθέντα ἐν Νικαίᾳ παρὰ τῆς Συνόδου ἐπὶ καθαιρέσει Ἀρείου.* „ Acta Nicææ a Synodo in cauſa depoſitionis „ Arii &c. Combefiſiana hæc editio vix ac ne vix quidem, quoad „ Græcum Textum, differt ab antiquiore Photiana, niſi quod „ ſolum titulum, qui apud Photium talis legitur Cod. CCLVI.: *πολιτεία τῶν ἁγίων πατέρων Μητροφάνους καὶ Ἀλεξάνδρου, ἐν ᾗ καὶ ὁ βίος Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου Βασιλέως:* „ Converſatio SS. Pa„ trum Metrophanis & Alexandri, in qua & vita Conſtantini „ Magni Imperatoris. Utraque hac oratione prolixior extat „ alia in Vat. Cod. ſignato 1667. quam inde deſcriptam habe„ mus cum hoc præfixo titulo. *Βίος καὶ πολιτεία τῶν ἁγίων πα„ τέρων καὶ Ἐπισκόπων γενομένων ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ καὶ Βασι„ λίδι πόλει Μητροφάνους καὶ Ἀλεξάνδρου, ἐν ταύτῃ δὲ καὶ ὁ βίος „ τοῦ Εὐσεβοῦς Κωνσταντίνου γενομένου Βασιλέως ἡμῶν.* Vita & vi„ vendi modus SS. Patrum, & Epiſcoporum hujuſce a Deo con„ ſervatæ & regiæ civitatis, Metrophanis & Alexandri. Ibidem „ legitur etiam vita pii Imperatoris noſtri Conſtantini „. Eadem an diverſa ſit hæc Metrophanis & Alexandri Epiſcoporum vita ab illa, cujus initium: *ἐννεακαιδεκάτῳ ἔτει τῆς Διοκλητιανοῦ Βασιλείας:* confer Photium Cod. 256. Vaticanum Cod. 1667. ſed & Tillemontium Tom. 7. pag. 657.

V.

S. DOROTHEUS TYRIUS.

Kalend. Moſcov. Σβ. Δωρόθεα, *S. Dorothei*. Poſſevin. *S. Patris Dorothei*. Ambo Vaticani cum noſtro Slavico vacant. Papebr. *Dorotheus*. Menæa: *τοῦ ἁγίου* Ἱερομάρτυρος Δωροθέου Ἐπισκόπου Τύρου, *Sancti Sacromartyris Dorothei, Epiſcopi Tyri*, cum

eum officio & Synaxario in utroque Menol. Ephemerides metricæ.

Πέμπτῃ Δωροθέοιο δέμας πλήγαισι δαμάσθη.

Dorothei quinta ſubiguntur membra flagellis.

Hic Dorotheus in Martyr. Rom. ad v. Junii *Presbyter*, non *Epiſcopus* Tyri dicitur, hoc elogio: „ Tyri Sancti Dorothei Presbyteri, qui ſub Diocletiano multa paſſus, & uſque ad Juliani „ tempora ſuperſtes, ſub eo annum agens ſeptimum ſupra centeſimum, venerandam ſenectam martyrio nuncupavit „. Baronius eum fuiſſe Presbyterum, non Epiſcopum Tyrium, ex Euſebio lib. 7. cap. 26. oſtendere conatur, quumque eidem abjudicaſſet Synopſim illam quæ *Dorotheo* inſcribitur „ De Dorotheo (inquit) Presbytero & Mart., de quo hic agitur, eadem „ fere, quæ in Romano Martyrologio recitantur, fuſius ſcripta „ legimus in Chron. Anaſtaſii Bibliothecarii, quod manuſcriptum accommodatum nobis fuit ab Illuſtriſſimo ac Reverendiſſimo Card. Sirleto, ubi Edeſsæ in Syria eum ſub Juliano „ Apoſtata martyrium conſummaſſe, centeſimum quintum annum agentem, idem teſtatur auctor „. Verum Henſchenius ad 5. Junii pag. 435. recitatis Euſebii verbis, clare demonſtrat, Dorotheum, de quo Euſebius loquitur, alium fuiſſe a Dorotheo Tyri Epiſcopo. Euſebianus enim Dorotheus *Antiochenus Presbyter* fuit: Sanctus iſte, *Tyri in Phœnice* Epiſcopus. Ille ad linguam Græcam adjunxit *Hebraicam*, hic *Latinam*. Ille ante ſacros ordines Diocletiano Imperatori gratus, ab eodem ad Præfecturam purpurariam promotus eſt: hic pluribus ſub Diocletiano exantlatis malis, exilium & tormenta perpeſſus. Ille nuſquam appellatur *Sanctus*: appellatur iſte; ille denique videtur in Eccleſia Antiochena, cui miniſtrabat, obiiſſe: hic *Odyſſopoli* in Thracia paſſus eſt. Præterea Acta illa, quæ Baronius ſibi a Card. Sirleto commodata teſtatur, quæque ad Anaſtaſium Bibliothecarium referuntur, non *Edeſſæ in Syria*, ſed *Odyſſopoli* in Thracia, Dorotheum paſſum perhibent, neque eum *Presbyterum*, ſed *Epiſcopum Tyri* diſerte appellant. En ejus verba, „ Tunc & Dorotheus Epiſcopus Tyri, qui multa ſub Diocletiano mala perpeſſus, exilia & tormenta pertulerat, pollebat, „ numeroſa ſcripta conficiens Latina ſimul & Græca: utriuſque „ nimirum dictionis non modicam experientiam conſecutus, „ & multarum per ingenium rerum gnarus effectus. Hic diligenter

„ genter etiam ſuper Epiſcopis Byzantii ac aliorum multorum „ locorum hiſtoriam texuit: qui & in Synodo repertus eſt, & „ ad propriam Parochiam remeans, perduravit uſque ad refugam Julianum. Et quoniam non manifeſte, ſed occulte per „ Judices, execrabilis vir in Chriſtianos debacchabatur, iterum B. Dorotheus pergit Odyſſopolim: ubi & comprehenſus a judicibus Juliani, multiſque affectus verberibus, in ſuprema ſenectute pro Chriſti confeſſione ſuppliciis obit, quum „ jam centum & ſeptem annorum eſſet „. Quæ ſunt ex S. Theophane verbatim deſcripta, qui quum de Concilio primo œcumenico Nicææ habito egiſſet, ſub finem anni 325. hoc ipſum de S. Dorotheo Tyri Epiſcopo habet: iterumque de Juliani apoſtatæ perſecutione loquens, de ipſo addit: „ Dorotheum, Tyri „ Præſulem, multis certaminibus præclarum, variarum Eccleſiæ hiſtoriarum ſcriptorem, dicendi peritia præſtantem, eum, „ inquam, qui Confeſſoris nomen ſub Diocletiano, & Licinii „ rurſum temporibus, fuerat adeptus, ſecundo demum Imperii prævaricatoris anno, quum magiſtratus ab eo miſſi privatam vitam agentem Odyſſopoli offendiſſent, centum & ſeptem annos provectum, verberibus & contumeliis ob Chriſti fidem obrutum, letho dederunt „. Eadem leguntur in Menæis in Synaxario: necnon in Menol. Baſilii ad IX. Octobris Tom. I. pag. 105. quæ duo Synaxaria leguntur ad V. Junii in Actis Sanctor. pag. 434. Janningus, præter hunc S. Dorotheum Tyri Epiſcopum & Martyrem, & præter Presbyterum Antiochenum, & Pſeudo Dorotheum ab ipſo diſtinctos, diſtinguit etiam tres alios ejuſdem nominis Dorotheos, *Thebarum* unum, *Archimandritam* alterum, tertium *Juniorem* cognominatum. *Dorothei* junioris vita, auctore Jo: Euchaitenſium Metropolita: *οὐ παλαιοῖς ἄρα μόνον, ἀλλὰ καὶ καινοῖς διηγήμασιν ἔδει κοσμηθῆναι τὸν πόντον.* Vita S. Dorothei Thebani auctore Palladio Epiſcopo Helenopolitano, Tom. I. Jun. pag. 596. Vita S. Dorothei Archimandritæ, Ibid. pag. 596. & ſeqq.

VI.

Bessarion. Hilarion.

Uterque Vaticanus Ruthenicus cum noſtro Slavico vacant diebus 5. 6. & 7. Junii. Kalend. Moſcov. *Prep. Biſariona*, *Sancti Beſſarionis*. Poſſev. perperam, *S. Patris Vicarii*, pro *Beſſa-*

Digitized by Google

Beſſarionis. Papebroch. *Marcianus*. *Hilarion*. *Beſſarion*. Ephemerides Metricæ.

Βῆ δ' ἐν ὄλυμπον Ἱλαρίωνος κέαρ ἄγνον ἐν ἕκτῃ.

Cor mundum ſexta petit Hilarionis Olympum.

Menæa ad VI. Jun. τῦ ὁσίυ πρς ἡμῶν Ἱλαρίωνος τῦ νέυ ἡγυμένυ Δαλμάτων. *S. P. N. Hilarionis Hegumeni Dalmatorum.* Typicum Græcor. ad VI. Jun. τῦ ὁσίυ πρς ἡμῶν Βησαρίωνος τῦ Θαυματυργῦ, καὶ τῦ ὁσίου Ἱλαρίωνος τῦ νέου μονῆς τῶν Δαλμάτων: *S.P.N. Beſſarionis Thaumaturgi, & S. Hilarionis junioris, monaſterii Dalmatorum.* In Menæis odæ ſunt de ſolo Hilarione, de quo & duo hi jambi.

Ἱλαρὸς ὢν πνεύματι σὺ Ἱλαρίων,
Ἱλαρὸς ἐν σώματι ἧς καὶ καρδίᾳ.
Hilaris Hilarion ſpiritu quum ſis pio,
Sis hilaris etiam corpore & corde in Deo.

Menol. Baſilianum de Hilarione ſilet. In Synaxario Moſcovitico Sparwenfeltii hæc leguntur: *B. Hilarionis junioris, in monaſterio Dalmatorum, qui poſtquam multa pro Imaginibus perpeſſus eſſet, obiit anno* 845. *ſub Theodora & filio ejus Michaele.* Hujus commemoratio ad diem V. Junii retrahitur in Synaxariis Divionenſi, Conſtantinopolitano MS. quod Pariſiis in Collegio Soc. Jeſu ſervatur, item in duobus aliis, ſcil. Card. Mazarini, & Fratrum Prædicatorum: quemadmodum nos docet Papebr. ad VI. Jun. pag. 758. num. 4. qui vitam S. Hilarionis exhibet pag. 759. ex Synax. Divionenſi: Initium: οὗτος ὁ μακάριος Ἱλαρίων, πατρὸς μὲν ὑπῆρχε Πέτρυ Καππάδοκος: Beatus hic Hilarion, „ patrem quidem habuit Petrum Cappadocem, matrem vero „ Theodoſiam, pios ambos ac Dei cultores, inſuper & notos „ Imperatori, eo quod pater Regiæ menſæ panem ſubminiſtra„ ret. Ita genitus ex illis Sanctus & ablactatus, diligenter in„ ſtitutus fuit in ſacris literis. Quum vero annorum jam eſſet „ viginti, derelinquens ſecundum Evangelium patrem ac ma„ trem, domum atque divitias, monachum ſe fecit Byzantii in „ Monaſterio Ξηροκήπυ, Xerocepii. Inde ad monaſterium Dal„ mati translatus, magnum atque Angelicum & ſanctum Habitum „ ſuſcepit. Multa autem modeſtia atque humilitate præditus, „ ſervivit in horto annis decem; & animam componens ſic, ut „ ſolis inſtar ſplenderet, dignus etiam effectus eſt, qui mira„ culorum patrator appellaretur. Quum vero etiam impurum

„ Dæmo-

Digitized by Google

„ Dæmonem a quodam juvene expuliſſet, Sacerdotem eum „ vel invitum fecit Hegumenus ſuus ordinari. Quo e vivis „ excedente, curſim ille ſubducens ſeſe, transfretavit in mino- „ rem circa Propontim Aſiam, atque ad Catharorum monaſte- „ rium confugit. Non potuit ea res diu latere monachos: ſed „ eam mox annunciaverunt SS$\overline{\text{mo}}$ tunc Patriarchæ Nicephoro, „ qui ad cognominem Imperatorem ipſam detulit, miſeruntque „ qui reducerent illum. Tum vero adhortationibus Imperato- „ riis perſuaſus, factus eſt Hegumenus & Archimandrita, ſe- „ cundum ritus ibidem a Synodo ordinatos. Jam annis octo „ gregem Chriſti ad Chriſti exemplum gubernaverat; quum „ Leo nominis ferini appellatione ad ſceptra Imperii pervenit, „ cœpitque Imagines ſacras abolitas velle. Pertractus igitur „ etiam ipſe ad Palatium, compellebatur verboſitate multa, „ cui execrandus ille aſſueverat, pollicitationibuſque non am- „ plius ad ſacras Imagines venerandas accedere. Verum redar- „ guens eum, ipſum appellans Atheum ac novum Apoſtatam, „ ad vehementem iram concitavit „. *Et cetera*. Paſſus igitur primum ſub Leone Armenio: deinde ſub Michaële Balbo ſo- lutus vinculis, apud fidelem quamdam mulierem ſeptem annos egit. Mox ſub Theophilo, poſt verbera, in Aphuſiam inſulam relegatus, octennium tranſegit. Demum mortuo Theophilo, ſub Theodora ab exilio revocatus, proprium ad monaſterium regreſſus, triennio quum vixiſſet, ad Dominum migravit anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo.

Martyrol. Romanum nullam Hilarionis junioris mentio- nem facit. De Beſſarione vero agit ad XVII. Junii, hoc elogio: „ *Item S. Beſſarionis Anachoretæ*. Baron. Græci itidem de eo „ in Menolog. ejuſque vitam brevi compendio comprehenſam „ referunt. Eſt frequens mentio de Beſſarione ejuſque diſcipli- „ na in Vit. Patr. Par. 2. „ In Menæis extat de eo Synaxarium: cui titulus: τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τοῦ ὁσίου πρὸς ἡμῶν Βασαρίωνος. *Eadem die S. P. N. Baſſarionis*. Sic enim ſcriptum reperitur, Baſa- rion, Beſarion, Biſarion, & Beſſarion. Edidit hoc Synaxarium Græce & Latine Henſchenius Tom. 3. Jun. ad XVII. pag. 300. num. 3. Apud Sirletum de Beſſarione hæc leguntur. „ Eodem „ die S. P. Noſtri Beſſarionis, qui a puerili ætate mundanis re- „ bus abrenuncians, & Scetim ſecedens, admirabili rerum „ terrenarum contemptu, ſolius animæ ſtudio vacabat, ab omni

„ affe-

Digitized by Google

„ affectu liber. Non locorum deſiderio, non cibi appetitu detentus, ſed futurarum rerum ſpe, & fidei firmitate munitus, „ omnia tolerabat: huc atque illuc tamquam captivus aliquis, „ in frigore & æſtu nudus oberrans, ſub dio perpetuo ſtabat, „ ita ut 40. dies & noctes in medio rhamno aliquando ſtans, „ nunquam cubuerit, & 40. annos nunquam in latus declinarit, ſed ſedens vel ſtans dormierit. Quumque talem duxiſſet „ vitam, ad cæleſtem patriam evolavit „ Græci in Menæis ter Beſſarionem colunt. Primo nempe XXIX. Novembris cum ſola commemoratione, τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὁ ὅσιος Βισσαρίων ἐν εἰρήνῃ τελειοῦται, *eodem die S. Beſſarion in pace conſummatur*, cum duobus Jambis.

Πολλῶν ἱδρώτων καὶ πόνων Βισσαρίων,
Πολλὰς θανὼν εὕρηκεν ἀντιμισθίας.
Multi laboris Beſſarion ac ſudoris
A morte multam etiam reperit mercedem.

Secundo XX. Febr. cum hiſce ipſis duobus Jambis, & Synaxario, cujus initium. Οὗτος ἐγεννήθη σαρκικῶς ἐν Αἰγύπτῳ. Ἀπογαλακτισθέντος δὲ αὐτοῦ, ἐν τοῖς ἱεροῖς γράμμασιν ἐκπαιδευθέντος: *Hic corporaliter natus eſt in Ægypto: ubi vero ablactatus fuit, & ſacris literis eruditus*. Cetera Græce & Latine apud Henſchenium ad XVII. Jun. pag. 300. num. 2. & pag. 301. num. 7. Tertio XVII. Junii, cum altero verbis quidem diverſo, ſed ſen„ ſu, eodem Synaxario: οὗτος ὁ ὅσιος ἐκ νεαρᾶς ἔτι ἡλικίας ἀποταξάμενος, καὶ τὴν σκῆτιν καταλαβών: *Hic Sanctus in juvenili adhuc ætate mundo abrenuncians, & Sceten ingreſſus*. Cetera Græce & Latine apud eund. Henſchenium pag. 300. num. 3. Qui addit de eodem ex Palladio in Hiſt. Lauſiaca cap. 116. & ex lib. 3. de vitis Patrum, qui Rufino tribuitur, num. 215. & lib. 5. interprete Pelagio, libello 12. num. 3. Poſtremo pag. 303. num. 12. „ Ad diem quoque VI. Junii (inquit) celebratur me„ moria S. Beſſarionis Thaumaturgi in Typico S. Sabæ, & Ho„ rologio Græcorum, necnon *Biſarion mirificus Abbas* apud „ Genebrardum in Kalendarium Græcorum; *Sanctus item Pa„ ter Beſſarion miraculis clarus* apud Molanum in Auctario „ Uſuardi, itemque in Synaxariis Ruſſorum, & Moſchorum Ka„ lendario Figurato, ubique cum titulo *Thaumaturgi*. Nos „ omnia prædicta de uno eodemque Beſſarione accipienda eſſe „ arbitramur; totamque illam dierum diverſitatem procedere

„ a va-

Digitized by Google

„ a variis ejuſdem Reliquiis, diverſa in loca delatis: quamvis „ non ita uſitatum Græcis, quam Latinis ſit partiri ſacra cor„ pora.

„ Marcianus (inquit Papebr.) Martyr in Ægypto. Re„ fertur in Menæis præcedenti die. Nos ejus brevia Acta Græ„ ca habemus„. Menæa ad v. Junii: „ Memoria SS. Marty„ rum, Marciani, Nicandri, Hyperechii, Apollinis, Leo„ nidis, Arii, Gorgii, Selleniadis, Irenes, & Pambonis. Hi „ propter Chriſtum & propter ejus fidem ſub Ægypti præſide „ fame, & ſiti, & æſtu afflicti, certamen martyrii conſumma„ runt„. Martyr. Rom. ad v. Junii. „In Ægypto natalis SS. Mar„ tyrum Marciani, Nicanoris, (a) Apollonii, & aliorum, „ qui in perſecutione Maximiani illuſtre martyrium conſumma„ runt„. Baronius ait de his agere Uſuardum, Adonem, & alios recentiores hac die (v. *Junii*) & ad Nonas Aprilis: Græcos vero hac die in Menologio. Baſilianum bis eorum commemorationem agit. Primo, ad v. Junii: *certamen SS. Martyrum Marciani*, *Nicandri*, *&* *Sociorum*: cum Synaxario, cujus initium Tom. 3. pag. 125. „ Marcianus, & Nicander Chriſti Martyres „ cum Sociis ſuis, in Ægypto nati, propter Chriſti confeſſio„ nem comprehenſi ſunt a præfecto„. Deinde ad vI. Junii: Cer„ tamen SS. MM. Nicandri & Marciani. Initium pag. 126. Ni„ cander, & Marcianus Chriſti martyres, profeſſione milites, „ religione Chriſtiani, pii ac timentes Deum, quum ſub præ„ ſide Maximo militarent, ab eodem unacum aliis militibus ſi„ bi ſubjectis ad Chriſtianos capiendos atque ad ipſum adducen„ dos miſſi ſunt: illi vero alios ut fugerent, admonebant; alios „ capiebant quidem, ſed ipſis parcentes, ſollicite res eorum cu„ rabant. Quod ubi ab idololatris præſes accepit, ægre id fe„ rens, illos ad ſe accerſitos, interrogavit utrum vera eſſent, „ quæ adverſus ipſos audierat. Illi vero quum mentiri nequi„ rent, non modo vera eſſe, de quibus interrogabantur, affir„ marunt, verum etiam libere ſe Chriſtianos eſſe profeſſi ſunt. „ Quare multis cruciatibus primum ſubjecti, poſtremo pretio„ ſis & ſacris capitibus ſunt imminuti„. Verum qui die v. *Marcianus & Nicander* cum ſociis coluntur, eorum martyrium aliter contigiſſe perhibetur: Sic enim narratur: „ Marcianus & Ni„ can-

a Græci ubique habent *Nicandri*, & *Apollinis*.

Digitized by Google

„ eandem Chriſti Martyres cum ſociis ſuis, in Ægypto nati, „ propter Chriſti confeſſionem comprehenſi ſunt a præfecto. „ Quumque adhibita vi compellerentur Chriſtum ejurare & „ idola colere, nec id facere vellent, primum quidem diris „ verberibus excepti fuerunt: mox latera eorum lampadibus „ exuſta: deinde ſuſpenſi, ferreis ungulis lacerati ſunt, quo- „ uſque carnes eorum in terram deciderent. Poſtea ſemimor- „ tui in carcerem detruſi, apparente illis Angelo Dei, ſanati „ fuerunt; atque ita poſt multos dies e carcere ſani & incolu- „ mes exierunt. Tum vero ad Tribunal præfecti adducti, quum „ propter hoc miraculum multos infidelium ad Dominum con- „ vertiſſent, iterum in carcerem conjecti, ibidem animas ſuas „ Deo tradidere „. Quare videntur hi Marcianus & Nicander prorſus diverſi ab illis, quorum capita obtruncata dicuntur: quorum proinde Codex Slavicus noſter ad diem VIII. Junii agit commemorationem ſic: *S. Martyris Nicandri, & Marciani.* Quod? quod in Cod. Græco Vat. *655.* Marciani & Sociorum martyrium aliter deſcribitur: nimirum, ita ut poſt magnos cruciatus toleratos, ſoli ardenti expoſiti, muroque concluſi, æſtu, fame, & ſiti extincti ſint, hymnis Deo canendis ſub mortem occupati. Titulus hic eſt: Μαρτύριον τῶν ἁγίων δέκα Μαρτύρων Μαρκιανοῦ κὶ τῆς συνοδίας αὐτοῦ. *Martyrium Sanctorum Decem Martyrum, Marciani & Sociorum ejus.* Initium. καλὸς, ὦ ἀγαπητοὶ, κὶ ὁ χορὸς ὁ ἐν Αἰγύπτῳ μαρτυρήσας Θεῷ· „ Pulcherrimus „ quidem, cariſſimi, etiam eorum, qui apud Ægyptum pro Dei „ confeſſione martyrium ſubierunt, chorus exſtitit; pulcherri- „ mus, inquam, & narratione atque hiſtoria digniſſimus. Viri „ enim ac mulieres animo convenientes atque concordes, quum „ divino cultui ſervire ſibi propoſuiſſent, & ob eam cauſam, „ quidvis pati animo & corpore parati eſſent, parem quidem „ cruciatum omnes ſubierunt, ſed communiter tamen devicto „ certamine, inter ſe conjunctim martyrio functi, & ſplendida „ corona amicti ſunt. Quum enim carnifices cruciatibus infe- „ rendis defeſſi eſſent, & qui Martyres ipſos eis tradiderant, a „ lapidatione in eos facienda abhorrerent, Ægypti præſes cru- „ ciatum quemdam excogitavit „. Cætera apud Bollandianos Græce & Latine legenda ad v. Junii pag. 420. & ſeq. Hæc igitur illa cuſtodia, hic ille carcer, in quem Marcianus cum ſociis conjecti, ibidem animas ſuas tradidere. Nam Ægypti præſes mu-

rum ad eos cuſtodiendos ædificatum, eorundem ſepulcrum eſſe juſſit.

VII.

S. THEODOTUS ANCYRANUS.

Kalend. Moſcovit. Σβ. Μηγ. Θεοδοτυ, *S. Mart. Theodoti.* Poſſevin. *S. Mart. Theodocii*, pro *Theodoti*. Papebr. *Theodotus*. Ephemerides Metricæ.

Ἑβδομάτῃ Θεοδότος ἑὸν τμήθη ἀπολαιμόν.
Theodoto jugulum ſecuit lux ſeptima ſancto.

Menæa: τῦ ἁγίυ Ἱερομάρτ. Θεοδότυ ἐν Ἀγκύρᾳ, *S. Sacromartyris Theodoti in Ancyra*, cum officio, & Synaxario. Menolog. Baſil. *Certamen & Translatio Reliquiarum S. Theodoti martyris.* Vide a me obſervata ſupra de hoc *S. Theodoto*, deque ſeptem Virginibus, ad XVIII. Maji.

VIII.

MARTYR THEODORUS STRATILATES.

Vaticanus uterque Ruthenicus: *Theodori militis*. Slavicus noſter: *S. Martyris Nicandri*, *Marciani*: *& S. Mart. Theodori militis in Oriente*: De Nicandro & Marciano, dictum eſt ſupra ad VI. hujus. Kalend. Moſc. Βεληκο Μ. Θεοδορα: *magni Martyris Theodori*. Poſſev. *S. Mart. Theodori magni*. Papebr. *Theodorus*. Ephemerides Metricæ.

Ὄλβιον ὀγδοάτῃ Θεοδώρυ σῶμα κομεῖσθαι.
Lux octava ſacrum feret huc corpus Theodori.

Quæ verba indicant, agi hac die de Translatione corporis Sancti Theodori, quemadmodum & in Menæis notatur his verbis: ἡ ἀνακομιδὴ τῦ λειψάνυ τῦ ἁγίυ μεγαλομάρτυρος Θεοδώρυ τῦ Στρατηλάτυ, *Translatio Reliquiarum S. Megalomartyris Theodori Stratilatæ*. Et in Menolog. Baſiliano: *Translatio Reliquiarum S. Martyris Theodori Ducis militum*. Synaxarium utrobique de martyrio ejus, uti ſupra ad VIII. Febr. Sed in Baſiliani fine de Translatione hæc adjiciuntur. *Mox capite plexus eſt. Ejus autem reliquiæ inde translatæ*, ἐτέθη ἐν Εὐχαΐᾳ πλησίον Εὐχαΐτων, *in Euchaja apud Euchaita depoſitæ fuere*. In altero vero, non expreſſo loco, quo Reliquiæ ſint translatæ: ὗτινος τιμίυ καὶ ἁγίυ σώματος τὴν μετακομιδὴν ἑορτάζομεν, *cujus venerandi & Sancti Corporis Translationem celebramus.*

Digitized by Google

IX.

Cyrillus Alexandrinus.

Vaticanus uterque cum Slavico noſtro vacat. Kalend. Moſcovit. Κυριλλα Αρχιεπι. *Cyrilli Archiepiſcopi*. Poſſev. *S. Patris Cyrilli*. Menæa: τοῦ ἐν ἁγίοις πρς ἡμῶν Κυρίλλου Πάπα Ἀλεξανδρείας, *S. P. N. Cyrilli Papæ Alexandriæ*, cum officio, ſine Synaxario: hoc enim habetur ſupra ad XVIII. Jan., ubi de *SS. Athanaſio & Cyrillo* junctim agitur. Habentur duo Jambi dumtaxat, quos ibidem recitavi. Ut enim actum non agam, ad ea quæ ibi fuſe diſſerui, lectorem remitto. Menol. Baſilianum hac die IX. Junii nihil de Cyrillo, ſed ſolum de *S. Pelagia* Antiochena Virg. & Martyre. Papebrochius: Κυριλ Αλεξ. (idest, Alexandriski) *Cyrillus Alexandrinus*. Κυριλ, *Cyrillus*, *Antonina*, *Alexander*. De Cyrillo Alexandrino jam dixi: hic autem obſervandum eſt, eum a Pictore Moſcho exhiberi habitu Patriarchali cum Pallio indutum, Tiaram rotundam in capite geſtantem, qua de Tiara ad XVIII. Jan. diſſerui. Alter Cyrillus indutus eſt habitu Presbyterali, cum cucullo cruce ſignato in capite, dextera benedicens. Papebroch. *Cyrillus monachus. Quis vel cujas, ignoro. Indigenam ſuſpicor, & opto doceri*. Culcinius pag. 84. IX. *Junii*. *Cyrillus monachus inſertus a Papebrochio indiculo Sanctorum Ruthenorum non reperitur in meis libris. Hinc dubito ipſum eſſe indigenam. An non potius ſit monachus Sabaita*? Quid? ſi Pictor Moſchus intellexerit *S. Cyrillum Philoſophum*, *Conſtantinum* antea dictum, *S. Methodii* Slavorum Apoſtoli, fratrem, & Literarum Slavonicarum inventorem? nam ſupra ad XIV. Februar. (qua die Ruſſi de eodem *S. Cyrillo* agunt) idem Pictor *Cyrillum* in medio inter *Auxentium* & *Eulogium* quum ſtatuiſſet, illum non pro Philoſopho, ſed pro S. Cyrillo Alexandrino perperam accepit, habitu Patriarchali veſtitum exhibens, qualis certe Philoſophus non fuit.

Antonina, & *Alexander*, qui in Papebrochianis Tabulis Cyrillo utrique ſubjunguntur, in Menæis Græcis ad diem X. Junii ſpectant. Sic enim de iis Menæa: Μηνὶ τῷ αὐτῷ ί. τῶν ἁγίων Μαρτύρων Ἀλεξάνδρου ϗ Ἀντωνίνης: *eodem menſe, die* X. *SS. Martyrum Alexandri & Antoninæ*, cum officio, & Synaxario in utroque Menologio: ubi dicitur Antonina a Feſto Præſide ad lupanar damnata: Alexander autem ingreſſus lupanar,

Sanctam quidem ſago ſuo caput involutam è lupanari eduxiſſe; ipſe vero pro ea ibi remanſiſſe. Quæ res quum ad Præſidem delata fuiſſet, Alexander primum quidem palmeis virgis cæſus eſt: poſtea tam ipſi, quam Antoninæ ſummitates pedum manuumque abſciſſæ: demum in foveam ignis injecti, beatum finem accepere. Celebratur eorum feſtivitas in Monaſterio Maximini, Conſtantinopoli ſito, ubi venerandæ eorum depoſitæ ſunt reliquiæ. Martyrologium Romanum ad 3. Maji: „ Con-
„ ſtantinopoli SS. Martyrum Alexandri militis, & Antoninæ
„ Virginis, quæ in perſecutione Maximiani ſub Præſide Feſto,
„ ad lupanar damnata,& ab Alexandro qui pro ea ibi remanſe-
„ rat, mutato habitu clam educta, cum eo poſtmodum juſſa
„ eſt torqueri, & ambo ſimul præciſis manibus in ignem pro
„ Chriſto injecti, egregio peracto certamine, coronantur „.
Vide Bollandianos ad 3. Maji pag. 379. Martyrium Sancti Alexandri & Sanctæ Antoninæ ex Cod. Vat. 655. Græce incipit: *ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις γενομένου διωγμοῦ*. Acta Sanctorum Tom. I. Maji pag. 744. Latine: *Quum eſſet temporibus illis perſecutio*. pag. 381. cum notis Papebrochii. In fine „ Mar-
„ tyrium veropertulerunt Sancti Alexander & Antonina ad VI.
„ Nonas Maji, hora nona, die Sabbati, regnante D. N. J. C. cui
„ eſt honor in ſecula ſeculorum Amen.

X.

S. Timotheus Prusæ.

Kalendarium Moſcovit. Σβ. Μαϊ. Τιμοθεα, *S. Mart. Timothei*. Ita & Poſſevinus. Vaticani Ruthenici cum noſtro Slavico vacant. Papebrochius: *Timotheus*. Martyrologium Romanum ad x. Junii. „ Pruſiade in Bithynia S. Timothei Epi-
„ ſcopi & Mart. ſub Juliano Apoſtata „. Menolog. utrumque: *τοῦ ἁγίου* Ἱερομάρτ. Τιμοθέου Ἐπισκόπου Προύσης, *S. Sacromartyris Timothei Epiſcopi Pruſæ*, cum Synaxario, cujus in fine:
„ Celebratur ejus feſtivitas in ſanctiſſimo ipſius martyrio, quod
„ eſt infra pium Hoſpitale in Deutero.

XI.

Bartholomæus. Barnabas.

Vaticanus uterque: *Bartholomæi & Barnabæ Apoſtolorum*. Slavicus noſter: *SS. Apoſtolorum Bartholomæi, & Barnabæ*, & *S. P. N. Eremitæ Onuphrii*. De Onuphrio alii Codices ad diem ſequentem. Kalendarium Moſcov. Αποσ. Βαρθολομεα, *Apo-*

Digitized by Google

Apoſtoli Bartholomæi. Papebrochius: *Bartholomæus*, *Barnabas*. Poſſevinus: *S. Mart. Volpbronii*, perperam, pro, *Sancti Apoſtoli Bartholomæi*. Ephemerides Metricæ:

Ἑνδεκάτῃ σαύρωσαν ἔμφρονα Βαρθολομαῖον.
Undecima ſapiens crucifigere Bartholomæe.

Marmor Neapolitanum ad diem antecedentem: x. *Nt. S. Barnabe Apoſtoli*. Hic a Latinis hac etiam die xi. Junii colitur: Bartholomæus autem, ad xxv. Auguſti, quorum elogia in Martyrologio Romano legere eſt. Menæa ad xi. Junii: τῶν ἁγίων ἀποστόλων Βαρθολομαίου καὶ Βαρνάβα, *SS. Apoſtolorum Bartholomæi*, *&* *Barnabæ*, cum officio, & Synaxario in utroque Menol. in hæc verba. „ Ex his, S. Bartholomæus unus fuit ex xii. „ Diſcipulis, qui quum in India [quam Felicem (*a*) vocant] „ Chriſti fidem prædicaſſet, iiſque populis conſcriptum a Matthæo Evangelium tradidiſſet, in crucem actus Abarnopoli „ vitam glorioſe finivit. Ejus Corpus in plumbeo loculo poſitum, & in mare projectum, divina providentia uſque ad Siciliam in Liparim Inſulam delatum, ibique emergens, conditum fuit: ex quo multorum miraculorum fontes emanarunt, & accedentes ad ipſum Fideles, repentinam morborum „ ſuorum curationem recipiunt, & læti hilareſque ad propria „ redeunt „. In Græcorum Menologio ad xxv. Auguſti colitur ἡ ἐπάνοδος τοῦ λειψάνου τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Βαρθολομαίου, *Relatio Sanctarum Reliquiarum S. Apoſtoli Bartholomæi*, cum officio, & Synaxario, in quo narrata Bartholomæi crucifixione in Magna Armenia, dicitur a fidelibus depoſitum fuiſſe ejus Corpus in arca lapidea ἐν Οὐρβανουπόλει, *in Urbanopoli*, [quæ civitas in Lectionibus Brev. Rom. vocatur *Albanum urbs majoris Armeniæ*, eſt autem (*b*) eadem illa, quam vulgo وان *Van*, alii *Iban* vocant, ſita juxta lacum incolis dictum أرجيس *Argis*:] inde ab Idololatris, unacum quatuor aliis capſis continentibus Corpora Sanctorum Martyrum *Pappiani*, *Luciani*, *Gregorii*, *&* *Acacii*,

a *India Felix*, hoc loco, eadem eſt, ac *Arabia Felix*, ex qua in Meſopotamiam, & inde in Armeniam majorem perrexiſſe S. Bartholomæum, affirmant Orientales.

b Baudrand. *Iban*, urbs Armeniæ majoris, Banſpracaniæ regionis metropolis apud Curopalatem, Cedrenum, nunc *Van* dicta, teſte Leunclavio; parva eſt, ſed probe munita cum caſtro, ſub dominio Turcarum a centum fere annis, & in limite Perſiæ, olim *Artemita* dicta fuit, ut exiſtimant doctiores, eſtque prope ingentem lacum *Arſiſſam*. Vide apud eundem *Arſiſſa* palus, & *Artemita* urbs, ubi *Van* urbis incolæ pro majori parte ſunt Chriſtiani.

Digitized by Google

Acacii, projectum in mare Euxinum, vi divina enataſſe primum ex Euxino in fauces Helleſponti, deinde per Ægeum & Adriaticum Mare, delatum uſque ad Liparim Inſulam, ubi ab Epiſcopo Agathone decenti in loco depoſitum: Demum a Principe Beneventano ex inſula Liparitana, poſtquam Hagareni in oppidum illud, in quo ſacrum Corpus ſervabatur, invaſiſſent, ad urbem Beneventum translatum fuit. Baronius, ad ea Martyrologii Romani verba, *ejus ſacrum Corpus primo ad Liparam inſulam, deinde Beneventum translatum*, hanc adnotationem ponit. „ Quod autem ad ejus venerandas Reliquias ſpectat: „ fuit in primis illuſtrata Daras civitas in finibus Perſidis, ut „ ſcribit Theodorus Lector lib. 2. Collectaneor. & Niceph. hi„ ſtor. lib. 16. cap. 37. De ejus ampliſſimo Templo illic erecto „ a Juſtiniano Imper. meminit Procopius lib. 2. ædific. Juſtinia„ ni Imp. De Translatione Liparim facta, cujus hic habetur „ mentio, agit Greg. Turon. de gloria Martyr. cap. 34. Scri„ pſit olim rei geſtæ hiſtoriam Theodorus Studita, quam Lati„ nitati reddidit Anaſtaſius. Conſentit his Molanus in not. ad „ Uſuardum. Legimus eam in Bibl. Vat. plut. 4. num. 234. „ pag. 24. Incipit: *Maximum quidem certamen &c.* Paucis „ eandem refert hiſtoriam Metaphraſtes ex Joſepho apud Su„ rium Tom. 4. & alii. Facta eſt autem alia poſtmodum Trans„ latio Beneventum ex prædicta Inſula Liparitana anno Domini „ 832. ut auctor eſt Sigebertus in Chron. Leo Oſtienſis lib. 1. „ cap. 26. factam ſcribit (*a*) anno Domini 840. „. Menologium Baſilianum, dum ad 22. April. Tom. 3. pag. 67. *de Nathanaële* Apoſtolo ſcribit; „ Abiens itaque, quum Chriſtum „ vidiſſet, illique credidiſſet, ſecutus eſt eum: poſt illius vero „ paſſionem atque aſcenſionem, prædicans ipſum Deum eſſe, „ in pace deceſſit „: Dum hæc, inquam, de *S. Nathanaële* ſcribit, aperte eum a Sancto Bartholomæo Apoſtolo diſtinguit, quem ait in Armenia majore in crucem actum, vitam finiſſe. At Bollandiani, Tom. v. Auguſti ad diem xxv. a pag. 7. ad 17. oſtendunt Sanctum Bartholomæum non alium eſſe a *Sancto Nathanaële*: idque præter allata ab iis argumenta, confirmari videtur ex eo, quod Eccleſia Latina de *S. Nathanaële* nihil agit, ſed ſolum de Sancto Bartholomæo; non autem omiſiſſet Natha-

(*a*) Alii, ann. 809. male. Id factum ann. 839. ſub Sicardo Principe, qui paulo poſt occiſus fuit.

Digitized by Google

thanaëlem tantopere in Evangeliis commendatum, niſi eum fuiſſe eundem cum S. Bartholomæo exiſtimaſſet.

De Sancto Barnaba idem Menologium ad hanc eandem diem ſubjungit: „ Barnabas autem, qui & (*a*) Joſeph in „ Apoſtolorum Actibus appellatur, unus ex LXX., ſocius pere„ grinationis Pauli deſignatus fuit. Ejus nomen interpretatur „ filius conſolationis. Ex tribu autem Levi ortum duxit, in „ Cypro inſula natus & educatus. Hic primus (*b*) Hieroſo„ lymis, Romæ, & Alexandriæ prædicavit Chriſti Evange„ lium. Profectus vero in Cyprum, a Judæis & Græcis lapi„ datus, ignique traditus eſt: cujus corpus Marcus (*c*) Apo„ ſtolus & Evangeliſta ſublatum, in quadam ſpelunca depo„ ſuit. Deinde quum Epheſum navigaſſet & ad Paulum veniſ„ ſet, hunc de Barnabæ obitu certiorem fecit. Planxit autem „ Barnabam Marcus diutiſſime. Dicitur hic fuiſſe ſepultus ſi„ mul cum Evangelio (*d*) Matthæi a ſe ſcripto, & invento „ poſtea cum Apoſtolico corpore: unde & privilegium accepe„ runt fideles, quod hæc ipſorum inſula nemini aliorum Epi„ ſcoporum ſubjiciatur, ſed a proprio Epiſcopo ordinetur „. De Corpore Sancti Barnabæ tempore Zenonis Imp. reperto, cetera Martyrologia Bedæ, Uſuardi, Adonis teſtantur. Hujus rei geſtæ hiſtoriam prolixius ſcribit Alexander Monachus in Barnaba apud Surium Tom. 3. Theodorus Lector lib. 2. Collectan, Niceph. l. 16. cap. 37. Cedren. anno 4. Zenonis, Sigebertus anno 489. Marianus Scotus an. 483. & alii.

Bartholomæi Apoſtoli Encomium, auctore Niceta Rhetore, *θερμὸς ὁ πόθος, ἀλλ' ἀδρανὴς ὁ νοῦς*. Græce & Lat. Combefiſ. in Auct. noviſ. Tom. 1. pag. 392. *ὁ τὸν παρόντα συγκεκροτηκὼς σύλλογον*, Auctore Joſepho Bryennio, Lat. apud Surium

a In Menæis excuſis Ἰωσῆς, pro, Ἰωσὴφ, perperam.

b Ita habet utrumque Synaxarium. Sed pro, Πέτρος, omnino legendum, Πρῶτον, *Hic primum Hieroſolymis &c.* Vide Baron. in not. ad XI. Junii ubi hæc habet: „ Rurſus ea, quæ in illo apocrypho Clementis nomine, Itinerario ſcripta habentur de „ Barnaba, quod primus Romæ Evangelium prædicavit, a veritate prorſus aliena „ eſſe noſcuntur, licet illis nonnulli fidem præſtiterint, ut prædictus Alexander, Do„ rotheus, & ſiqui alii, affirmantes, illum tunc veniſſe Romam, quum Antiochiæ „ unacum Paulo, monente Spiritu Sancto, ſegregatus, prædicandi Evangelii munus „ accepit, ſed hæc non conſiſtere, pluribus probavimus in Annalibus Eccleſia„ ſticis &c.

c Videtur confundere Jo. Marcum Barnabæ conſobrinum, com Sancto Marco Evangeliſta.

d In Menæis excuſis pro Evangelio Matthæi, oſcitanter legitur, Evangelio Marci,

rium 25. Auguſti. *ὡς θαυμαστὸς ὁ θεὸς ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ*; Synaxarium Græcum ad 25. Auguſti, de Translatione Reliquiarum Sancti Bartholomæi, Græce & Latine apud Combefiſ. Auct. noviſ. Tom. 1. pag. 399. Theodori Studitæ ſermo de Sancto Bartholomæo, Lat. Tom. 3. Specilegii Acheriani.

Barnabæ Apoſtoli Vita auctore Alexandro Monacho, *Μεγίστην λόγων ὑπόθεσιν προέθετο*, Græc. & Lat. Papebrochius Tom. 2. Act. Sanctor. ad XI. Junii. Latine apud Sur. ad eandem diem. Titulus: *In Barnabam Apoſtolum Encomium Alexandri Monachi, impellente Presbytero & Claviculario venerandæ ipſius Eccleſiæ editum: in quo etiam deſcribitur locus Inventionis Reliquiarum ejus*. De quo Encomio lege ſis Adnotata ab eruditiſſimo Mazochio ad XI. Junii a pagina 553. ad 562.

Ejuſdem *Sancti Barnabæ* Acta, quæ Joanni Marco tribuuntur. Titul. *Paſſio Barnabæ Apoſtoli*. Initium: „ Ego Johannes qui & Marcus, famulus D. N. J. C. diſcipulus vero Apoſtolorum Pauli & Barnabæ, myſtica Dei opera, quæ divinitus vidi „. Apud cl. Mazochium cum Animadverſionibus ad XI. Junii a pag. 535. ad 553. qui addit pag. 562. Adnotationes in Acta ejuſdem Sancti Barnabæ Latina Mombritiana, & ex Græcorum libris deſumta: & pag. 564. *De Evangelio S. Matthæi in Barnabæ tumba reperto*; ubi & pag. 566. teſtimonium Severi Patriarchæ Antiocheni ea de re luculentiſſimum profert ex Tom. 2. Bibliothecæ meæ Orientalis cap. IX. pag. 81. Poſtremo pag. 568. diſſerit de die & anno certaminis Apoſtoli Barnabæ: & pag. 572. ad Barnabæ Epiſtolam Adnotata pererudita.

XII.

Onuphrius. Petrus.

Vaticanus Ruthenicus uterque: *Onuphrii Abbatis*. Slavicus noſter ad diem antecedentem, *S. P. N. Eremitæ Onuphrii*: Kalendarium Moſcoviticum ad XII. hujus: Онуфрıа и Петра, *Onuphrii, & Petri*. Poſſevinus *S. Patris Onuphrii*. Papebrochius: *Onuphrius, Petrus*. Græci & Latini de Sancto Onuphrio ad XII. Junii agunt. Martyrologium Romanum: „ In „ Ægypto Sancti Onuphrii Anachoretæ, qui in vaſta Eremo „ 60. annis vitam religioſe peregit, & magnis virtutibus ac „ meritis clarus, migravit in cælum; cujus inſignia geſta Paph-

„ nutius

Digitized by Google

„ nutius Abbas conſcripſit „. Nimirum, in Vitis Patrum, cap. 52. Menæa: τῦ ὁσίυ πρς ἡμῶν Ὀνυφρίυ τῦ Αἰγυπτίυ: *S. P. N. Onuphrii Ægyptii*, cum officio, & Synaxario in utroque Menologio. Ubi nomen civitatis *Hermopolis*, in Baſiliano quidem corrupte ſcribitur, Θερμύπολις, *Termopolis*, in Menæis vero excuſis Ερημώπολις Θηβῶν, *Eremopolis Thebarum*. Ephemerides Metricæ.

Δωδεκάτῃ ἀχίτωνα Ὀνύφριον ἐκβίυ ἦραν

Bis ſexta inveſtem dat Onuphrion hinc remigrare.

Acta Sancti Onuphrii: *ἐν μιᾷ μὲν ἡμερῶν σπυδὴν ἐποιησάμην ἐγὼ ὁ ἐλάχιςος παφνύτιος*, MS. Lambec. VIII. pag. 359. Latine apud Surium 12. Junii. Lipom. Tom. 6. ad 1. Junii. Aliam a Metaphraſte ſcriptam, Græce & Latine edidere Bolland. ad XII. Junii

Papebrochius ad Jun. Moſcorum figuratum pag. XXXII. „ Non valde abludit hic expreſſa S. Onuphrii imago ab ejus „ Vita inter Vitas Patrum, ubi dicitur, tanta fuiſſe ejus ca„ pillorum prolixitas, ut corpus illius ipſorum diffuſione tege„ retur; quodque pro veſtimento foliis herbiſque utebatur, „ quibus ſubteriora renum tantummodo cingebat. *Et ſubjun„ git*. Petrus Athonites Anachoreta. Talis in Typico Græco„ rum indicatur hodie ſimul cum Onuphrio, & ſimiliter nu„ dum oſtendit Encomium, quod nobis ex Græco Latinum fe„ cit Franciſcus Combefiſius: cujus utinam ſanctior auctor eſ„ ſet, quam fuit Gregorius Palamas Archiep. Theſſalonicenſis. „ Utinam ſupereſſet etiam vita illa antiqua & ſuccincta, quam „ ex majorum traditione ſcriptam exornavit ſtylo diffuſiore „ Gregorius. Ceterum nihil habet hæc laudatio quod carpas: „ proinde opto, ut etiam Græcus contextus mihi mittatur, „ vel ut Combefiſii ſocius & ſucceſſor digniſſimus R. P. Que„ tif, hanc gratiam præoccupet prius ipſum vulgando. Dolen„ dum interim quod quo tempore vixerit, nullo deprehendi „ indicio poſſit, nec exprimatur Romani Pontificis nomen, „ a quo monaſticum ſuſcepiſſe habitum *Petrus* dicitur, & Roma „ in Aſiam navigans, tranſita Creta, coactus ſubſiſtere ad mon„ tem *Atho*, Sanctum vulgo cognominatum. Sunt ibi adhuc „ plurima monaſteria, & in eorum aliquo forſitan adhuc cor„ pus religioſe habetur, electo ad cultum propter vitæ ſimili„ tudinem die S. Onuphrii.

XIII.

MARTYR AQUILINA. TRIPHYLLIUS.

Kalendarium Moſcovit. *Muc. Akilini*, *Mart. Aquilinæ*. Poſſevinus: *S. Mart. Aculinæ*, pro, *Aquilinæ*. Marmor Neapolitanum: XIII. *P. S. Acilina*. Papebrochius: *Aquilina*. *Triphyllius*. Ephemerides Metricæ.

Τῇ δὲ τρίτῃ δεκάτῃ λαιμὸν τμῆθη Ἀκυλίνα

Tertia poſt decimam jugulum ſcindit Aquilinæ.

Bybli in Phœnice Virgo & Martyr paſſa ſub Diocletiano. Martyrologium Romanum: „ Bybli in Palæſtina (*a*) Sanctæ Aquilinæ Virginis, & Martyris, quæ annos duodecim nata, ſub „ Diocletiano Imp. & Uoluſiano Judice ob fidei confeſſionem „ colaphis & verberibus cæſa, & ſubulis candentibus perfora- „ ta, demum percuſſa gladio, virginitatem martyrio conſe- „ cravit „. Menæa: τῆς ἁγίας Μάρτυρος Ἀκυλίνης, *Sanctæ Mart. Aquilinæ*, cum officio, & Synaxario in utroque Menologio. Baſilianum. „ Martyr Chriſti Aquilina, Trajano (*b*) Im- „ peratore, patre Eutolmio (*c*) quodam viro illuſtri, quin- „ quennis baptiſmum ſuſcepit ab Eutalio Epiſcopo; deinde de- „ cennis, coætaneas puellas docens ab Idolorum cultu abſtine- „ re, ad Chriſti fidem manu ducebat. Idcirco a quodam Nican- „ dro (*d*) Idololatra apud regionis Præſidem delata, compre- „ henſa fuit: atque ad quæſtionem adducta, quum Chriſti no- „ men coram omnibus profeſſa fuiſſet, ſæviſſime cæditur; fer- „ reiſque ſubulis ardentibus aures eidem adeo uſtulantur, ut „ ſanguis è naribus, & fumus è capite erumperet. Deinde ca- „ pitis damnata, decollatur: atque ita ad Dominum quem opta- „ verat migravit „. Fit ejus Synaxis in ſancto ipſius martyrio, quod ſitum in Philoxeni: qua de Sanctæ Aquilinæ æde fit etiam mentio ad 28. Januarii, ubi de Sancto Ephræmo Syro. Vide Cangium, edit. Reg. pag. 144. num. VII. Baronius: „ Metaphraſtes ex vetuſtioribus Codicibus ejus Acta deſcripſit, quæ „ refert Lipom. Tom. 7. & Sur. Tom. 2. „. Græca incipiunt: τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ οὐρανόθεν, è MS. Vaticano ex ver-

a Leg. *in Phœnice*. Quænam enim Byblus in Palæſtina? At in Phœnice eſt celeberrima ac vetuſtiſſima Byblus, de qua omnes Geographi. Error Palæſtinæ irrepſit etiam in Synaxar. in Menæis excuſis. At emendatur in Baſil.

b Leg. Diocletiano, juxta Græcos & Latinos.

c Menæa excuſa, Atalmo patre, & Athalio Epiſcopo.

d Menæa excuſa, a quodam Nicodemo ad Voluſianum Præſidem delata.

Digitized by Google

verſione Sirleti Tom. 2. Act. Sanctor. pag. *673*. Vide Adnotata cl. Mazochii in Acta Sanctæ Aquilinæ ad XIII. Junii a pagina *583*. ad *610*.

Triphyllii Epiſcopi Cypri extat commemoratio in Menæis ad diem XII. hujus. *καὶ μνήμη τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ στρατιώτου, καὶ τῶν ὁσίων Ζήνωνος καὶ Τριφυλλίου Ἐπισκόπων, καὶ τοῦ ὁσίου Ἰουλιανοῦ τοῦ εἰς τὰ Λίβα ἐν τοῖς Δαγάτου: Et memoria S. Joannis militis, & Sanctorum (a) Zenonis & Triphylii Epiſcoporum, & Sancti Juliani in Liba in Dagati*. Cangius edit. Reg. pag. 127. num. LV. de æde Sancti Juliani Cilicis Martyris de quo agitur XXI. Junii, & alterius, de quo XVII. Januarii, ædem illam exſtruxiſſe ait *Anaſtaſium Diaconum*. Martyrologium Romanum unacum noſtris Capponianis, necnon Papebrochianis Tabulis agit de Sancto Triphyllio ad XIII. Junii his verbis: *In Cypro Sancti Triphyllii Epiſcopi*. Vide notas Baronii. „ Porro Triphyllius „ vir in omni doctrina liberali politiſſimus [verba hæc ſunt Gul. „ Cavei in hiſt. Lit. pag. 129. ad ann, Chr. 340.] ob ſtudium „ legum Romanarum in urbe Berytiorum, quæ Juris Civilis „ Schola fuit celeberrima, commoratus eſt. Poſtea in ſacris „ magnum Spyridonem Trimithuntis in Cypro Epiſcopum præ„ ceptorem habuit. Denique Ledrorum in Cypro Epiſcopus „ conſtitutus, claruit circa ann. 340. & in Synodo Sardicenſi „ locum habuit anno 347. ut ex iſtius Synodi ſubſcriptionibus „ liquet. Cetera „. Multa compoſuit. Ejus in Cantica Canticor. Commentarios ſe legiſſe teſtatur Hieron. de Script. Eccleſ. cap. 92. Scripſit etiam de Vita & miraculis præceptoris ſui Spyridonis Jambica, de quibus Svidas in V. Τριφυλλ. Non hoc, ſed heſterno die *Zeno*, *& Triphyllius* occurrunt in Menæis Chiffletianis, Synaxario Conſtantinopolitano, & Menæis Ambroſianis [apud Henſchen. ad XII. Junii pag. *557*.] non ſine amborum Epiſcopali dignitate; & de Zenone quidem in Chiffletianis ſic: *eodem die S. Zeno in pace conſummatur*.

XIV.

PROPHETA ELISÆUS.
S. METHODIUS.

Vaticanus Ruthenicus uterque: *Eliſæi Prophetæ*. Slavicus noſter: *S. Prophetæ Eliſæi*: ita & Poſſevinus. Kalend. Moſcov.

(a) An pro Zenone Tychon? ſed de Tychone Cypri Epiſcopo in utroque Menologio ad 16. Junii cum officio, & Synaxario.

Proroka Eliſſea, *Proph. Eliſæi*. Papebr. *Eliſæus*: *Methodius Patriarcha*. Menæa: τῦ ἁγίου Προφήτυ Ἐλισσαίυ, ϗ τῦ ἐν ἁγίοις πρς ἡμῶν Μεθοδίου Πατριάρχου ΚΠ. τῦ ὁμολογητῦ: *Sancti Proph. Eliſæi*, *&* *S. P. N. Methodii Patriarchæ CP.* cum officio de utroque, & Synaxario. Ephemerides Metricæ.

Πότμου Ἐλισσαῖος δεκάτῃ λάχεν ἠδὲ τετάρτῃ.

Condit Eliſæum decima atque quaterna ſepulcro.

Martyr.Rom. „Samariæ in Palæſtina S.Eliſæi Proph. cujus ſepul- „crum dæmones perhorreſcere, S. Hieronymus ſcribit: ubi & „AbdiasProp. quieſcit„.De corpore Alexandriam translato agit Theophanes ad ann. Leonis Imp. VII. In Eliſæum & mulierem Sunamitidem: *ex Prophetarum numero alii*: apud Sur. ad 14. Junii. Baron. *Metaphraſtes in Artemio die* 20. *Octob.* agit de ſepulcro Eliſæi: idemque de Eliſæo recitat Encomium auctore Baſilio Seleuciæ.

De Methodio Græci & Latini hac die. Martyr. Rom. *Conſtantinopoli S. Methodii Epiſcopi*. Baronius recitat Menologium Græcum; narratque, Methodium, antequam ordinatus eſſet Epiſcopus, functum fuiſſe Legatione Apoſtolica, miſſum a Leone III. Papa Conſtantinopolim, ubi ordinatus eſt Epiſcopus anno Dom. 807. Menol. Baſilianum: „S. P. N. Methodius Siculus, monachus factus, & variis exercitationibus omnes virtutes aſſecutus, ita demum Conſtantinopolim venit. Iconomachorum vero perſecutione gliſcente, in quodam ſito montis Epiſcopatus Chii conſtructo (*a*) monaſterio, ibi conſedit. Et quoniam Iconomachorum hæreſim doctis argumentis & Scripturarum dictis evertere adorſus eſt, fidemque orthodoxam SSmis Dei Eccleſiis proponere, multas tentationes ærumnaſque ſubiit. Poſtquam autem Theophilus vita functus fuit, & orthodoxa fides refulſit, juxta S. Johannicii Vaticinium, ab Imperatrice Theodora ejuſque filio Michaele accerſitus, Conſtantinopolitanus Patriarcha ordinatus fuit. Quumque Epiſcopatum annos 4. & menſes 3. tenuiſſet, deceſſit„. Methodii Patriarchæ vita: Ἱεράρχην ϗ ἀσκητὴν ἅμα ϗ χριςῦ μάρτυρα, apud Fabric. Tom. IX. Bibl. Græcæ pag. 124.

PRO-

a An de eo monaſterio Chii ſermo eſt, quod *ἅγια μονὴ* hodie appellatur? Ejus Eccleſia a Conſtantino Monomacho extructa perhibetur, quam & ego vidi unacum monaſterio menſe Majo anno 1736. dum in Syriam pergerem.

Digitized by Google

XV.

Propheta Amos.

Kalend. Moſcovit. *Proroka Amoſſa*, *Propheta Amos*. Poſſev. *S. Proph. Amos*. Papebr. *Amos*. Vaticanus uterque Ruthen. vacat. Slavicus noſter: *SS. Martyrum Viti & Modeſti pædagogi, & Creſcentiæ nutricis ejus*. De his Martyr. Rom. ad xv. Jun. „ In Lucania apud Silarum flumen natalis SS. Martyrum Viti, „ Modeſti, atque Creſcentiæ, qui ſub Dioclet. Imp. e Sicilia „ illuc delati, ibidem poſt ollam ferventis plumbi, poſt beſtias „ & cataſtas divina virtute ſuperatas, curſum glorioſi certami„ nis peregerunt. *Baron.* Agunt de his etiam Beda, Uſuardus, „ Ado, & alii. Horum Acta ex antiquis Codd. MSS. primum „ edidit Mombritius Tom. 2. Petrus in Catal. lib. 5. cap. 118. „ in compendium redegit: fuſius eadem Sur. Tom. 3. Habe„ mus eadem manuſcripta vetuſto charactere Longobard. „ De iis ſilent Græci. Marmor Neapolitanum. xv. *DP. Maronis Epiſcopi noſtri & S. Viti*. Mazochius fuſe agit de *S. Marone* Epiſcopo Neapolitano a pag. 627. De ſancto autem *Vito* & *Modeſto* & *Creſcentia* a pag. 628. ad 632.

Amos Propheta colitur cum officio & Synaxario ad xv. Junii in Menæis. Ephemerides Metricæ.

Πέμπτῃ ἐκ βιότοιο Ἄμως δεκάτῃ τ' ἀπολέπτη.
Ex vita migravit Amos quinta decimaque.

Colitur a Latinis XXXI. Martii. In Menol. Baſiliano ad XVI. Junii. Dicitur in Synaxariis Græcis *pater Iſaiæ Prophetæ*, quem errorem emendat S. Hieron. procem. in Amos, & in Iſaiam cap. 1. ubi ait alium hunc fuiſſe ab eo quem Iſaiæ Prophetæ eſſe patrem ipſe ſcribit cap. 1. quum (ut recte ait) nec nomen idem ſit apud Hæbræos: nam Amos pater Iſaiæ per Aleph ſcribitur; *Amos* vero unus ex XII. per *Ain*.

XVI.

S. Tychon.

Vaticani Ruthenici cum noſtro Slavico uſque ad XIX. hujus vacant. Kal. Moſcov. Τυχονα Αμαθυντ. *Tychonis Amathuntis* in Cypro Epiſcopi. Papebroch. *Tychon*. Ephemerides metricæ.

Ἕκτῃ καὶ δεκάτῃ κατερόκαχε γαῖα Τύχωνα.
Sub decimam ſextam ſuſcepit terra Tychonem.

Menæa: τοῦ ἁγίου Θαυματουργοῦ Τύχωνος, *S. Thaumaturgi Tycho-*

chonis, cum officio, & Synax., in quo dicitur Epiſcopus Ἀ'μαθοῦντος πόλεως τῆς νήσου Κύπρου, *Amathuntis civitatis inſulæ Cypri*, a Mnemonio ejuſdem urbis Epiſcopo ordinatus Diaconus, ejuſque poſt obitum, a *S. Epiphanio* conſecratus Epiſcopus. Menol. Baſilianum: „ Commemor. S. P. N. Tychonis Thau-„ maturgi. Tychon Thaumaturgus, piorum parentum ſoboles, „ ab iiſdem Deo conſecratus fuit. Poſtea ſacras literas doctus, „ ab Epiſcopo Trimethuntis (*a*) Diaconus eſt ordinatus; quo „ defuncto, ipſe a magno Epiphanio ad Epiſcopalem thronum „ evectus, non paucos ab errore ad Dominum traduxit. Quum-„ que plura miracula patraſſet, ad Dominum migravit „. Quorum duo ſubnectit. Vide Adnotata in S. Tychonem ad Acta Sanctor. Tom. 3. Junii pag. 93. ad 98.

XVII.

Manuel, Sabel, Iſmael.

Kalend. Moſcov. *Muc. Manuyla*, *Mart. Manuelis*. Poſſev. *S. Mart. Samuelis*, pro *Manuele*. Papebr. *Manuel*, *Sabel*, *Iſmael*. Martyr. Rom. „ Chalcedone SS. Martyrum Manuelis, „ Sabelis & Iſmaelis, qui pacis cauſa apud Julianum Apoſtatam „ pro Rege Perſarum legatione fungentes, quum Imperatoris „ juſſu idola venerari compellerentur, idque conſtanti animo „ recuſarent, gladio feriuntur „. Menæa: τῶν ἁγίων Μαρτύρων Μανουὴλ, Σαβὲλ, καὶ Ἰσμαὴλ, *SS. Martyrum Manuelis*, *Sabelis*, *& Iſmaelis*, conjunctim cum aliis Martyribus *Iſauro* (*b*) *Baſilio*, *Innocentio*, *Hermia*, *Felice*, *& Peregrino*, cum officio, & diſtincto Synaxario. Ephemerides Metricæ.

Ἑβδομάτῃ δεκάτῃ ἴδε τρεῖς ἀνέρας ἀθλεύοντας.

Certantes pugiles tres decima ſeptima vidit.

Menologium Baſilianum. „ Martyres Chriſti Manuel, Sabel, „ & Iſmael ex regione Perſidis oriundi, patre quidem Archi-„ mago, matre vero Chriſtiana, literas ſacras ac pietatem ab „ Eunico homine Chriſtiano edocti, Chriſtum colebant & ado-„ rabant. Quum vero, Juliano Apoſtata imperante, legati pro „ pace a Perſarum Rege Conſtantinopolim miſſi, ſpectarent „ illum Chriſtianæ fidei deſertorem trans fretum Calchedonis „ ido-

a Leg. *Amathuntis* ex Menæorum Synax.

b Horum etiam fit Commemor. in Mart. Rom. ad hanc diem: ſic: „ Apolloniæ „ in Macedonia SS. Martyr. Iſauri Diaconi, Innocentii, Felicis, Hieremiæ, & Pe-„ regrini Athenienſium, qui a Tripontio Tribuno varie torti, capite obtruncati ſunt. ubi pro Hermia, habetur Hieremias.

Digitized by Google

„ idolis immolantem, triſtitia affecti ſunt „. Cætera. In fine Synaxarii Conſtantinopolitani: „ Celebratur eorum ſolennitas „ in SSmo illis conſtructo Martyrio ſito prope templum S. Pro„ phetæ Eliſæi „. Quo de Martyrio Cangius cap. 6. num. 61. ex Codino: „ Eccleſiam SS. Manuelis, Sabelis, & Iſmaelis, „ quæ ſita eſt ad murum terreſtrem, Theodoſius magnus con„ didit. Poſtquam enim a Juliano Apoſtata fuerunt cremati, „ Reliquiæ eorum ibidem in loco ſupplicii depoſitæ ſunt „. Acta Græca vetuſtiora ex Cod. Vat. 655. interprete Papebrochio: *κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον*, Βασιλεύοντος *τῦ ἀσεβεςάτυ* Ἰουλιανῦ, *In diebus illis quum impiiſſimus Julianus Imperio potiretur*, Tom. 3. Jun. XVII. pag. 290. Latina: *Perſecutores quidem alii & tyranni*. Lipom. Tom. 6. & Surius ad 17. Junii.

XVIII.

LEONTIUS.

Kalen. Moſcov. *Muc. Leontia*, *Mart. Leontii*. Poſſevinus: *S. Mart. Leontii*. Papebr. *Leontius*. Martyr. Rom. „ Tripoli „ in Phœnicia S. Leontii militis, qui ſub Hadriano præſide, una„ cum Hypatio Tribuno, & Theodulo, quos convertit ad Chri„ ſtum, per acerba tormenta pervenit ad coronam martyrii. Baron. „ Meminit hujus Leontii, ut perilluſtris martyris, Theodoretus in Commentario de Evangelica veritate lib. 8. de martyribus in fine. Tradit Procopius lib. 3. de ædif. Juſtiniani Imp. eidem martyri ab eodem Juſtiniano extructam eſſe magnificentiſſimam Baſilicam. Erat & Tripoli in Phœnicia nobilis memoria Leontii Mart. cujus mentio eſt in Quinta Synodo Act. 1. „ In MS. Synaxario Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, poſt ejus Encomium, hæc in fine adduntur. Celebratur ejus ſolemnitas trans fretum in Camaridio, & in Oratoria ejus æde, ſita proxime ad portam Fontis. Vide Cangium in Conſtantinopoli Chriſtiana lib. 4. cap. 15. num. 13. Ephemerides Metricæ:

Ὀγδοάτῃ δεκάτῃ πλήγαισι Λεόντιος ἐκπνεῖ.
Immoreris plagis decima octavaque, Leonti.

Menæa: *τῦ ἁγίυ* Μάρτ. *Λεοντίυ*: *S. Mart. Leontii*, cum officio & Synaxario. Menologium Baſilianum: „ Certamen Sancto„ rum Martyrum, Leontii, Hypatii, ac Theoduli. Leontius „ Chriſti Martyr ex Hellade quidem originem traxit. Factus „ autem ob virtutem ſuam copiarum dux, Tripoli Phœniciæ „ verſabatur, Chriſtum palam colens & pauperes recipiens.

„ Et

„ Ea re comperta ab Adriano Phoeniciæ Præfecto, quem Veſpaſianus Romanorum Cæſar nuper creaverat, miſſo Hypatio „ Tribuno cum duobus militibus, quorum alter Theodulus di- „ cebatur, accerſitur „. Cetera. Veſpaſianus, ſub quo Sanctus Leontius paſſus eſt, aſſumtus ad imperium anno Chr. 69. quum anno ſequenti per Titum filium Hieroſolymam expugnaſſet, deceſſit anno 79.

Acta S. Leontii Græce ex MSS. Vatic. Βασιλεύοντος Οὐεσπασιανοῦ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς, Latine ex interpretatione Sirleti: „ Quo tempore Veſpaſianus Romanorum Imperium tenebat, t. 3. Act. Sanctor. ad XVIII. Jun. pag. 555. & apud Surium ad 18. Junii. In fine: „ Has memorias B. Mart. Leontii Cyrus quidam „ Commentarienſis in tabulis plumbeis conſcribens, apud „ S. martyris monumentum depoſuit. &c.

Acta alia ex MS. Laurentiano Medicæo. Græce: τὸ μὲν τῆς παροιμίας προΐσταται: „ Hinc quidem me abſterret proverbium, inde vero excitare alacritas animi non ceſſat „. Interprete Conrado Janningo in Act. Sanctor. ad XVIII. Junii pag. 562.

XIX.

Apostolus Judas.

Vaticanus Ruthenicus primus: *Judæ Apoſtoli*. Secundus, *Judæ Apoſtoli*, *fratris Domini*. Slavicus noſter: *S. Apoſtoli Thadæi*. Kalend. Moſcovit. *Apoſtola Judi brata Goſpoda*: *Apoſtoli Judæ*, *fratris Domini*. Poſſev. *S. Apoſtoli Judæ*. Papebrochius: *Judas Apoſtolus*. „ Cui cur hic Epiſcopale Pallium „ addatur, & quid ſibi velit additum cognomentum *Gambratii*, conjectura nulla aſſequor „. Reſpondet Culcinius p. 84. „ XIX. Judas Apoſtolus fuit ſecundum carnem frater Domini, „ & unus e XII. Apoſtolis, dictus etiam Thaddæus; prædica- „ vit vero Evangelium in Idumæa, & Arabia. Riſum mihi mo- „ vet cognomentum *Gambratii*, quod appoſuit Papebrochius: „ in tabulis enim figuratis ſic lego: *Juda* (a) *Hā* [per abbre- „ viationem loco *Hoſpoda*] *Brat*, ideſt, *Judas Domini frater*. „ Ex hac occaſione diſcat Lector, quod quamvis Rutheni ſcribant more Græcorum literam *Gamma*, pronunciant tamen „ eam per literam *H*, ut Gabriel, *Havriyl*: *Georgius*, *Heor-* „ *biy*

a Juda, Гā, ideſt, Господа, Dominus.
BRAT, *Frater*.

„ *biy*. Similiter utuntur Rutheni paſſim litera *B*., ut *Brat*, frater, *Blabo*, bonum. Sed in pronunciandis nominibus propriis imitantur Græcos, & loco *B*, literam *V* ſcribunt, ac proferunt, ut *Vaſiliy*, Baſilius: *Vavila*, Babylas. Demum pro ϑ, *th*, adhibent *Ft*: ut Timotheus, *Timoftey*; Thaddæus, *Ftaddey*. Hoc adnotato, dico recte addi Apoſtolo Judæ Epiſcopale pallium: nam Græci & Rutheni credunt duodenos Apoſtolos omnes fuiſſe Epiſcopos, quod eſt in confeſſo etiam apud Latinos. Scio equidem, temporibus Apoſtolicis nondum extitiſſe pallia, ſed ea tribui Apoſtolis tamquam inſignia Epiſcopatus. Quod vero Moſcus Apoſtolos alios palliatos, alios abſque palliis expreſſerit, uſus eſt ampla quam habent pictores licentia „. Ephemerides metricæ.

Ἐννέα καὶ δεκάτῃ θνήσκει βελέεσσιν Ἰούδας.

Mors decimanona jaculis infertur Judæ.

Menæa: τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Ἰούδα: *S. Apoſtoli Judæ*, cum officio & Synaxario. Menolog. Baſil. „ Apoſtolus Chriſti Judas, quem hoc nomine S. Apoſtolus & Evangeliſta Lucas in Actis appellat; a reliquis vero Apoſtolis & Evangeliſtis Matthæo & Marco Thaddæus (*a*) dicitur; Domini noſtri Jeſu Chriſti ſecundum carnem frater fuit, ut pote qui Joſephi Sponſi filius (*b*) erat, frater autem Jacobi Adelphothei: qui & luce plenam doctriniſque S. Spiritus refertam Epiſtolam ad omnes ſcripſit „. Cetera. In Meſopotamia prædicaſſe dicitur, & Abgarum Edeſſæ toparcham ſanaſſe: poſtremo Arat urbem petiiſſe, ibique in crucem actus, teliſque confoſſus obiiſſe. Colitur a Latinis S. Judas qui & Thaddæus, unus e XII. Apoſtolis, unacum S. Simone ad 28. Octobris: ubi dicitur, in *Meſopotamia* Evangelium prædicaſſe, deinde in Perſidem una cum S. Simone ingreſſus, ibi martyrium conſummaſſe. Conſentiunt Synaxaria, dum ajunt, Judam in Arat, ſeu Ararat Armeniæ urbe, martyrium ſubiiſſe: nam Armenia tunc temporis ad Regnum Perſarum ſpectabat. Sunt autem, qui hunc *Judam Thaddæum* a *Thaddæo* altero diſtinguunt, quem unum fuiſſe ex LXX. contendunt. Ita Græci paſſim, qui de hoc Apoſtolo ex XII. agunt

a In Menæis additur, Θαδδαῖος καὶ Λεβαῖος, *Thaddæus & Leveus*. ideſt, *Lebæus*.

b Alibi oſtenſum eſt, Judam & Jacobum, fratres Domini, non Joſephi filios fuiſſe ſed Alphæi ſeu Cleophæ, fratris Joſephi.

Digitized by Google

ad XIX. Junii; de Thaddæo autem ex LXX. ad XXI. Auguſti. Papebrochius vero Tom. 3. Jun. Act. Sanctor. pag. 802. contendit, hunc *Judam*, quem Græci ad XIX. Junii colunt, eſſe unum ex LXXII. Diſcipulis, patre Cleopha natum, ſed ex alia, quam Jacobus Adelphotheus, matre: diverſum proinde a Juda Thaddæo, uno ex XII. qui ad 28. Octobris unacum S. Simone in Perſide paſſus eſt. Verum S. Hieronymus (uti notat Baron. ad 28. Oct.) in Matth. cap. 10. contrarium ſenſiſſe videtur; unum eundemque fuiſſe Thaddæum Apoſtolum cum illo qui Edeſſam ad Abgarum profectus eſt, quem Lucas Act. cap. 1. *Judam Jacobi*, & Matthæus cap. 10. *Lebbæum* appellat: in quam quidem ſententiam ceteri Latinorum abiiſſe videntur, quum Occidentalis Eccleſia nonniſi de uno Thaddæo agat commemorationem. Loca autem ubi prædicavit Evangelium, hæc adnumerantur a Niceph. lib. 2. cap. 40. Judæa ſcil., Galilæa, Samaria, Idumæa, Arabia, Syria & Meſopotamia, de quo etiam Iſidorus & alii teſtantur. Exſtant utriuſque Apoſtoli, Judæ ac Simonis, Acta, quæ & per Lectiones diſtincta in aliquibus antiquis Codd. MSS. inveniuntur, uti in aliquibus Eccleſiis legi conſueverunt; quæ non ſatis tuta viſa ſunt Radulpho Tungrenſi de obſerv. Can. cap. 11. Apud Hippolytum in libello de XII. Apoſtolis dicitur Thaddæus Beryti conſummaſſe agonem. Reliquias Sancti Thaddæi Hieroſolymis ad ſe miſſas Sanctus Bernardus accepit, ut in ejus vita legitur prope finem. Hæc ex Baronio. Græce de ſancto Thaddæo Apoſtolo: *ὁ μακάριος Λεββαῖος ὁ καὶ Θαδδαῖος*, 21. Auguſti, MS. Lambec. Tom. VIII. pag. 202. Judæ Thaddæi Apoſtoli, auctore Niceta Paphlagone: *ὁ μὲν μακάριος Ἰακώβ*, Græce & Latine in Combefiſ. Auctar. noviſſim. Tom. 1. pagin. 415.

XX.

METHODIUS PATARORUM.

Kal. Moſcov. *Muc. Methodia*, *martyris Methodii*. Poſſevinus oſcitanter, *S. Mart. Maphædii*, pro, *Methodii*. Papebr. *Methodius*. Vaticani Ruthenici cum noſtro Slavico vacant uſque ad XXIV. Ephemerides Metricæ.

Εἰκάδι ἀρχιθύτης Μεθόδιος ἐναπετμήθη.
Methodio collum decima bis luce ſecatur.

Menæa: τοῦ ἁγίου Ἱερομάρτ. Μεθοδίου Ἐπισκόπου Πατάρων, *S. Hieromartyris Methodii Epiſcopi Patarorum*, cum officio & Synax.

Synax. Menol. Baſil. „ Methodius Chriſti Hieromartyr ab infan-
„ tia Deo honorabile vas ſe ipſum conſecravit, divini Spiritus
„ receptaculum factus. Quare Dei ſuffragio Pontificatu dignus
„ effectus eſt, creatuſque Patarenſis Eccleſiæ Epiſcopus, gre-
„ gem ſuum optime rexit. Gliſcentem autem Origenis hæreſim
„ cernens, ut optimus Paſtor, divino eloquiorum ſuorum igne
„ incendit „. Cætera de ejus martyrio. „ Additur in Menæis :-
„ Hic plane admirabilis Dei Sacerdos & Martyr libros ab ſe
„ elaboratos reliquit, ſcientia omni plenos atque utiliſſimos.
„ Quin & de futuris clariſſime vaticinatus eſt, ac perquam per-
„ ſpicue de Regum ſive Regnorum converſionibus, mutationi-
„ nibus & translationibus, de gentium excurſionibus, regio-
„ num & locorum everſionibus & vaſtationibus, de Regibus
„ Catholicis & Hæreticis, de conſummatione mundi, de Anti-
„ Chriſto ejuſque regno & interitu, deque omnis carnis huma-
„ næ interitu. Hæc omnia divinus hic vir clariſſime vaticinatus
„ eſt „. Verum hujuſmodi Revelationes Sancto Methodio ſup-
poſitas & falſo tributas cenſent Bellarm. & Labbe de Script. Ec-
cleſ. & Gul. Caveus in hiſt. liter pag. 97. Martyr. Rom. ad 18.
Sept. „ Natalis S. Methodii, Olympi Lyciæ & poſtea Tyri Epi-
„ ſcopi, ſermonis nitore ac doctrina clariſſimi: qui ad extre-
„ mum noviſſimæ perſecutionis (ut ſcribit S. Hieronymus) in
„ Chalcide Græciæ martyrio coronatus eſt „. Non quidem ſub
Decio & Valeriano, uti Svidas tradit, ſed ſub Diocletiano cir-
ca ann. 303. quum conſtet eum Porphyrio æqualem fuiſſe, ſi
non ſuperſtitem. Hieron. de Script. Eccleſ. cap. 83. „ Metho-
„ dius Olympi Lyciæ, & poſtea Tyri Epiſcopus, nitidi com-
„ poſitique ſermonis adverſum Porphyrium confecit libros, &
„ Sympoſion decem Virginum, & de Reſurrectione opus egre-
„ gium contra Origenem, & adverſus eundem de Pythoniſſa,
„ & de Autexuſio. In Geneſim quoque & Cantica canticorum
„ commentarios, & multa alia quæ vulgo lectitantur. Et ad
„ extremum noviſſimæ perſecutionis, ſive, ut alii affirmant, ſub
„ Decio & Valeriano, in Chalcide Græciæ martyrio coronatus
„ eſt „. Henſchenius Tom. IV. Junii ad XX. pag. 5. contendit,
duos fuiſſe Methodios, unum *Patarorum* Epiſcopum, de quo
Græci ad XX. Junii, & alterum *Olympi* primum, deinde *Tyri*
Epiſcopum, qui a Latinis colitur ad XVIII. Septembris. Verum
tam Græci, quam Latini unum *Methodium* venerantur, quem

Græci quidem *Patarorum*, Latini autem *Olympi Lyciæ & Tyri* Epiſcopum vocant. Atqui (uti verbis utar Cavei) Methodius, „ Eubulius dictus, primum Olympi Lyciæ, ſive *Patarorum* „ (eandem enim Epiſcopalem diſerte facit Svidas; vel ſi diver- „ ſæ fuerint civitates, poterat vigente perſecutione uno eodem- „ que tempore curam Epiſcopalem gerere) deinde Tyri Epi- „ ſcopus „. Subjungit Caveus Catalogum ejus operum pag. 96. quem vide.

XXI.

Martyr Julianus.

Kalend. Moſcovit. *Muc. Juliana, martyris Juliani*. Poſſ. *S. Mart. Juliani*. Papebr. *Julianus*. Ephemerides metricæ.

Σάκκῳ Ἰουλιανὸς βύθον εἴσεδυ εἰκάδι πρώτῃ.

Vicena ac prima, mare, ſuſcipe Julianum.

Menæa: τοῦ ἁγίου Μάρτ. Ἰουλιανοῦ, cum officio, & Synaxario: cui titulus: τοῦ ἁγίου Μάρτ. Ἰουλιανοῦ τοῦ ἐν Κιλικίᾳ. Initium. οὗτος ἦν ἐκ τῆς Ἀναζαρβέων ἐπαρχίας: Ubi dicitur, *in Cilicia ex urbe Anazarbo* fuiſſe, & in ſaccum injectus in mare, martyrium conſummaſſe. Idem Synaxarium legitur ad XVI. Martii, quo die tam in Menæis, quam in Menol. Baſilii colitur; item in Rom. Martyr. his verbis: *Anazarbi in Cilicia S. Juliani Mart. qui ſub Marciano præſide diutiſſime cruciatus, demum in ſacco una cum ſerpentibus incluſus, in mare demerſus eſt*. Bis igitur in Menæis colitur unus idemque Julianus Cilix, primo ad XVI. Martii cum ſolo Synaxario, deinde ad XXI. Junii cum officio & Synaxario. At in Menol. Baſiliano, ad diem quidem XVI. Martii legitur Synaxarium de *S. Juliano Cilice*, ut ſupra; verum ad XXI. Junii agitur de altero *S. Juliano* Ægyptio, his verbis Tom. 3. pag. 138. „ Certamen S. Mart. Juliani in Ægypto. Ju- „ lianus Chriſti martyr in Ægypto claruit Diocletiano imperan- „ te. Chriſtum vero colens, monaſterium maximum condidit, „ in quo Deum laudabat. Ea re comperta præſes, illum miſſis „ Satellitibus comprehendit; monaſterium vero incendit, & „ omnes quos ibidem reperit Epiſcopos, Sacerdotes & Mona- „ chos concremavit. Sanctum autem Julianum cæſum cuſtodiæ „ incluſit, rurſumque educens, vinctum coram ſe conſiſtere „ juſſit. At Celtius præſidis filius adſtantes Sancto Angelos cer- „ nens, in Chriſtum credidit unacum aliis compluribus. Sed „ & mortuus feretro ſublatus, repente reſurgens, clamavit

„ affir-

Digitized by Google

„ affirmans, orante Juliano ſe revixiſſe. Rurſus itaque multi „ in Chriſtum credidere. Quare indignatus præſes, juſſit Juliani „ caput, ſimiliter & Celtii, cute nudari. Hæc intuita præſidis „ uxor, credidit, & una cum filio & reliquis atque Sancto „ Juliano decollata eſt „. De hoc Juliano Ægyptio Papebrochius in Prætermiſſis ad XXI. Junii pag. 64. „ SS. Julianus, „ Baſiliſſa, Celſius, Antonius, & alii Martyres Antinoi in Ægy„ pto, cum longiſsimo encomio referuntur in MS. Synaxario „ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, unde pauca excerpta in Me„ nolog. Sirleti. De iis plurima dedit Bollandus adhuc ſolus in „ opere vix leviter inchoato, necdum ita ut poſtea, ad veri fal„ ſique diſcrimen exercitatus fuit. Ego neceſſe habui in Reſpon„ ſis ad exhibitionem errorum Art. XV. §. 28. illorum Acta rigi„ diori examini ſubjicere: Et evidentes ubique inveniens fictio„ nis notas, eadem ut prorſus fabuloſa reprobare: quod denuo „ faciendum in Supplemento ad diem IX. Januarii „. Baron. de hor. Actis ad IX. Jan. quo in Martyr. Rom. coluntur: „ Ho„ rum Acta ex veteribus monumentis edidit Metaphraſtes, quæ „ habet Lipom. Tom. 7. Mombrit. tom. 1. & Surius tom. 1. „ Habemus eadem in Vet. MS. Extat in Brev. Toletano S.Iſidori „ ſacer hymnus, quo horum Acta egregie deſcribuntur „. Græca Juliani, Baſiliſſæ & Sociorum Acta incipiunt: πᾶντα ἐςὶ τὰ πάθη τῶν Μαρτύρων. Vide Allat. de Simeonib. pag. 110. Addit in fine: „ Erat apud Antiochiam celeberrima Eccleſia nomine „ Juliani, de qua Procop. lib. 2. de Bello Perſico „. Verum hæc Antiochiæ ſita Eccleſia non Juliano Ægyptio dicata erat, ſed *S. Juliano Sabæ Seniori, qui Valentis Imp. tempore fidem catholicam Antiochiæ pene collapſam, virtute miraculorum erexit*, uti de eo legitur in Martyrologio Rom. ad 14. Jan. De quo plura Theodoretus lib. Sanctor. Patr. cap. 2. & hiſt. lib. 3. cap. 19. & lib. 4. cap. 25. Hic enim Julianus Saba ſenior ille eſt, quem S. Joannes Chriſoſtomus laudibus exornat homil. 21. in epiſt. Pauli ad Epheſ. cujus init. εἰ ἐν τῇ γῇ τοιαῦται.

XXII.

S. Eusebius.

Kalend. Moſcov. *Muc. Euſebia*, *mart. Euſebii*. Poſſevin. *S. Mart. Euſebii*. Papebr. *Euſebius*. Ephemerides Metricæ.

Εἰκάδι δευτερίῃ κεφαλὴν θλάσαν Εὐσεβίοιο.
Comminuit caput Euſebio bis dena ſecunda.

Me-

Digitized by Google

Menæa: τῶ ἁγίου Ἱερομάρτ. Εὐσεβίου Ἐπισκ. Σαμωσάτων, *S. Hieromart. Euſebii Epiſcopi Samoſatorum*, cum officio & Synax. Init. οὗτος ὑπῆρχεν ἐπὶ Κωνςαντίνου τοῦ Βασιλέως, *Hic floruit ſub Conſtantino Imp. &c.* Lege, ſub *Conſtantio*. Ibid. habetur, πρὸς τὴν Λαχῦσαν πόλιν, *in civitatem Lachuſam reverſus*, leg. *Dolicham*. Martyr. Rom. ad xxv. Jun. ,, Eodem die S. Euſe-
,, bii Epiſcopi Samoſateni, qui tempore Conſtantii Imp. Ariani
,, ſub habitu militari incognitus Eccleſias Dei viſitabat, ut in fi-
,, de catholica illas confirmaret: deinde ſub Valente in Thra-
,, ciam relegatur: ſed reddita pace Eccleſiæ, tempore Theo-
,, doſii, ab exilio revocatus, quum iterum Eccleſias viſitaret,
,, tegula ab Ariana muliere deſuper immiſſa, confracto capite,
,, Martyr tandem occubuit ,,. Acta S. Euſebii ex Theodoreto Gr. & Latine deſcribit P. Baërtius Tom. 4. Junii ad XXII. pag. 239.

XXIII.

Martyr Agrippina.

Kalend. Moſcov. *Muceniczi Agripini*, *Martyris Agrippinæ*. Poſſevinus. *S. Mart. Agrippinæ*. Papebroch. *Agrippina*, *Ariſticlianus*. Ephemerides Metricæ.

Εἰκάδι θειομένη ξιτάτῃ θάνεν Ἀγρίππινα.

Vicena & terna percuſſa obiit Agrippina.

Martyr. Romanum. *Item Romæ S. Agrippinæ Virg. & Mart. ſub Valeriano Imp., cujus corpus in Siciliam translatum, multis miraculis coruſcat*. Menæa: τῆς ἁγίας Μάρτυρος Ἀγριππίνης, cum officio & Synaxario, cujus hanc epitomen exhibet Baronius.
,, S. Martyr Agrippina in illuſtri urbe Roma orta & educata,
,, Virginitate & fortitudine decorata, & Deo ipſi deſponſata,
,, forti & alacri animo ad martyrii palmam cucurrit; & propter
,, amorem & alacritatem ſponſi ſui Chriſti, multis cruciatibus
,, ſe ipſam tradidit. Itaque virgis cæſa, vinculis, carceribus
,, & torturis afflicta, in tormentis ipſis, animam Deo commen-
,, dans, martyr exceſſit. Ejus corpus Baſſa, Paula, & Aga-
,, thonice clam ſuſceptum, ex urbe Roma in Siciliam transferen-
,, tes repoſuerunt. Quum primum vero Sicilia illud accepit,
,, tenebricoſis Dæmonum erroribus liberata eſt. Quumque
,, Agareni auſi fuiſſent caſtrum diripere, in quo B. Martyris cor-
,, pus ſervabatur, repentino interitu perierunt. Ex eo tempore
,, ad hanc uſque diem leproſi cum fide illuc acedentes purgan-
,, tur, & reliqui morbi, S. Agrippinæ interceſſione, abiguntur.

Menol.

Digitized by Google

Menol. Baſilianum de ea ſilet. Ex quo Papebrochius ad XXIII. Jun. pag. 459. num. 5. conjicit „ quod ſeculo XI. necdum val- „ de adulto veteres quidam ex Menæo Chriſtiani, commodita- „ tem nacti furtim auferendi ſanctum corpus, ipſum (ſicut & „ alii alia ſacra Lipſana, puta SS. Agathæ, Luciæque) Conſtan- „ tinopolim avexerint, ubi talia gratantiſſime excipiebantur, „ pariterque inſtitutam ibi feſtivitatem, annuo collocati decen- „ tius corporis die, quæ hodiedum perſeveret „. Acta transla- tionis Corporis S. Agrippinæ ex urbe Roma in Siciliam, ex tom. I. de Vitis Sanctorum Siculorum, exhibentur Tom. 4. Jun. p. 464. Init. *Aggrippina Virgo & Martyr, orta atque nutrita Romæ.*

Pro Ariſticliano legendum *Ariſtocles*, cujus nudum nomen in Menæis ſic: *τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τῶν ἁγίων* Μαρτύρων Ἀριςοκλέους Πρεσβυτέρου, ϗ Δημητρίου (a) Διακόνου, ϗ Ἀθανασίου Ἀναγνώςου: „ Eadem die SS. Martyrum, Ariſtoclis Presbyteri, & „ Demetrii Diaconi, & Athanaſii Lectoris „. At in Menol. Baſiliano hæc de ipſis narrantur: „ Sanctus Ariſtocles erat ex „ Cypro, Dei Eccleſiæ Presbyter. Imperante autem Maxi- „ miano, quum perſecutionem timeret, in montem quemdam „ ſe contulit, & in ſpeluncam ſe abdidit: ubi quum oraret, au- „ divit vocem e cælo ſibi præcipientem, ut in Metropolim abi- „ ret, & illic certamen martyrii ſubiret. Quum itaque ad ædes „ S. Apoſtoli Barnabæ perveniſſet, aſſumpſit Demetrianum „ Diaconum, & Athanaſium Lectorem, apud quos exceptus „ hoſpitio, narravit illis, quæ ſibi in viſione contigerant. Ac- „ cipiens ergo ipſos itineris comites, abiit in Metropolim ad „ præſidem: & Chriſtum confeſſus, cum ſociis ſuis in carcerem „ detruditur. Mox ipſe quidem capite plectitur; Demetrianus „ vero & Athanaſius igni traditi, quum inde illæſi exiiſſent, ipſi „ quoque decollantur „. In Synaxario Eccleſiæ Conſtantino- politanæ quod recitat Henſchenius ad XXIII. Junii pag. 473. di- citur *Ariſtocles Presbyter Eccleſiæ Tamaſi in Cypro*: veniſſe *Le- dram* in domum S. Apoſtoli Barnabæ, inde *Salaminam* Cypri Metropolim, ubi martyrium cum Sociis ſubiit. In aliis Synaxa- riis hi tres Sancti ponuntur ad XXI. & ad XXII. Junii.

In Synaxario Slavo Ruſſico anni 1679. quod Bollandianis Latinum fecit Jo. Gabriel de Sparvenfelt Antuerpiam divertens anno 1688. ad diem XXIII. Jun. notatum legitur: „ Occurſus „ Ima-

a Demetrianus in aliis Menologiis appellatur.

„ Imaginis Thaumaturgæ puriſſimæ Deiparæ Volodimirienſis „. Eſt autem Wolodimeria (Herberſteinio teſte pag. *64.*) civitas magna, quæ e Moſcovia in Orientem eunti prima occurrit. Hæc a tempore Wolodimeri, qui poſtea Baſilius dictus eſt, uſque ad Joannem Danielis filium, Ruſſiæ Metropolis fuit. Eſt autem inter Volgam & Occam, magna duo flumina, triginta ſex a Moſcovia in Orientem milliaribus Germ. ſita, loco adeo fertili, ut ex uno tritici modio ſæpe xx. nonnunquam xxx. proveniant. *Cetera*. Idem Herberſteinius pag. 88. narrat, quomodo *Occurſus ille* Imaginis Deiparæ contigerit. Temircutlu Tartarorum principe An. Mundi *6909*. Chr. *1401*. mortuo, Schatibech filius ſucceſſit. Poſt quem Temiraſſak quum exercitum maximum in Retzan ad depopulandam Moſcoviam duxiſſet, tantum terrorem principibus Moſcoviæ injecit, ut deſperata victoria, abjectis armis, ad divorum tantum auxilium confugerent. In Volodimeriam ſtatim pro Imagine quadam divæ Mariæ Virginis, quæ multis miraculis editis celebris erat, mittunt. Quæ quum in Moſcoviam duceretur, Princeps omni cum multitudine honorifice illi obviam procedit: eaque primum ut hoſtem averteret humillime implorata, maxima veneratione ac reverentia in civitatem deducit; quo cultu ſe impetraſſe dicunt, quod Tartari ultra Retzan non fuerint progreſſi. In cujus rei perpetuam memoriam eo loci, ubi Imago expectabatur, ſuſceptaque fuit, templum exædificatum eſt: dieſque is, quem Rutheni *Stretenne*, ideſt, obviationis diem vocant, *26*. Auguſti quotannis ſolenniter celebratur. Acta ſunt hæc anno *6903*. (Chr. *1395*.) Vivente nimirum adhuc Temircutlu, ſeu Tamerlane Tartarorum Rege. Itaque videtur ea Imago ad *23*. Junii fuiſſe illuc delata, & die *26*. Aug. obtenta de Tartaris retrocedentibus victoria.

XXIV.

NATIVITAS JOANNIS.

Vaticani Ruthenici: *Nativitas Joannis Baptiſtæ*. Slavicus noſter: *Nativitas S. Joannis Præcurſoris Baptiſtæ*. Marmor Neapol. *Nt. S. Johannis Baptiſtæ*. Kalend. Moſcovit. *Rozdeſtvo* (*a*) *Prediteczi*, *Nativitas Præcurſoris*. Poſſevin. *Nativitas S. Jo. Baptiſtæ*. Papebroch. *Rozdeſtvo Sviatago Joanna Prediteczi*: *Nativitas S. Jo. Præcurſoris*. *Eliſabeth*. *Zacharia*. Tabula Papebroch. repræſentat, *Eliſabetham* puerperam in lecto ſupi-

a Apud Falcon. ad 24. Jun. pag. 106. *Rozdeſtro*, pro, *Rozdeſtvo*.

Digitized by Google

ſupinam jacentem, duas ancillas adſtantes, quarum una poculum tenet, Eliſabethæ præbendum. Ad caput, ſedet in elevata ſede Zacharias togatus barbatus, faſcia Orientali (quæ tulipantus dicitur) caput tegens, dextera commonſtrans, ſiniſtra volumen explicatum geſtans. Inter Zachariam & lectum Eliſabethæ, ſedet in terra obſtetrix puerulum Joannem e pelvi eductum, in ſinu tenens. Eadem fere repræſentantur in Tab. Caponiana, niſi quod *Eliſabeth puerpera* ſedens pingitur. Ephemerides Metricæ.

Πρόδρομον ἀμφὶ τετάρτην εἰκάδα γείνατο μήτηρ.
Natalis Prodromo vigeſima quartaque lux eſt:

Menæa: τὸ γενέσιον τοῦ τιμίου ἐνδόξου Προφήτου Προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου: *Nativitas venerandi, glorioſi Prophetæ, Præcurſoris & Baptiſtæ Joannis*, cum prolixo officio: canone *Jo. monachi, Andreæ, Anatolii, Byzantii, & Caſſiæ monachæ*, & brevi Synaxario. Menologium Baſilianum habet paulo prolixius Synaxarium, ſed totum ex Evangelio petitum, niſi quod Zachariam *Pontificem*, Ἀρχιερέα, vocat.

Papebrochius occaſione *Nativitatis S. Joannis*, huc congeſſit quidquid ad ipſum ſpectare poteſt a pag. 687. ad pag. 806. per capita VII. quorum caput I. *Acta ab Evangeliſtis tradita*: De Conceptione & Nativitate: de prædicatione Joannis & Baptiſmo Chriſto collato: de captivitate ac nece Joannis. Expenditur Joſephi narratio de Joanne, ejuſque auctoritas exigua circa Hiſtoriam Evangelicam. Quis finis fuerit Herodis, Herodiadis atque filiæ Salomes ſaltatricis. Cap. 2. *Feſta S. Jo. Baptiſtæ in Eccleſia Occidentali & Orientali*. De Præcipuo utrobique feſto Nativitatis. De feſto Conceptionis Baptiſtæ. Deque ejuſdem & Nativitatis, necnon ipſiuſmet Chriſti annis atque diebus. De loco concepti natique Baptiſtæ. De tempore, loco, ac feſto Decollationis. Miſſæ de Paſſione ſeu Decollatione Joannis, ex vetuſtis Sacramentariis Latinis. *Cap. 3. De Inventionibus, & Tranſlationibus Sacri Capitis in Oriente factis*. De loco & modo primæ Inventionis, Tranſlationeque in Ciliciam. Tranſlatio ſacri capitis ex Cilicia in Bithyniam ſub Valente, & Conſtantinopolim ſub Theodoſio. Sacri Capitis Emeſam facta Tranſlatio, figmentis obſcurata: ejus iſtic ſub Marciano Inventio altera extra controverſiam poſita: ubi recitatur Relatio Græce & Latine, quemadmodum caput S. Jo. Baptiſtæ de civitate Hieruſalem Emeſam

Digitized by Google

ſit translatum: init. Μοναχοὶ δύο ἐκ τῆς ἑώας, *duo quidam monachi ex oriente &c.* Quomodo Conſtantinopoli Emeſam referri caput potuerit, & Sozomeni atque Emeſenorum narratione conciliari, atque horum excuſari error circa initium ſuæ poſſeſsionis. Expenditur Relatio Metaphraſtæ in vita S. Matronæ, contraria veriori de ſecunda Inventione hiſtoriæ: Ad hanc Dionyſii exigui ~~Prologus. De tempore & loco ſecundæ~~ Inventionis: & hujus hiſtoria ſcripta a Marcello Archimandrita Spelæi, Græc. & Lat. initium. ἐπεφάνη ὁ τρισόλβιος, *apparuit ter beatiſſimus &c.* De tertia Inventione apud Comanam, alteraque Translatione Conſtantinopolim, & de Græcæ Eccleſiæ eodem ſpectantibus monumentis: Hiſtoria tertiæ Inventionis ex Serm. Anonymi de tribus Inventionibus Græc. Lat. εἰκὸς δὲ ἡμᾶς, *Operæ pretium eſt, ut eam quæ nuper contigit &c.* Encomium ſacri Capitis in feſto tertiæ Inventionis, Græc. Lat. Τρίτον μήνυμα τῆς τοῦ προδρόμου μνήμης, *Hodierna nos dies, auditores religioſiſſimi, Præcurſoris memoriæ tertium nuncium afferens &c.* Theodori Daphnopatæ ſermo in Translationem ſacræ manus Sancti Joannis Baptiſtæ Antiochia Conſtantinopolim: Lat. *ecce ad nos rurſus venit ſacroſanctus Chriſti Præcurſor &c.* Cap. IV. *De Reliquiis Capitis S. Jo. Bapt. in occidentem allatis.* Translatio Faciei Ambianos in Galliam. Ejus Hiſtor: *Ab urbe Byzantina nuper in Gallias factæ Translationis &c.* De veneratione hujus ſacræ Reliquiæ Ambiani: *Poſtquam ven. Facies ſic allata Ambianum eſt &c.* De aliis partibus ſacri Capitis per varias Eccleſias diſtributis. Partes maxillarum & menti, dentes & pili in variis Europæ Eccleſiis. De capite olim Angeriani credito Baptiſtæ fuiſſe. Angeriacenſium de Translatione Capitis ad ſuum Monaſterium relatio fabuloſa: *Narrat Joſephus, vinctum fuiſſe Joannem Baptiſtam in Caſtello Macheronta &c.* De Capite Sancti Joannis Romæ per Sanctum Gratum Epiſcopum Auguſten. illuc non allato De ſacro Sanguine Sancti Joannis Baptiſtæ Vaſati, Neapoli, Modoëtiæ. Cap. V. *De aliis Sancti Joannis Reliquiis in Eccleſia Occidentali.* Sacri Corporis diſſipatio ſub Juliano Apoſtata. De manu dextera cum parte brachii Antiochiam, & hinc Ciſtercium allata. An eadem dextra Equitibus Rhodiis a Bajazeto Turca donata fuerit. De manu ſiniſtra cum parte brachii, ſervata in Conventu Prædicatorum Perpiniani. De digitis manus dextræ, Venetiis, & Mauriennæ ſervatis.

De

Digitized by Google

De aliis Sancti Corporis Reliquiis apud varios., & miraculis ad eas patratis. Cap. VI. *De cineribus Præcurſoris Genuam allatis, & frequentibus eorumdem miraculis.* Genuenſium in Terram Sanctam expeditio, & ſacrorum cinerum Myræ inventorum, Genuam tranſlatio. Sacrorum cinerum approbatio, cultus, & miracula Seculo XII. XIII. XIV. XV. XVI. XVII. De aliis quibuſdam Sancti Joannis Baptiſtæ Reliquiis Genuæ ſervatis. Cap. VII. *Apparitiones quædam Sancti Joannis Baptiſtæ.* De ea, qua Sanctus mandavit ſibi ad Pontem Curvum Eccleſiam condi. Miracula Sancti Joannis Baptiſtæ in Ponte Curvo. Aliæ viſiones variis in locis & diverſis perſonis oblatæ.

In Sanctum Joannem Baptiſtam & Prodromum, ſermones, encomia, narrationes variorum, apud Fabricium Tom. IX. Biblioth. Græc. pag. 99. 100. & 101.

In Zachariam patrem Joannis Baptiſtæ, VI. Novembris, Encomium auctore Coſma Veſtitore. Μύςα τῶν ἀῤῥήτων Ἱερυργημάτων Ζαχαρία, ὡς χρυσοῦν θυμιατήριον. Lambec. VIII. pag. 236.

Zacharias & Eliſabeth a Latinis coluntur ad V. Novembris hoc elogio. *Sancti Zachariæ Sacerdotis & Prophetæ, patris B. Joannis Baptiſtæ. Item Sanctæ Eliſabeth, ejuſdem Sanctiſſimi Præcurſoris matris.* Græci de Eliſabetha quidem memoriam peculiarem non agunt; de Zacharia vero feſtum colunt die V. Sept. cum hoc hexametro:

> Πέμπτῃ Ζαχαρίαν δαπέδῳ σφάξαν παρὰ ναῷ.
> *Poſt quartam in Templo Zacharias ſternitur ipſo.*

Cauſam martyrii fuiſſe ajunt, quod filium occultaverit, dum occiderentur Infantes, quodque Deiparam venientem ad templum voluerit manere in loco Virginibus deputato. Utrumque ex Apocryphorum ſomniis merito quis dixerit cum Hieronymo. Papebrochius ad 24. Junii metrici: „ Huic feſto miramur a „ Græcis ſequenti die non ſubjungi, pro more feſtivitatum „ aliarum, memoriam *SS. Zachariæ & Eliſabeth*, parentum „ Baptiſtæ. Utrumque Latini colunt V. Novembris, Græci ſo„ lum patrem, idque V. Septembris „. Verum quum Rutheni de utroque parente agant eodem die quo filii Joannis nativitatem venerantur, id videntur ex Græcorum ritu accepiſſe, ut nativitati Baptiſtæ ſubjungant parentum ejus memoriam, etſi

Kkk 2 Pictor

Digitized by Google

Pictor Moſchus ad unam eandemque diem Imagines omnium exhibuerit.

XXV.

Febronia.

Vaticanus Ruthenicus primus. *Febroniæ Martyris*. Secundus cum Slavico noſtro vacat. Kalendarium Moſcoviticum: C. Прєп. M. Фєврони, *S. Martyris Febroniæ*. Ita & Poſſevinus. Marmor Neap. *P. S. Febroniæ*, ideſt, *Paſſio*. Papebroch. *Febronia*. Ephemerides Metricæ:

Δῶκε Φεβρωνία αὐχένα εἰκάδι πέμπτῃ.

Vicena quinta tendit Febronia collum.

Martyrologium Romanum. „ Sibapoli in Syria S. Febroniæ Virginis, & Martyris, quæ in perſecutione Diocletiani ſub Lyſimacho Præſide. Cætera „. Ubi pro *Sibapoli*, legendum, *Niſibi in Meſopotamia*, & pro Lyſimacho, *Seleno* Præſide, uti in Actis Syriacis & Græcis. Menæa: τῆς ἁγίας ὁσιομάρτ. Φεβρωνίας. S. venerandæ Mart. Febroniæ, cum officio, & Synaxario. In Synaxario Conſtantinopolitano non ſolum *Febronia* colitur, ſed etiam ſociæ ejus *Leonida*, *Lybia*, & *Eutropia*. Agique ejus Feſtum dicitur in Templo Sancti Joannis Baptiſtæ quod eſt in Oxia. Acta Sanctæ Febroniæ Syriace extant inter Acta Martyrum Occidentalium in Cod. Nitrienſi ſecundo ex iis Syriacis quos ex Oriente in Vaticanam invexi. Vide Tom. I. Biblioth. noſtræ Vaticanæ pag. 606. Græce eadem Acta ſcripta a Thomaide Magiſtra Sanctæ Febroniæ, ex MS. Cod. Vat. ad XXV. Junii pag. 17. Incipiunt: ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις Διοκλητιανοῦ τοῦ βασιλέως Ἄνθιμον τὸν ἔπαρχον, „ Latine ibid. Contigit tempore „ Diocletiani Imperatoris, ut Præfectus Anthimus corporea „ infirmitate correptus decumberet „. Manuſcripta Græce extant apud Lambec. Tom. VIII. pag. 286. Latine apud Surium die 15. Jun. Lipom. Tom. 7. & Mombrit. Tom. I.

XXVI.

David Theſſalonicenſis.

Kalendarium Moſcoviticum: Давида Селунскаго, *Davidis Theſſalonicenſis*. Poſſevinus: *S. Patris Davidis*. Papebroch. *David Theſſalonicen.* Culcinius: „ XXVI. Rutheni Theſſalo- „ nicam vocant *Solunum*: hinc & *David Theſſalonicenſis* Ana- „ choreta, qui vixit in plantario amygdalino, inſcribitur hac „ die

„ die in Tabulis figuratis: *David Solunenſis* „. Vaticani Ruthenici & noſter Slavicus vacant. Ephemerides Metricæ:

Εἰκάδι ἐξεπέρησε πύλας Δαβὶδ βίου ἕκτῃ.
Vicena ſextaque David vitæ oſtia tranſit,

Menæa: τοῦ ὁσίου πρς ἡμῶν Δαυὶδ ἐν Θεσσαλονίκῃ, *S. P. N. David Theſſalonicæ*, cum officio, & Synaxario, quod Græce & Latine vide in Act. Sanctor. ad XXVI. Junii pag. 177. Menologium Baſilianum de Sancto Davide agit ad XXVII. hujus. Vide Tom. 3. pag. 144. *Thaumaturgus* vocatur, & ex Oriente dicitur ad Theſſalonicæ partes veniſſe: & in amygdalino trunco nidulum ſibi compegiſſe, & prunas manibus tenens adſtitiſſe in conſpectu Imperatoris, eundem ſic incenſans, & manſiſſe incombuſtus. At in Prato Spirituali Jo. Moſchi cap. 69. „ In regione mea (erat autem ſenex Theſſalonicenſis) ſenex quidam extra mœnia civitatis quaſi ſtadiis tribus incluſus erat, „ ex Meſopotamia (nomine David) virtutibus valde ornatus, „ miſericors & continens; tranſegit autem in cellula incluſus „ fere annos 80 [al. 70.] „. Cetera. Papebrochius in notis ad hanc Moſchi auctoritatem pag. 177. conjectatur, hunc Sanctum Davidem obiiſſe circa an. Chr. 540.

Culcinius pag. 25. „ XXVI. Junii. De S. Dionyſio Archiep. Suzdalenſi. Laudant mei libri hunc Sanctum, & aſſerunt eum in inferiori Novogorodo erexiſſe Monaſterium; „ obiiſſe vero Kioviæ anno 1180. & tumulatum fuiſſe in Cryptis Kioviensibus. Rexit ipſe Eccleſiam urbis Suzdæ, a qua „ denominatur Provincia Suzdalenſis. Vide in Act. Sanctor. „ ad diem præſentem apud ſocios Bollandianos „. Hæc Culcinius. At vero Papebrochius in Act. Sanctorum ad XXVI. Junii pag. 246. de hoc Sancto Dionyſio agens, vocat eum *Bulgarorum Archiepiſcopum*, cujus commemorationem ait in Synaxario Slavico-Ruſſico ſic agi: „ S. P. N. Davidis Theſſalonicenſis. Item S. Dionyſii Archiepiſcopi Suchedalici, qui in urbe „ Niſi Novogrod ædificavit monaſterium Peiſchericum, & Kioviæ obiit, in catacumbis ſubterraneis conditus, anno 1180. „ ſub Manuele „. Quod autem Dionyſius fuerit *Bulgarorum Archiepiſcopus*, adeoque nonniſi Evangelii cauſa in Ruſſiam tranſierit, ex ipſo *Archiepiſcopi Suchdalacenſis* titulo colligere ſe ait: nam neque *Archiepiſcopos* ullos Ruſſia habet, præter ſuum Metropolitam, neque civitatem, cui *Suchdala* nomen ſit.

Nice-

Digitized by Google

Nicetas autem Curopalates in ſuo de *Officiis* opere, poſt expoſitionem Andronici Palæologi, qui anno 1283. imperare cœpit, de Ordine Metropoleon ſubjectarum Throno Patriarchæ Conſtantinopolitani, tranſiens ad eos, qui poſtea ex Archiepiſcopis & Epiſcopis Metropolitæ facti ſunt: „ Sugdæa, inquit, & „ Phullæ duo erant Archiepiſcopatus, adunatæ autem factæ „ ſunt una Metropolis, ideoque Sugdææ & Phullarum dici- „ tur „. Huc autem proxime accedit nomen *Sugda* vel *Sugdala*, & hæc Archiepiſcopalis civitas erat diu ante tempora Andronici. Aſt, inquies, quomodo ea probabitur fuiſſe in Bulgaria? Ita aſſerit Michaël Antonius Baudrand in ſua Geographia: ſed auctorem unde id hauſerit, adhuc requiro. Verumtamen dicere ex eo conjector, quod in antiquis notitiis Provinciarum, in Geographia Sacra Caroli a Sancto Paulo productis, nuſquam compareat *Bulgaria*; adeoque nec ejus Epiſcopi Archiepiſcopique, quorum proinde ſedes mirum non eſt ibi haud reperiri, quales fuerint tum *Sugdæa* & *Phullæ*; tum aliæ apud Curopalatem. Hæc de Eccleſia Archiepiſcopali Sancti Dionyſii Papebrochius. Tum pergit enarrans, eum fidei cauſa in Ruſſiam perrexiſſe, & in Kiovienſibus Cryptis, de quibus ad 2. Junii ex Gulielmi Vaſſori relatu, de Sancto Joanne Martyre Bialogradi diſſeruerat.

Verum quum habeamus *Epiſcopatum Suzdalenſem* in Ruſſia, quumque in Slavo-Ruſſico Synaxario Dionyſius diſertim dicatur *Suzdalenſis*, etſi Latinus Interpres pro *Suzdalico* ſive *Suzdalenſi*, reddiderit *Suchodalici*; dicendum omnino cum Culcinio, harum rerum peritiſſimo, non in Bulgaria, neque in Sugdæis & Phullis, ſed in Ruſſia & in Suzdali Dionyſium fuiſſe Antiſtitem. Herberſtenius pag. 28. „ Præter Metropolitanum „ Kiovienſem apud Ruſſos, ſunt & alii [inquit] duo Archie- „ piſcopi in Dominio Moſchi, in Novogardia ſcilicet Magrici; „ & Roſtow. Item Epiſcopi Tuverenſis, Reſanenſis, Smo- „ lenſis, Permiæ, Suſdali, Columnæ, Czernigoviæ, Suri „. Idem pag. 84. de Principatu & Epiſcopatu Suſdalenſi. „ Suſ- „ dali Principatus, cum ejuſdem nominis caſtro & civitate, in „ qua ſedes Epiſcopalis eſt, inter Roſtow, & Volodimeriam „ ſita eſt „. Cetera. Idem pag. 21. de Magni Ducis inauguratione facta per Simeonem Metropolitanum anno Chr. 1497. die 4. Februarii. „ Interfuerunt huic mandato Magni Ducis,

„ & bene-

„ & benedictioni Simeonis Metropolitani: Tychon Archiepiſc. „ Roſtovien. & Joroslavien. Niphon Suſdalien. & Toraski. Va- „ ſian [*Sebaſtianus*] Epiſcopus Tuveren. Protaſius Reſanen. & Muromski „. Cetera. En, præter Metropolitanum Simeonem, duo *Archiepiſcopi*, *Roſtovien.* & *Suſdalien.* Itaque tametſi verum eſt, in Ruſſia ab initio unum tantum Metropolitanum extitiſſe, ceteros autem Epiſcopos; uſus tamen poſtea obtinuit, ut plures Archiepiſcopi eſsent, præter Metropolitanum & præter Epiſcopos: & in numero Archiepiſcoporum cenſitus fuit *Suſdalienſis*, propter excellentem nempe ejus urbis, & Principatus dignitatem, teſte Herberſtenio pag. 84. „ Quo „ tempore Moſchi imperii ſedes Volodimeria erat, inter præ- „ cipuos hic Principatus [*Suſdalienſis*] numerabatur, ac reli- „ quarum adjacentium urbium Metropolis erat &c. „. Non mirum igitur, ſi ea ſedes in Synaxario *Archiepiſcopalis* appellatur; ſicuti etiam Byzantina Eccleſia in Synaxariis *Patriarchalis* dicitur iis etiam temporibus, quibus ſimplex Epiſcopatus erat: eo ſcilicet quia ſequioris ævi Scriptores ſolent eam appellationem rebus tribuere, quæ ſuo ipſorum ævo obtinet.

XXVII.

SAMPSON.

Vaticanus Ruthenicus primus vacat. Secundus, *Sampſonis Xenodochi*. Slavicus noſter: *S. P. N. Cyrilli Archiep. Alexandrini*. Kalendarium Moſcoviticum: *Prepodob. Sampſona*, *S. Sampſonis*. Poſsevinus perperam: *S. Patris Samonii*, pro, *Sampſonis*. Papebrochius: *Sampſon*, Presbyter: de quo Ephemerides Metricæ;

> *Ξεινοδόχος δ' ἐνὶ εἰκάδι ἑβδομάτῃ βάτε Σάμψων,*
> *Xenodochum Sampſon vigeſima ſeptima tollit.*

Menæa: τοῦ ὁσίου πρς ἡμῶν Σαμψὼν τοῦ Ξενοδόχου, *S. P. N. Sampſonis Xenodochi*, cum officio, & Synaxario. Menologium Baſilianum ad XXVII. Junii agit primo *de Sancto Cyrillo Epiſcopo Alexandrino*, de quo recole quæ ſupra ſunt obſervata ad IX. Junii, & ad XVIII. Januarii. Deinde *de Sancto Davide Theſſalonicenſi*, de quo etiam ad diem antecedentem dixi; demum *de Sancto Sampſone Xenodocho*. Porro Synaxaria tam Baſiliani, quam Menæorum, Græce & Latine recitantur in Act. Sanctor. ad XXVII. Junii pag. 264. & ſeq. Romanum Martyrologium ad hanc diem: „ Conſtantinopoli S. Sampſonis Presbyteri pau-

„ perum

„ perum exceptoris „. Vixit ſub Juſtiniano, obiitque circa ann. 530. uti demonſtrant Bollandiani loc. cit. *Vita S. Sampſonis* auctore Metaphraſte, Græce: *ἀλλὰ μὲν χάριτος ἔργον καὶ θεραπείας*, Latine: „ Partim quidem magno Sampſoni gratitu-
„ dinem & cultum debitum exhibentes „. Acta Sanctor. Tomo v. Junii pag. 265. Latine ſolum apud Lipoman. Tom. 6. & Sur. ad 27. Junii.

XXVIII.

Cyrus, et Joannes.

Uterque Vaticanus Ruthenicus: *Cyri & Joannis*. Slavicus noſter: *Inventio Reliquiarum Cyri & Joannis*. Kalendarium Moſcoviticum: Κυρα и Iωαννα, *Cyri & Joannis*. Poſſevinus: *S. Mart. Cyri*. Papebrochius: *Cyrus, Joannes*. Ephemer. Metricæ:

> Εἰκάδι ὀγδοάτῃ Κύρος φαίνη ἠδ' ὁμόαθλος.
> *Visena octava Cyrus ſociuſque coruſcant.*

Scilicet, Joannes. Utriuſque autem Corpora ſub Arcadio Imper. & Theophilo Patr. Alexandr. reperta, huic ſecundo Feſto dederunt occaſionem: nam primum, ut diximus, celebratur xxxi. Januarii. Menæa Græca: *ἡ ἀνακομιδὴ τῶν λειψάνων τῶν ἁγίων καὶ ἰαματικῶν Ἀναργύρων Κύρου καὶ Ἰωάννου*: *Repoſitio Reliquiarum Sanctorum & Medicorum Anargyrorum Cyri & Joannis*, cum officio, & Synaxario. Menologium Baſilianum: *ἡ εὕρεσις τῶν λειψάνων τῶν ἁγίων Μαρτύρων Κύρου καὶ Ἰωάννου*:
„ Inventio Reliquiarum SS. Martyrum Cyri & Joannis. Cyrus
„ & Joannes Chriſti Martyres, Diocletiano imperante, clarue-
„ runt. Et Cyrus quidem Alexandrinus, Joannes vero Edeſ-
„ ſenus, profeſſione ambo Medici. Quumque ſe invicem ob
„ eandem artem agnoviſſent, omnes inſulas & loca peragra-
„ bant, non modo corpora curantes, verum etiam animas.
„ Quum vero Chriſtianorum complures ad martyrium ſubeun-
„ dum alacriores promptioreſque efficerent, ad ejus loci Præ-
„ ſidem delati, primum ab eo cruciatibus affecti, poſtremo
„ decollati fuere. Et aliquando quidem eorum pretioſæ Re-
„ liquiæ delituere: poſtea tamen Alexandriæ detectæ fuerunt
„ Arcadio Imperatore ac Theophilo Patriarcha Alexandrino:
„ quæ uſque ad hunc diem innumera miracula faciunt ad glo-
„ riam Chriſti Deique noſtri, pro quo paſſi ſunt, quorum an-

„ niver-

Digitized by Google

„ niverſariam celebritatem omnes fideles peragimus „. Recole quæ ſupra dixi ad XXXI. Januarii.

XXIX.

Petrus, et Paulus.

Vaticanus Ruthenicus uterque: *Petri & Pauli Apoſtolorum*. Slavicus noſter: *Sanctorum Coryphæorum Apoſtolorum Petri & Pauli*. Kal. Moſcov. *Petra i Pavla*, *Petri & Pauli*. Poſſev. *SS. Apoſtolor. Petri & Pauli*. Marmor Neapol. *Nt. S. Petri Apoſtoli*: & die ſequenti: *Nt. S. Pauli Apoſtoli*. Papebroch. *Sviatiy Berchobuniy Apoſtoly Petr, i Pavel*. *SS. Principes Apoſtolor. Petrus & Paulus*. Pictura Capponiana repræſentat Petrum a dextris, & Paulum a ſiniſtris ſtantes. Ita & Papebrochiana, niſi quod in medio inter Apoſtolos exhibet Deiparæ protomen expanſis manibus in ſinu Puerum Jeſum capite crucigero geſtantem, in nubibus poſitam, cum epigraphe ſupra caput Deiparæ ΜΡ ΘΥ, *Mater Dei*, & ſupra caput Chriſti ΙΣ ΧΣ, *Jeſus Chriſtus*. Ephemer. metricæ.

Τλῆ ἐνάτῃ σταυρὸν Πέτρος εἰκάδι, ἄορ ὁ Παῦλος.
Vicena nona Petrus in Cruce, Paulus ab enſe.

Menæa: τῶν ἁγίων ἐνδόξων πανευφήμων Ἀποστόλων καὶ Πρωτοκορυφαίων Πέτρου καὶ Παύλου: *SS. glorioſorum celeberrimorum Apoſtolorum, & Protocoryphæorum Petri & Pauli*, cum officio ſolemni, & Synaxario: in quo narratæ breviter utriuſque Apoſtoli vitæ ſubjicitur deſcriptio oris totiuſque perſonæ, e picturis, ut videtur, antiquis deſumta: quæ tamen deſcriptio in Menol. Baſiliano deſideratur. Martyr. Rom. ad XXIX. Junii: „ Romæ natalis SS. Apoſtolor. Petri & Pauli, qui eodem anno eodemque „ die paſſi ſunt ſub Nerone Imp. quorum prior in eadem Urbe „ capite ad terram verſo cruci affixus, & in Vaticano juxta viam „ Triumphalem ſepultus, totius Orbis veneratione celebratur. „ Alter vero gladio animadverſus, & via Oſtienſi ſepultus, pari habetur honore „. De eadem ſolemnitate tam Græci & Latini, quam univerſæ Chriſtianorum Eccleſiæ Syriacæ, Ægyptiacæ, Armenicæ, Ruthenicæ, hac die agunt. In Petrum & Paulum Apoſtolos, quæcumque colligere potuit, Acta, Encomia & orationes, collegit Fabricius Tom. IX. Bibl. Græc. pag. 134. & in Paulum Apoſtolum, Tom. cit. pag. 131. Henſchenius T. V. Junii a pag. 398. ad pag. 428. *de Sanctis Principibus Apoſtolorum Petro & Paulo Commentarium* edidit, in quo hæc continentur,

tur. §. I. „ Vitæ horum Apoſtolorum a variis ſcriptæ; ex his
„ aliquæ rejectæ, aliquæ dandæ judicantur. II. Tempus vitæ
„ & martyrii duorum Apoſtolorum, ubi ait eos paſſos anno æræ
„ vulgaris *65.*, Neronis XI. qui menſe Octobri inchoaturus erat
„ annum Imperii duodecimum. III. Anamneſis Dan. Pape-
„ brochii de ſua & Henſchenii Chronologia circa Paſſionem
„ Chriſti, & annos Petri. IV. Chronologiæ Henſchenianæ in
„ Petro claritas, ſtatua Simoni mago Romæ erecta. Convinci-
„ tur is a Petro ſub Nerone. V. De tempore, ac loco, quibus
„ paſſi ſint Apoſtoli. VI. Commentarius de SS. Petro & Paulo
„ ex MS. Mediceo Græco, Regis Chriſtianiſſimi, & Jacobi Sirleti
„ interpretatione MS. in Bibliotheca Vaticana, Græce & Latine
„ a pag. 411. Initium. καὶ τῶν τεχνῶν οὐ μόνον τοὺς ἐξ ἀρχῆς πα-
„ τέρας ἀποδεχόμεθα. *Non eos ſolum, qui initio artes invene-
runt, nos admittimus*: ad pag. 424. in capita ſex diviſus, cum
notis. VII. Acta S. Petri, ſancto Lino ejus diſcipulo & ſucceſſo-
ri ſuppoſita, ex MS. Henrici Julii Baronis de Blum. Init. *His ita
geſtis ſurrexit quidam Simon, Samarius genere &c.* pagin. 424.
ad 428.

Analecta Danielis Papebrochii de monumentis, Reliquiis, miraculis, apparitionibus, feſtis, & Eccleſiis SS. Petri & Pauli pag. 425. ad 475. §. I. De locis, viventium Apoſtolorum memoriæ conſecratis in Syria, quædam etiam Petro in Italia. II. De S. Pauli ad Melitam naufragio, ejuſque ibi cultu. III. Reliqua utriuſque Apoſtoli Trophæa Romæ. IV. Ubi primum ſepulti a morte Apoſtoli. Quando & a quo translati ad Catacumbas. V. Quam reverenter & procul a conſpectu deinceps habita ſancta corpora; ac proinde dubiæ pleræque Reliquiæ, quæ de illis haberi dicuntur. VI. De capitibus Apoſtolorum uſque ad Urbanum Papam Quintum. VII. Inventa & ornata ab Urbano Papa V. capita. VIII. De inventione Brachii S. Pauli Miſniæ in Saxonia, inde in Poloniam translati. IX. de vinculis S. Petri, & memoria primæ ab ipſo dedicatæ Eccleſiæ, converſa in feſtum ejus ad vincula. X. De catenis Apoſtolicis, & Annulis, atque raſura eorum incluſa clavibus, S. Petri dictis. XI. De clave S. Petri, quæ Laude veteri ſervatur, antidotum contra morſus rabidorum canum. XII. De Lignea S. Petri Cathedra in Vaticano. XIII. De Feſtis utriuſque Cathedræ S. Petri. XIV. De gladiis Apoſtolorum, aliiſque eorumdem Reliquiis. XV. San-

ctorum

Digitized by Google

ctorum Apoſtolorum Apparitiones nonnullæ, ac nominatim ſancti Petri. XVII. Pauli ſingulares quædam Apparitiones. XVIII. Feſtum Converſionis S. Pauli, & veteres de Apoſtolo utroque Liturgiæ. XIX. De Baſilicis tribus præcipuis, a Conſtantino extrui juſſis, & a Silveſtro Papa dedicatis. XX. De tempore depoſitionis ſacrorum Corporum in Baſilicis utriuſque Apoſtoli, & feſto B. Petri epularum. XXI. Paſſi nec ne, ſint Apoſtoli die XXII. Februarii.

Ædes ſacras Conſtantinopoli ſanctis Apoſtolis Petro & Paulo dicatas enumerat Cangius in Conſtantinopoli Chriſtiana cap. V. a pag. 105. edit. Reg. nimirum. 1. SS. *Apoſtolorum*, omnium, quæ in urbe illa exſtiterunt, poſt Sophianum, celeberrimum Templum. 2. SS. Apoſtolorum in Triconcho. 3. S. Pauli in Palatio. 4. S. Pauli in Orphanotrophio. 5. S. Pauli ἐν τῷ λέξῳ μετοχίῳ. 6. Paulopetrium, ſive ædes S. Pauli in Petrio. 7. Sancti Pauli monaſterium. 8. S. Petri Apoſtoli intra Palatii ſepta. 9. SS. Petri & Pauli ad Hormiſdæ aulam. 10. S. Petri Apoſtoli ædes, Sophianæ proxima. 11. S. Petri ædes a Petro Barſimiano Syro condita. 12. S. Petri & S. Marci in Blachernis. 13. S. Petri Piſanorum. 14. S. Petri in Galata.

Daniel Papebrochius in Prætermiſſis ad XXIX. Junii p. 396. col. 2. in fine hæc habet. „ S. Petri Czari Roſtovienſis memo„ ria in Synaxario Ruthenico Diœceſis Kiovienſis, quod nobis „ Latinum fecit P. Georgius David anno 1688. Miſſionarius „ Moſcuæ. Acta ætatemque ipſius ubi acceperimus, poterit „ certius aliquid de ejus cultu pronunciari „. Idem Papebrochius in Append. ad Ephemerides Græcomoſchas Tom. I. Maji pag. LXIII. col. 1. in Triptycho majori, Tabella ſiniſtra exhibet Imagines Sanctorum, ſuperne quidem „ Nicolai, Stephani „ Protom., Petri Archiep. Kiov., Alexii Arch. Kiov. & Jonæ „ Arch. Kiov. In parte vero inferiori, Coſmæ, Damiani, Flo„ ri, Lauri, & Joannis Roſtovienſis „: de quo ſic ait. „ Jo: „ Roſtovien. nuſquam in Ephemeridibus nominatus, ipſo ſuo „ habitu Ruthenum nobilem ſe eſſe demonſtrat „. Ibid. in Tabella media, ejuſdem Triptychi majoris: *Chriſtus* ſedens in Throno cum libro aperto ad pectus: A dextris *Jo: Baptiſta* & *Gabriel* Angelus: a ſiniſtris *Mater Dei*, & *Michael* Angelus: poſt Joannem *Tychon* Epiſcopus: poſt Deiparam *Leontius Roſtoski*, ideſt Roſtovienſis. In tabella dextera „ Baſilius; Gre-

Digitized by Google

„ gorius , Jo: Chyſoſtomus , Zoſimas , Sabbatius „ . Qui-
nam vero fuerint *Leontius & Joannes Roſtovienſes* , neque ipſe
Papebr. neque Culcinius expoſuere . In Ephemeridibus Moſco-
viticis non ad XXIX. ſed ad XXV. Junii ſic legitur : „ Princeps Pe-
„ trus , inter monachos David , & Febronia dicta inter monia-
„ les Euphroſyna , Thaumaturgi , Muromenſes „ . Herberſtei-
nius pag. 18. „ Roſtow civitas & caſtrum , Archiepiſcopalis ſe-
„ des , cum Bielojeſero & Murom , inter præcipuos & antiquio-
„ res Ruſſiæ Principatus , poſt Novogardiam magnam habe-
„ tur . Regio hæc olim ſecundogenitis magnorum Ducum Ruſ-
„ ſiæ propria erat „ . Hinc idem *Petrus* , alicubi *Roſtovienſis* , &
alibi *Muromenſis* Princeps dicitur . Conſtat autem ex Ephemeri-
dibus eum unacum uxore abdicato Principatu , monaſticam vi-
tam ſuſcepiſſe , & ipſum quidem *Davidem* , illam autem *Euphro-
ſynam* fuiſſe dictam .

Porro Culcinius ad XIX. Septemb. pag. 45. ex Anthologio
laudat *S. Theodorum* ex Principe monachum Smolenſcenſem ac
Jaroslavienſem , unacum filiis ejus *Davide* ac *Conſtantino* . Ja-
roslavia autem [juxta Herberſteinium pag.78.] diſtat a Roſtow
12. milliar. Germ. quæ etiam , quemadmodum Roſtow , ſe-
cundogenitorum Principum erat : unde conjectando colligimus ,
eundem Petrum , Davidem dictum , eum eſſe , qui filius fuit
Theodori , olim Principis *Roſtow* , *Jaroslaviæ* , & *Muromi* , po-
ſtea monachus & ipſe cum filio & filii uxore Euphroſyna , olim
Febronia .

XXX.

SYNAXIS APOSTOLORUM.

Vaticanus Ruthenicus uterque : *Apoſtolorum duodecim* .
Slavicus vacat . Kal. Moſcov. Σοβορ Ἀποςολ. ιβ'. *Synaxis Apo-
ſtolor.* XII. Poſſev. *Concilium SS. Apoſtolor.* XII. , pro , *Synaxi* .
Papebroch. „ Sobor Sviatich , i Slavnich duanadeſiat Apoſto-
„ lov , Synaxis Sanctorum & glorioſorum XII. Apoſtolorum .
Tabulæ Capponianæ exhibent tres Apoſtolos ſtantes , definito
hoc numero , pro *duodecim* . Papebrochianæ repræſentant in ar-
bore , ordines quatuor , in primo & ſupremo , Chriſtum me-
dium inter Deiparam & Joannem Baptiſtam . In ſecundo , Joan-
nem , Petrum , Paulum , & Matthæum . In tertio , Lucam ,
Marcum , Andream & Jacobum . In quarto & infimo , Philip-
pum , Simonem , Bartholomæum , & Thomam . Uniuſcujuſque
capitis

capiti ſuperſcripta Epigraphe. Ephemerides metricæ.

Δώδεκα ἐυκλέας Μύστας τριακόστη ἀγείρει.

Biſſenos feſte celebrat trigeſima Myſtas.

Menæa: *ἡ Σύναξις τῶν ἁγίων ἐνδόξων πανευφήμων Ἀποστόλων τῶν ιβʹ. Synaxis Sanctorum glorioſorum celeberrimorum Apoſtolorum* XII. Cum officio & Synaxario, in quo breviter uniuſcujuſque Apoſtoli geſta enarrantur, additis etiam nonnullis Diſcipulis & Diaconis. Videlicet „ Petri. Pauli. Andreæ. Jacobi. Joan„ nis. Philippi. Thomæ. Bartholomæi. Matthæi. Jacobi. Al„ phæi. Simonis. Thaddæi. Matthiæ. Adelphothei. Simeonis. „ Barnabæ. Marci. Lucæ. Philippi. Ananiæ. Juſti. Stephani. „ Prochori. Nicanoris. Parmenæ. & Nicolai „ qui tamen e choro Apoſtolico rejectus dicitur ob pravam doctrinam, unde & Nicolaitæ hæretici ſunt appellati. At in Menolog. Baſil. ſoli recenſentur Apoſtoli „ Petrus. Paulus. Andreas. Jaco„ bus. Joannes. Philippus. Thomas. Bartholomæus. Mat„ thæus. Jacobus Alphæi. Simon. Judas Jacobi „. De Andrea vero hæc leguntur. „ Andreas primum vocatus, ab Ægea ar„ bori affixus eſt „. In Menæis autem: „ Andreas Apoſtolus, „ primum vocatus, & frater Petri, per univerſam maritimam „ Bithyniæ & Ponti & Armeniæ, Chriſtum prædicans, deinde „ reverſus per Pontum & Byzantidem, deſcendit uſque in „ Helladem, & in Patris Achajæ, ſub Ægea cruci affixus, con„ ſummatur „. At in Synaxario Ruthenico [interprete Culcinio pag. 86.] „ Andreas Apoſtolus primo ante alios vocatus, „ frater Petri, prædicavit Evangelium in Bithynia, Ponto & „ Armenia, rediensque per Pontum Byzantium, deſcendit „ uſque ad Helladiam, & Deo diſponente quum perveniſſet ad „ fluvium Boryſthenem, plantavit Crucem in montibus Kio„ viæ, prædixitque ibidem magnam Chriſti gratiam abundatu„ ram. Quod utique tempore ſuo completum eſt. Nam a Se„ de Byzantina ſeu Conſtantinopolitana lux Evangelica oris „ Ruſſorum illuxit. Tandem Andreas Pataris [leg. *Patris*] in „ Achaja ab Egeate Rege cruci alligatus, certamen glorioſum „ finivit „. Neque Egeates Rex fuit, ſed Proconſul, neque ex Helladia [ſeu potius Hellade, hoc eſt Græcia] tranſitus ad Boryſthenem. Quare hæc additio, [quæ a vero quidem abhorret, ſed Ruſſis plurimum placet,] loco non ſuo eſt appoſita.

T A-

Digitized by Google

Menſis Julius.

I.

Cosmas. Damianus.

Vaticanus Ruthenicus primus & ſecundus: *Coſmæ & Damiani*. Slavicus noſter: *Sanctorum non mercenariorum Coſmæ & Damiani*. Kal. Moſcoviticum: *Koſmi, i Damiana*: *Coſmæ & Damiani*. Poſſevinus. *SS. Martyrum Coſmæ & Damiani*. Papebrochius: *Coſmas, Damianus*. Menæa Græca: τῶν ἁγίων καὶ θαυματουργῶν Ἀναργύρων Κοσμᾶ καὶ Δαμιανοῦ, τῶν ἐν Ῥώμῃ μαρτυρησάντων: *SS. Thaumaturgorum Anargyrorum Coſmæ & Damiani, qui Romæ paſſi ſunt*. Cum officio & Synaxario, in utroque Menolog. Ruthenice, pro Anargyrorum, legitur. *Bezmezdniku*, eodem ſenſu. De his Sanctis recole quæ a me fuſius obſervata ſunt ad 1. Novembris Tom. 5. a pag. 328. ubi de tribus Coſmæ & Damiani paribus, Arabibus ſcilicet, Aſiaticis, & Romanis diſſerui, qui coluntur a Græcis ad 1. Nov., ad 17. Octob. & ad 1. Julii. Acta quoque, quæ de illis Græce habentur, ibidem indicavi.

II.

Depositio Vestis in Blachernis.

Vaticanus uterque: *Depoſitio Veſtis Deiparæ*. Slavicus noſter: *Depoſitio Venerabilis & Sanctæ Veſtis Sanctæ Deiparæ*. Kalendarium Moſcoviticum: *Polozenie Rizi Bogorodiki*, *Depoſitio Veſtis Deiparæ*. Poſſevinus perperam: *Poſitio Stolæ Beatiſſimæ Virg. Mariæ*. Papebrochius minus recte: *Memoria venerandæ Veſtis SS̃mæ Deiparæ in Blachernis*. Nam vox, *Polozenie*, non *Memoriam* ſonat, ſed *Depoſitionem Veſtis Deiparæ in Blachernis*. Menæa: ἡ κατάθεσις τῆς τιμίας ἐσθῆτος τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ἐν Βλαχέρναις: *Depoſitio pretioſæ Veſtis Sanctiſſimæ Deiparæ in Blachernis*: cum officio, & Synaxario in utroque Menologio: in quo narratur, quod „ imperante Leone Magno, duo fratres Patricii Galbius & Candidus incenſi „ deſiderio adorandi ſancta Hieroſolymorum loca, in Palæſtinam ſe contulere, & (*a*) divertentes in ædes cujuſdam ve-

„ tulæ

a Menæa: *quumque in Galilæa locis eſſent, divertentes &c.*

„ tulæ Hebrææ, quum ibidem ægrotorum turbam jacentem vi„ diſſent, cauſam percontati, didicerunt, eo in loco pretioſam „ veſtem Deiparæ aſſervari. Rogarunt itaque, ut eam adorare „ ſibi liceret, & admiſſi ſunt. Quum vero noctu clam thecæ „ menſuram accepiſſent, Hieroſolyma profecti, ibi ſimilem „ thecam præpararunt: reverſique ad eaſdem ædes, thecam „ quam attulerant, ſublato prototypo, ſuppoſuerunt: quod „ Conſtantinopolim inde translatum, in ſuo ſuburbio, quod „ Blachernas appellant, depoſuerunt; gratias agentes, unacum „ Imperatore & populo ob talem acquiſitum theſaurum „. In Menæis id factum perhibetur *ἐπὶ λέοντος τοῦ μεγάλου καὶ βηρήνης τῆς αὐτοῦ γυναικός*, *ſub Leone Magno, & Verina ipſius uxore*: & in fine [narrato quod ſacram veſtem Patricii illi in ſuo Blachernarum ſuburbio depoſuiſſent] additur: „ *theſaurum ab*„ *ſcondere tentantes*: Verum quum nequirent, Imperatori „ denunciarunt: qui hæc audiens, veſtemque transferre vo„ lens, ineffabili perfuſus gaudio, illam amplexus eſt; quum„ que Templum in eodem ſuburbio ædificaſſet, pretioſam ſa„ cram thecam, *τὴν τιμίαν σορὸν*, depoſuit: ubi etiamnum „ pretioſa ipſa theca repoſita eſt: quæ & ad hodiernum uſque „ diem, cuſtodia eſt urbi, & morborum hoſtiumque effu„ gatrix.

In utroque Menol. ad XXXI. Auguſti recolitur *Depoſitio Venerandæ Zonæ SSmæ Deiparæ*, cum hac narratione. „ Ar„ cadius magni Theodoſii filius, venerandam SSmæ Deiparæ „ Zonam Hieroſolymis educens, ubi uſque ad illa tempora cum „ pretioſa Veſte fuerat a quadam Virgine aſſervata, eamque „ Conſtantinopolim transferens, depoſuit in eleganti theca, „ quæ *ἁγία σορὸς*, *Sancta Urna* fuit appellata. Quadringen„ tis & decem (*a*) poſt annis Leo Imperator hanc ſacram Ur„ nam aperuit propter uxorem ipſius Zoën ab impuro ſpiritu „ vexatam, quæ divina viſione digna habita fuerat, atque ad„ monita fore, ut ſi ei veneranda Zona imponeretur, incolu„ mitatem obtineret. Itaque reperta fuit adoranda Zona, per„ inde ac recens contexta, refulgens, aurea ſignata bulla, & „ codicillo adamuſſim indicante annum, indictionem, & diem, „ qua Conſtantinopolim fuerat ſacra Zona aſportata, utque Im„ pera-

a In edit. Urbini Tom. 3. pag. 225. deeſt, *& decem*, in Lat. interpretatione.

„ peratoris manibus intra thecam depoſita & ab ipſo ſignata:
„ Eam amplexus eſt Imperator; & per manum tunc temporis
„ Patriarchæ ſuper Imperatricem explicata, a morbo liberam
„ illam effecit: cunctis demum Salvatorem Chriſtum glorifican-
„ tibus, atque immaculatiſſimæ ejus Matri hymnos pro gratia-
„ rum actione reddentibus, repoſita fuit ſancta Zona in vene-
„ randa Urna, in qua antea extabat„. In Menæis hic titulus ad xxxi. Auguſti legitur: „ Commemoratio Depoſitionis ἐν τῇ
„ ἁγίᾳ σορῷ in ſacra Urna pretioſæ Zonæ SSmæ Deiparæ, in
„ ven. ejus æde, quæ eſt in Chalcopratiis, ex Epiſcopatu Zelæ
„ ſub Juſtiniano Imp. & miraculum quod accidit ob appoſitio-
„ nem pretioſæ hujus Zonæ ſuper Zoën Imperatricem uxorem
„ Leonis Imperatoris.

In utraque narratione mendum in Synaxariis deprehenditur. Binæ exſtabant Conſtantinopoli Baſilicæ in honorem Deiparæ ædificatæ, (ut de innumeris aliis ſileam) quarum una *Blacherniana*, altera dicebatur *Chalcopratiana*. In Blacherniana, Deiparæ *veſtis*, quæ & *Omophorium* ſeu velum dicitur, repoſita fuerat; in Chalcopratiana ejuſdem Deiparæ *Zona*. Theodorus Lector Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ, [qui res in Eccleſia geſtas ab iis temporibus, in quibus deſierat Socrates, uſque ad Principatum Juſtini Senioris complexus eſt; vivebat autem anno Chr. 518. teſte Gul. Caveo in hiſt. liter.) Theodorus (inquam) Lector in excerptis hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 1. num. 1. refert,
„ Eudociam ab urbe Hieroſolymitana ad Pulcheriam miſiſſe
„ Imaginem Matris Domini, quam Lucas Apoſtolus depinxe-
„ rat„. Et num. 5. de Templis ab eadem Pulcheria Auguſta, Theodoſii junioris ſorore, & Marciani Imperatoris conjuge ædificatis: Ædificavit autem Pulcheria Eccleſias complures:
„ eam ſcilicet, quæ eſt in Blachernis; item eam, quæ eſt in
„ Chalcopratiis. Aliam quoque quæ dicitur Hodegorum„. Nicephorus lib. 15. cap. 2. de eadem Pulcheria. „ Ex multis ve-
„ ro pauca quædam, quæ vim temporum ſuperarunt, id indi-
„ cabunt. Opus enim ejus eſt Sacrum Dei Genitricis Templum,
„ quod Blachernæ dicitur, dignum illa ipſa Verbi Matre, quod
„ inhabitaret, judicatum domicilium, ſicuti Filio ejus, quod
„ Sapientiæ vocatur: cujus divinum *Loculum*, & *ſepulcrales*
„ *Faſcias* inventas cum veneratione maxima ibi repoſuit. Tem-
„ plum item, quod τῶν ὁδηγῶν cognomine clarum eſt, in quo

„ di-

„ divinam illius Imaginem, quam Lucas Apoſtolus in tabula „ depictam reliquit, & divinum ipſius Lac, & ſacram Colum, „ & Servatoris Faſcias, perinde atque theſaurum, quem ad „ eam Eudocia Auguſta, quum Hieroſolyma profecta eſt, miſit, „ ſervandas curavit. Præterea & ſacrum Chalcopratiorum „ Templum, cui *Sancti Loculi* nomen eſt „. Eadem repetit lib. 15. cap. 14. „ Celeberrima hæc Pulcheria multas per vitam „ præclare res geſſit, multa publica hoſpitum & pauperum con- „ didit domicilia: advenarum etiam ſepulcra, & alia ædificia „ conſtruxit, piæ mentis ejus indicia: *Et poſt pauca*. Tria quo- „ que Dei Matri ex ipſis fundamentis Templa erexit: quorum „ unum eſt in Chalcopratiis, *ſacri Loculi* nomen habens: in „ hoc veluti theſaurum, Dei genitricis depoſuit *Zonam*; de „ quo paucis libro proximo capite ſecundo mentionem feci- „ mus. Hoc in Templo, ut quarto quoque Hebdomadis die „ pervigilium & ſupplicatio ad lucernas & lampades fieret, „ conſtituit, quem & ipſa pedes frequentare ſolita erat. Se- „ cundum Templum ὁδηγῶν, ubi ex Antiochia miſſam Verbi „ Matris Imaginem dedicavit, quam divus Apoſtolus Lucas „ ſuis ipſe manibus depinxit, illa adhuc vivente, & tabulam „ ipſam vidente, gratiamque a Deo illi formæ ſuæ immitten- „ te. *Et poſt pauca*. Tertium autem Verbi Matri incredibili- „ ter pulchritudine & omnis generis materia ornatum conſe- „ cravit Templum, cui Blachernæ cognomen eſt: in quo Tu- „ mulum Deiparæ unacum ſacris veſtibus ſibi a Juvenali Hiero- „ ſolymorum Epiſcopo tranſmiſſum, Pulcheria ipſa & Marcia- „ nus Imperator piis conſecrarunt atque depoſuerunt manibus „ proxime ad ſacram divinamque menſam „. Habemus ergo, a Pulcheria Auguſta & utramque illam Deiparæ Baſilicam, Blachernianam nempe & Chalcopratianam, fuiſſe ædificatam, & in earum prima *Veſtem*, in altera *Zonam* Deiparæ repoſitam; hanc quidem ab Eudocia Hieroſolymam profecta, illam vero a Juvenali Hieroſolymorum Epiſcopo ſibi tranſmiſſam. Corruit proinde prima Synaxarii narratio de Veſte Deiparæ a Candido & Galbio Patriciis inventa atque Byzantium delata, inque ſuburbio Blachernarum clam depoſita, donec a Leone Imp. qui poſt Marcianum & Pulcheriam imperavit, ad Templum Blachernenſe quod ipſe extruxerit, delata eſſet. Corruit etiam ſecunda narratio de Zona ejuſdem Deiparæ, ex Epiſcopatu Zelæ translata,

Conſtantinopolim ſub Juſtiniano Imp.; ab Arcadio autem Theodoſii junioris patre & ſenioris filio, Hieroſolymis Conſtantinopolim deportata, ab eoque in ſancta Urna depoſita. Vide Cangium in Conſtantinopoli Chriſtiana lib. 4. cap. 2. de ædibus ſacris Deiparæ dicatis, ubi num. VI. agit de *Deiparæ Blachernarum æde*, & num. IX. de *æde Chalcopratiana*: has enim ædes quum ſubſequuti poſt Marcianum & Pulcheriam Imperatores, aut inſtauraverint aut exornaverint, ideo factum eſt, ut earum ſacrarum Reliquiarum Tranſlatio aut Depoſitio modo ad unum, modo ad alium Imperatorem a ſcriptoribus Byzantinis referatur. Capponiana Tabula exhibet Deiparam puerum Jeſum in ulnis tenentem ſupra Altare poſitam, a dextris Patriarcham, a ſiniſtris Imperatorem ſtantes. Papebrochiana vero repræſentat Templum apertum, librum clauſum cruce ſignatum Altari ſuperimpoſitum, Patriarcham ſive Metropolitanum, magnum Moſchorum Ducem, & Primates Moſcovitas, illuc oculos convertentes.

III.

MART. HYACINTHUS. ANATOLIUS.

Ambo Vaticani Ruthenici cum noſtro Slavico vacant. Kal. Moſcovit. *Muc.* Ιακινθα, *Mart. Hyacinthi*: Poſſev. perperam *S. Mart. Acenthii*, pro *Hyacinthi*. Papebr. *Hyacinthus*. Synaxarium Ruthenicum a P. Georgio David, qui anno 1678. Moſcuæ reſidebat, Latine redditum: III. Jul. *Item Oſſium S. Anatolii Patr. Conſtantinopolitani*, elevatio ſcil. aut depoſitio. Menologium Slavoruſſicum interprete Sparvenſeltio: *S. P. N. Anatolii Patr. Conſtantinopolitani, anno 453. ſub Marciano*. Ephemerides Metricæ.

Ἐν τριτάτῃ Ὑάκινθον κτεῖνε λιμὸς τερφθεῖσα.

Poſt plagas, Hyacinthe, famem tibi tertia mittit.

Menæa: τȣ̃ ἁγίȣ Μάρτ. Ὑακίνθȣ, τȣ̃ Κȣβικȣλαρίȣ. *S. Mart. Hyacinthi, Cubicularii*; cum officio & Synaxario. Menologium Baſilianum.
„ Hyacinthus Chriſti Martyr fuit ex civitate Cæſareæ Cappado-
„ ciæ. Quum autem Cubicularius eſſet, & menſæ Trajani impii
„ Imperatoris Præfectus, Romæ deſerviret, Chriſtum colebat.
„ Idcirco ab idololatris accuſatus & comprehenſus, adigebatur
„ ad ſacrificandum idolis, & ad comedendos immundos cibos.
„ Sed quum ipſe id ſe commiſſurum negaret, Chriſtumque
„ multo apertius confiteretur, dicens, ipſum ſolum Deum eſſe

„ & uni-

Digitized by Google

„ & univerſorum Dominum, graviter propterea cæſus, in carcerem conjectus eſt. Imperatore autem præcipiente cuſtodi „ carceris, ne ei mundos panes afferret, ſed cibos dumtaxat „ idolis immolatos præberet, quum ipſe per plurimos dies eos „ non guſtaſſet, ſed jejunus permanſiſſet ſpiritum Deo reddi- „ dit „. Eadem in Martyr. Rom. de S. Hyacintho ad III. Julii: Alii hujus nominis Hyacinthi coluntur in Menol. Baſil. nempe *Hyacinthus* in Phrygia 2. Julii, & *Hyacinthus* Amaſtride die 18. Julii. In Menæis excuſis præter hunc Cæſareenſem, ad 24. Dec. *Protus* & *Hyacinthus* cum diſticho. In Martyr. Rom. *Hyacinthus* cum Sociis Romæ 10. Febr. *Hyacinthus* Cæſareæ 3. Jul. *Hyacinthus* Amaſtride 17. Jul. *Hyacinthus* in Portu Romano 26. Jul. *Hyacinthus* Conf. Ord. Præd. 16. Aug. *Hyacinthus* cum ſociis in Sabinis 9. Septem. *Hyacinthus* cum Proto 11. Sept. *Hyacinthus* cum Sociis in Lucania 28. Oct.

Anatolius, Hyacintho martyri adjunctus, Patriarchali habitu indutus, is eſt Conſtantinopolitanus Patriarcha, qui ex Presbytero & Apocriſiario Alexandrino, in locum S. Flaviani anno Chriſti 449. Patriarcha creatus, deceſſit anno 458. Colitur a Græcis in Menæis ad 3. Jul. cum Synaxario, in quo perperam dicitur, ἀδίκῳ θανάτῳ ὑπὸ τῶν αἱρετικῶν ἀναιρεῖται, *injuſta morte ab hæreticis ſublatus*. Id enim de S. Flaviano Anatolii deceſſore verum eſt, non de Anatolio. Menol. Baſilianum ad 3. Jul. eum laudat, aitque: *Demum Patriarcha Conſtantinopolitanus creatus, poſtquam gregem recte gubernaſſet, ad Deum migravit*. Jo. Pinius Tom. 1. Jul. in Act. Sanctor. a pag. 661. fuſe agit de S. Anatolio Patr. Conſtantinopolitano: & §. quidem 1. de cultu ſacro, elogiis, miraculis, tempore vitæ ac mortis, & vita a ſe hic edita. §. 2. Inquiſitio critica, in qua præcipuæ adverſus S. Anatolium accuſationes expenduntur. 3. Acculato tertia & quarta adverſus S. Anatolium diluitur. 4. Duæ reliquæ adverſus S. Anatolium accuſationes expenduntur. Vita S. Anatolii, auctore anonymo ex MS. Cod. 1387. Biblioth. Regis Franciæ: Ἀνατολίου τὴν ἡλίου δίκην λάμψασαν πολιτείαν. „ De vita ab Anatolio inſti- „ tuta, quæ fulſit inſtar ſolis „. Ibid. a pag. 659. Martyrologium Romanum de hoc Anatolio Conſtantinopolitano non agit, ſed de Epiſcopo Laodiceno ad 3. Jul. his verbis: „ Laodiceæ in „ Syria S. Anatolii Epiſcopi, qui non ſolum religioſis viris, „ ſed & philoſophis admiranda ſcripta reliquit „. De eo Euſebius

 plu-

Digitized by Google

pluribus lib. 7. cap. 26. Hieronymus de Script. Eccleſ. & in epiſt. ad Magnum orat. 84. Niceph. lib. 6. cap. 36. claruit circa annum Chriſti 270. Vide Caveum in hiſt. liter in V. *Anatolius* Alexandrinus, Epiſcopus Laodicenſis, ubi ejus ſcripta enumerat.

IV.

Andreas Cretenses.

Vaticanus Ruthenicus: *Andreæ Epiſcopi Cretæ*. Ita & ſecundus. Slavicus vacat. Kalend. Moſcov. Андреа Критскаго, *Andreæ Cretenſis*. Poſſevin. *S. Patris Andreæ*. Papebr. *Andreas*. Menæa: τῦ ἐν ἁγίοις πρς ἡμῶν Ἀνδρέυ τῦ Ἱεροσολυμίτυ, Ἀρχιεπισκόπυ Κρήτης. *S. P. N. Andreæ Hieroſolymitani, Archiepiſcopi Cretæ*, cum officio & Synaxario: in quo dicitur, Damaſci ortus, a piis parentibus, addiſcendis literis traditus; Theodoro autem ſanctæ (*a*) civitatis Patriarchatum gerente, *Clericus* factus, ejuſque ſubſcriptor: Congregata autem Conſtantinopoli Synodo, ad illam miſſus ſubſcripſit. Propter ſuam autem ſcientiam & virtutem, Diaconus magnæ Eccleſiæ conſtitutus, & paulo poſt Orphanotrophus: deinde Archiepiſcopus Cretæ: quumque in quadam inſula Hieraſo prope Mitylenem eſſet, vita functus eſt, plurima ſcripta Eccleſiæ Dei relinquens. *Hieroſolymitanus* igitur vocatur, non quod Hieroſolymis natus eſſet, ſed quod Eccleſiæ Hieroſolymitanæ *Clericum* egiſſet. Caveus, neſcio quo auctore, Andream vocat *monachum Hieroſolymitanum*, ejuſque *ætatem* ab anno 635. ad 680. & ultra affigit, quum ex Triodio (ut inquit) conſtet, eum S. Sophronio Patriarchæ Hieroſolymitano Synchronum fuiſſe, & ex Jambis Euchariſticis ad Agathonem Diaconum Concilii VI. (anno 681. habiti) ſcribam, pro ſibi ad exſcribendum commodatis Actis Synodalibus, ultra eam Synodum eum vixiſſe, palam fiat. Verum ex Actis Synodi ſextæ, & ex Theophanis Chronographia manifeſte colligigitur, primo, id quod in Synaxario de S. Andrea legitur Clerico ordinato a Patriarcha Theodoro (Οὗτος, Θεοδώρυ Πατριαρχῦντος τῆς ἁγίας πόλεως, Κληρικὸς κείρεται, *Hic, Theodoro Patriarcham ſanctæ civitatis agente, Clericus tondetur*:) intelligendum eſſe non quidem de eo Theodoro Hieroſolymitano Pa-

a Ideſt, Hieroſolymorum. Unde Falconius perperam habet ad 4. Jul. pag. 109. Andreas Damaſcenus patria, a Theodoro Patriarcha Conſtantinopolitano fit Clericus & ſubſcriptor ejus.

Patriarcha, cujus Theophanes meminit ad ann. 23. Conſtantini Copronymi, Chriſt. 764. cujuſque extat Synodica ſcripta anno 767. ad Paulum Tom. 7. Concil. Labb. p. 924. ſed de priore Theodoro Presbytero & locum ſervante Hieroſolymitanæ Eccleſiæ, cujus fit mentio ad annum 681. in Synodo VI. Tom. 6. Concil. Labb. pag. 1028. 1057. & 1087. ubi ſubſcribit Legatus Sedis Hieroſolymitanæ ſic: „ Georgius humilis Presbyter Sanctæ „ Chriſti Dei noſtri Reſurrectionis, & locum gerens Theodori „ Deo amabilis Presbyteri & locum ſervantis Apoſtolicæ Sedis „ Hieroſolymorum, ſimiliter ſubſcripſi „. Vacantem enim poſt S. Sophronii obitum Eccleſiam Patriarchalem Hieroſolymitanam ab anno 645. Vicarii rexere, primus Stephanus Epiſcopus Dorenſis, ſecundus Joannes Philadelphiæ Epiſcopus, tertius Theodorus Presbyter, quemadmodum ſcribit Quienus Tom. 3. Orient. Chriſt. a pag. 280. ad 289. donec Joannes anno Chr. 705. renunciatus fuit Patriarcha, de quo Theophanes ad annum I. reſtituti Juſtiniani ſecundi. Colligitur ſecundo, Andream creatum fuiſſe Archiepiſcopum Cretenſem circa an. 712. ſub Philippico Bardane. Tum vero Andreas (uti recte obſervat Quienus Tom. 2. Orient. Chriſt. pag. 260.) cum Germano Cyzici Epiſcopo, Principi illi, qui ſextam Synodum altera coacta abrogare moliebatur, adulatorie nimis ſuffragatus eſt. De quo audiendus venit Theophanes ad annum Philippici ſecundum. *A tempore editorum* (Quini ſextæ ſeu Trullanæ Synodi) *decretorum, ad quartum Philippici annum, facta eſt furibunda Synodus adverſus ſacram Oecumenicam Sextam Synodum; & Cyro* (Conſtantinopolitano Archiepiſcopo) *anno Patriarchatus initi ſexto, Joannes Conſtantinopolitanus Patriarcha renunciatus eſt, Andreas autem Metropolita Cretæ, & Germanus Cyzici, propalam ſubſcripſere, cumque ſuis Collegis anathemati ſubjecerunt prædictum Sanctum, quod adverſus Monotheletas celebratum fuerat, Oecumenicum Concilium*. Hæc Theophanes de pſeudo Synodo, cui ſubſcripſere Jo. Conſtantinopolitanus, Andreas Cretenſis, & Germanus Cyzicenus. At Synaxarii auctor omnia miſcet. Fabulatur enim Andream adhuc Clericum Hieroſolymitanum, a ſuo Patriarcha miſſum fuiſſe ad Synodum Conſtantinopoli coactam. Theophani credendum eſt, non Synaxariorum auctoribus, qui poſt annum 1200. vixere. Atqui, ut Joannem illum Patriarcham, & Germanum pœnituit eorum, quæ Philippi-

Digitized by Google

lippico auctore male geſſerant; ita Andream quoque Cretenſem, qui hac eluta labe, ſanctus poſt mortem a Græcis haberi meruit. Id quod multorum quæ ſuperſunt hodie de variis argumentis homiliarum Inſcriptiones teſtantur, ad hunc modum: τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀνδρέου Ἀρχιεπισ. Κρήτης, *S. P. N. Andreæ Archiepiſc. Cretæ*. Teſtantur & Menæa, in quibus tamquam Sanctus cum officio proprio colitur. Menologium Baſilianum ſolam de eo commemorationem ſine Synaxario agit, his verbis ad 4. Jul. *& commemoratio S. P. N. Andreæ Hieroſolymitani, Archiepiſcopi Cretæ, & Sancti Lampadi Irenopolitani*. Sed de Lampado ad diem ſequentem.

V.

S. MARTHA. ATHANASIUS. LAMPADUS.

Vaticani Ruthenici cum Slavico vacant. Kal. Moſcov. *Pr. Athanaſia Athon. S. Athanaſii Athonitæ*. Poſſev. *S. P. Athanaſii*. Papebr. *Athanaſius. Martha*. Menæa: τοῦ ὁσίου καὶ θεοφόρου πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου, τοῦ ἐν τῷ Ἄθῳ· καὶ τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Λαμπαδοῦ, τοῦ Θαυματουργοῦ: *Sancti & Deiferi P. N. Athanaſii in monte Atho, & S. P. N. Lampadi Thaumaturgi*, cum officio & Synaxario de utroque. Additur & Synaxarium, *De S. Martha matre S. Simeonis, in monte Admirabili*: τῆς ὁσίας Μάρθας, μητρὸς τοῦ ἁγίου Συμεὼν ἐν τῷ Θαυμαστῷ ὄρει. Menol. Baſil. de S. Martha habet elogium ad hanc diem: de S. Lampado commemorationem ad diem antecedentem: de S. Athanaſio Athonita ſilet.

De S. Martha, vide obſervata ſupra ad XXIV. quo die Simeon ejus filius colitur.

De S. Athanaſio Athonita, Epemerides Metricæ.

Πέμπτῃ δ' Ἀθανάσιον ἄγον νόες ἄστυ θεοῖο.

Angeli Athanaſium ducunt ad ſidera quinta.

Synaxarium ita habet. Athanaſius, Abrahamius antea appellatus, natus Trapezunte in Lazica, ex parentibus piis, quorum pater genus ex Antiochia ducebat, mater vero ibi educata fuerat, literis a puero imbutus, venit Conſtantinopolim: monaſtici vero inſtituti cupidus, inde perrexit ad montem Cyminam, altiſſimum & invium in Aſia, ubi erat monaſterium, cui SS̃mus præerat Hegumenus Michaël Malæinus. Ibi exceptus, tonſus, & ex Abrahamo Athanaſius appellatus, quod ab omnibus ob ſuas virtutes honore afficiebatur, relicto eo monaſterio, in montem

Atho

Atho ſe recepit, altiſſimum in Macedonia & prælongum: ibique ſenis cujuſdam fit diſcipulus. Mox in montis interiora, ex revelatione, progreditur, ibique habitat, & multis precibus victus ab Imp. Nicephoro Phoca (a quo maxime & amice nimis habebatur) Eccleſiam exſtruit Deiparæ cum maximo cœnobio: multiſque patratis miraculis ad Deum migravit. Scriptus eſt de eo, ἡ ἐνδιάσκευος βίβλος, *Locuples Liber*, in quo ejus vita & miracula narrantur. Exſtat in Bibl. Coislin. pag. 274. Athanaſii in monte Atho vita, cujus init. ἦπος ὁ περιφανὴς τῆς οἰκουμένης ἀστήρ. Ita Fabric. Tom. IX. Bibl. Græc. pag. 59. Verum non advertit, hanc vitam non aliud eſſe, quam ipſius Athanaſii elogium, quod in Menæis legitur, & Synaxarium vocatur. Porro S. Athanaſii in monte Atho monaſterium ex Jo. Comneno deſcriptum habes Tom. I. pag. 21. & 29.

Synaxarium Lampadi Irenopolitani hæc ſummatim complectitur. A puero deditus vitæ aſceticæ, & miraculorum dono ornatus, in ſpelunca vitam egit, ubi & ejus corpus quieſcit. Pictura repræſentat eum monachi habitu indutum.

VI.

SISOES.

Kal. Moſcov. *Pr. Siſoa Belikago*, *S. Siſois magni*. Poſſev. *S. P. Siſoës*. Vaticani Ruthenici cum Slavico vacant. Papebr. *Siſoës*. Ephemerides Metricæ.

Ἐν γῆθεν Σισώης ἔμφρων εἰς οὐρανὸν ἕκτη.

In cœlum Siſoës ſexta ex tellure migravit.

Menæa: τοῦ ὁσίου πρς ἡμῶν Σισώη τοῦ μεγάλου: *S. P. N. Siſois magni*, cum officio & Synaxar. in utroque Menologio. Fuit magno Antonio Synchronus, & in eodem cum ipſo monte habitavit: cujus plurima dicta & facta, in vitis Patrum deſcribuntur.

VII.

THOMAS IN MALEO. CYPRILLA. ACACIUS.

Ruthenici Vaticani cum Slavico vacant. Kalend. Moſcov. *Prep. Thomi, i Akakia*: *S. Thomæ & Acacii*. Poſſev. *S. P. Thomæ*. Papebr. *Thomas*, *Acacius*. Ephemerides Metricæ.

Ἑβδομάτῃ Θῶμαν θάνατος μέλας ἔμφρονα εἷλε.

Morte nigra Thomam prudentem ſeptima tollit.

Menæa: τοῦ ἁγίου Θωμᾶ τοῦ ἐν τῷ Μαλαιῷ, *S. Thomæ in Maleo*, cum officio, & Synaxario. Menolog. Baſilianum. „ S. P. N. „ Tho-

„ Thomas in ſeculo quidem illuſtris fuit, atque opibus domi-
„ natione que conſpicuus: ſed & de barbaris plures victorias
„ reportavit. Quum autem ob Chriſti amorem ſæculum atque
„ ſecularis vitæ moleſtiſſimam agitationem abdicaſſet, factus
„ Monachus, adeo illuſtrior evaſit, ut velut columna ignis in-
„ ter noctis tenebras, magni Prophetæ Eliæ viſitatione, cujus
„ etiam mores æmulabatur, micare videretur. Silentium itaque
„ perpetuo coluit, & ad Deum orationem in monte, quem
„ Maleum appellant. Quocirca curationum accepto dono, dæ-
„ mones expulit, & fontem aquarum fuſis ad Deum precibus
„ ſcaturire fecit: cæcis viſum, claudis expeditum curſum reſti-
„ tuit, pluraque alia miracula in Chriſti nomine patravit, ad-
„ mirabilis omnibus hominibus factus. Hunc in modum Deo,
„ quantum homini licet, inſerviens, ad ipſum lætus & gaudens
„ migravit „. Papebroch. in Ephemer. Metric. ὁ ἐν τῷ Μαλέῳ *Laconiæ monte, cognominatur Thomas*. Baudrand. *Malea*, promontorium Peloponneſi, in ora Occidentali Laconiæ, ubi vertit ad meridiem, Straboni & Plinio, Laconicum ſinum claudens ad ortum, & ab Argolico ſeparans, in mare Ægeum valde porrigitur, & 10. milliar. diſtat a Cythera inſula in Septentrionem. Falconius ad VII. Julii pag. 111. de hoc Thoma loquens:
„ Vide, inquit, tempus ſupra, die quinta, in S. Athanaſio in
„ monte Atho, ejus diſcipulo: nempe ſub Nicephoro Phoca
„ Imp. in fine ſeculi decimi „. Memoriæ lapſus, in hoc Authore non infrequens. Athanaſius die V. memoratus, diſcipulus fuit, non Thomæ in Maleo habitantis, ſed Michaëlis Maleini in Cymina monte Monaſterii Hegumeni.

Cyprilla colitur in Menæis die 5. Julii cum Synaxario in utroque Menolog. his verbis: „ Cyprilla Chriſti Martyr, Dio-
„ cletiano Imperatore, Cyrene nata Chriſtianis parentibus,
„ conjuge poſt biennium defuncto, per 28. annos in viduitate
„ manſit. Quum autem Theodorus Sanctiſſimus Epiſcopus ca-
„ ptus, in carcerem detruſus fuit, accidit, ut capitis dolore
„ affecta, curationis gratia ad illum veniret; ab eoque curata,
„ eidem miniſtrare cœpit cum Lucia, & Aroa piis feminis.
„ Poſt obitum vero S. Theodori ad Præſidem adducta, Chri-
„ ſtumque profeſſa, primum cæditur: deinde palma prunas
„ excipiens, a lictoribus ipſius manum apprehendentibus co-
„ gebatur thus Diis adolere. Illa contra clamabat: non eſt,

„ in-

Digitized by Google

„ inquiens, ſpontanea oblatio; Ego enim Chriſto meo ſacriſi-
„ co. Hæc locuta, in equuleum ſublime arripitur, ibique ex-
„ carnificata, ſpiritum tradidit„. *Cyrilla* vocatur in Marty-
„ rologio Rom. ad v. Julii.

Acacius in typico dicitur ὁ ἐν τῇ Κλίμακι, *in ſcala*. Culcinius pag. 87. „ VII. Divo Thomæ Monacho in monte Ma-
„ læo addunt mei libri Acacium, de quo teſtimonium perhibe-
„ tur in Scala. Porro per hanc Scalam puto intelligi librum
„ conſcriptum a Sancto Joanne Climaco. Ibi ergo videndum
„ foret, quid ſcribatur de hoc Acacio„. Agitur de eo in Menæis ad XXVI. Novembris, ubi extat de ipſo Synaxarium bene prolixum in hæc verba: τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, μνήμη τοῦ ὁσίου πρς ἡμῶν Ἀκακίου, τοῦ ἐν τῇ Κλίμακι, *eadem die, commemoratio S. P. N. Acacii in Scala*. Et poſt diſtichon, οὗτος ἦν ἐν τινι τῆς Ἀσίας μονῇ, & cetera.

Codex noſter Slavicus habet ad hanc diem VII. Julii, ſed recentiore manu, & charactere, ut vocant, Cyrilliano: *Sanctorum Martyrum Euſtathii, Polycarpi, & Evagii, & aliorum*, Quinam hi ſint, & ubi, & quando paſſi, adhuc reperire non potui. Coluntur in Martyr. Rom. ad 3. April. *Tomis in Scythia SS. Martyres Evagrius, & Benignus*.

VIII.

MART. PROCOPIUS.

Vaticani Ruthenici & Slavicus noſter, & Poſſevinus: *Sancti Martyris Procopii*. Kalendarium Moſcovit. Σβ. Βελικομ. Προκοπία, *Sancti Megalomartyris Procopii*. Papebrochius; *Procopius*. Ephemer. Metricæ:

Ὀγδοάτῃ Προκοπίου ἀρηϊθόου κράτα χέρσαν
Procopio octava caput aufertur generoſo.

Menæa: τοῦ ἁγίου ἐνδόξου Μεγαλομάρτ. Προκοπίου, *Sancti glorioſi magni Martyris Procopii*, cum officio, & Synaxario in utroque Menologio. Martyrologium Romanum ad VIII. Julii; „ In
„ Palæſtina Sancti Procopii Martyris, qui ſub Diocletiano Im-
„ peratore ab Scythopoli ductus Cæſaream, ad primam re-
„ ſponſionum ejus confidentiam, a Judice Fabiano capite cæſus
„ eſt„. Acta ejus Græca, auctore incerto: κατὰ τοὺς καιροὺς ἐκείνους ἐβασίλευσε Διοκλητιανὸς ὁ τύραννος. Eadem videntur ac illa quæ Cod. MS. Bibl. Coislin. pag. 196. incipiunt: κατὰ τοὺς καιροὺς ἐκείνους βασιλεύοντος Διοκλητιανοῦ. Alia auctore Metaphra-

ſte : Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ τὴν αὐτοκράτορα Ῥωμαίας διεπόντων ἀρχῆς : extant Lat. apud Lipom. Tom. 6. & apud Sur. ad 8. Julii ; quæ, ut ait Baronius, citata reperiuntur in ſecunda Synodo Nicæna Act. IV. ibique ex iiſdem Actis recitatur elegans exemplum de cultu Sanctarum Imaginum. Encomium in Sanctum Procopium Mart. auctore Heſychio Presbytero Hieroſolym. Προκοπίῳ τὴν θυσίαν ὁ Χριστὸς ἐστεφάνωσεν πῦρον αὐτὸν ἰδών. Aliud auctore incerto, τέρπει μὲν καὶ λειμὼν πυλουσθής : Fabric. Bibl. Græc. Tom. 9. pag. 138.

Baronius loc. cit. *Alius eſſe videtur ille Procopius, de quo agit Euſebius lib.* 8. *cap.* 12. Et quidem ſi laudata Græca Acta cum iis, quæ Euſebius de Sancto Procopio narrat, conferantur, videntur duo Procopii Martyres exſtitiſſe. Euſebianus enim *Lector* & *Exorciſta* dicitur; alter *Dux exercitus*. Euſebianus *momentaneo ferme martyrio ſublatus* : ille *longo certamine fatigatus, plurima meruit de diverſis tormentis ſtipendia*. Baronium ſequuntur Valeſius in notis ad cap. I. libri Euſebii de Martyribus Palæſtinæ, & Ruinartus in Admonit. prævia ad paſſionem Sancti Procopii Lectoris pag. 352. At Bollandiani demonſtrant, Procopium martyrem, cujus hiſtoriam Euſebius lib. 8. cap. 12. conſcripſit, & quem Latini ad 8. Julii colunt, ipſum eſſe, quem Græci ad eandem diem *Megalomartyrem* vocant. His adſtipulatur Tillemontius, qui etſi non diffiteatur, forte extitiſſe *Procopium copiarum ducem*, cujus hiſtoriam cum *Procopio Cæſarienſi Martyre* Græci in Synaxariis confuderint, ut ſæpe alias eos feciſſe compertum eſt ; ejus tamen Acta a Lipomano & Surio ex Metaphraſte edita merito reprehendit, utpote quæ oppleta ſunt iis, quibus falſa Acta ſcatere ſolent, ut Bollandus ad diem 9. Maji affirmaverat, & Falconius in notis ad Synaxarium hodiernum Græcum de Sancto Procopio pronunciat pagin. 111. in hæc verba : „ Vide vera Acta in Euſebio Cæſarienſi „ in Martyribus Palæſtinæ, quæ in ſua genuina & ſincera Acta „ Ruinartius derivavit : & tunc ad collationem, mirare ſummam fabulatoris Græculi confidentiam, qui ſuis deliriis „ omnes Orientis Eccleſias conſpurcavit „. Vide Argumenta Bollandianorum ad hanc diem, quibus evincunt, Acta genuina Sancti Procopii eſſe ab Euſebio petenda, & unum tantummodo fuiſſe Procopium, quem eadem die Græci, Latini, Syri, Ægyptii venerantur ; Græcorum autem Procopium, qualis a Meta-

phraſte

phraſte & in Synaxariis deſcribitur, tota veſte commutata, novaque perſona ſuperinducta ab Euſebiano eſse diverſum. Quæ argumenta ſummatim profert meus ex ſorore nepos Stephanus Evodius Archiepiſc. Apameæ in ſua Admonitione in martyrium Sancti Procopii, Tom. 2. Act. Martyrum Occidentalium p. 167. & ſeq. Græci unum eundemque Sanctum Procopium, de quo hac die VIII. Julii agunt, iterum commemorant die 22. Novembris, hoc titulo: Προκοπίου τοῦ ἐν Παλαιστίνῃ Μάρτυρος. Et hoc diſticho:

Πρὸς τὴν τομὴν ὥρμησεν οἷα πρὸς πάλην,
Καὶ Προκόπιος θρέμμα τῆς Παλαιστίνης.

Acta Syriaca (a) Sancti Procopii, cujuſmodi ab Euſebio ſunt edita, accipe: „ Martyrium primum Sancti Procopii „ Martyris, anno primo perſecutionis, quæ diebus noſtris ex- „ citata eſt. Omnium Sanctorum Martyrum, qui in Palæſtina „ claruerint, primus coronam promeruit B. Procopius, vir „ ſane divinus: quippe qui vel antea quam martyrio perfun- „ geretur, in ſingulari patientia vitam traduxerat. Et ab ineun- „ te quidem ætate moribus caſtiſſimus, corpus ſuum inedia, „ aliiſque ſponte ſuſceptis afflictationibus adeo proterebat, ut „ vivens adhuc, mortuo ſimillimus videretur. Animum vero „ ſuum ſancto Dei verbo ita reficiebat, ut ex eo ſuum etiam „ corpus confirmaret atque mirifice recrearet. Ex pane & aqua „ tantummodo victitabat, quin & ab his ad biduum, ad tri- „ duum, ad integram quoque hebdomadam abſtinebat. Divi- „ nis præterea evolvendis Scripturis perpetuam diu noctuque „ dabat operam. Quemadmodum autem morum integritati, „ cæteriſque quibus cumulate adeo ornabatur virtutibus ſingu- „ larem, qua inter æquales ſuos omnes quammaxime emine- „ ret, manſuetudinem, & animi demiſſionem; ita & eximiis, „ queis pollebat, Theologiæ ſermonibus non exiguam in ſecu- „ laribus diſciplinis eruditionem adjunxit. Porro Procopius „ genere quidem Hieroſolymitanus erat; domicilium vero in „ urbe Bethſan [*Scythopoli Græce dicta*] habebat: ac tria in „ iis Eccleſiis obibat munia, primum ſcilicet Lectoris ſacrorum „ librorum: alterum Interpretis linguæ Græcæ in Syriacam: „ tertium denique, in quo plurimum quidem elaborabat, dæ-

 „ mones

a Ex Cod. Nitrienſi 1. & 2. a me in Biblioth. Vaticanam ex Oriente advectis. Vide Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 606.

„ mones ex hominum corporibus extrudebat. Ex urbe igitur „ Bethſan unacum ſodalibus ſuis Cæſaream in civitatem noſtram „ miſſus, huc ut venit, antequam conjiceretur in carcerem „ & vinculis gravaretur, ab ipſo limine urbis recta ad impium „ Præſidem, nomine (*a*) Flavianum, protruſus eſt, juſſuſ- „ que ab eo Diis litare. At Procopius contenta voce, non eſſe „ Deos, præter unum rerum omnium auctorem conſervato- „ remque, teſtatus eſt. Quæ Martyris verba quum Judex, non „ ſecus ac vulnus in corde, ægre excepiſſet, firmumque adeo „ ejus propoſitum agnoſceret, a priori ſermone digreſſus, ei, „ ut quatuor qui rerum potiebantur Imperatoribus immolaret, „ præcepit. Verum Sanctus Dei Martyr iſtud quoque Præſidis „ juſſum vehementer deridens, ex Homero Poëtarum Græco- „ rum celebratiſſimo, hujuſmodi protulit ſententiam.

Haud bona res Domini plures: Herus unicus eſto,
Rex unus.

„ Nondum dicendi finem fecerat B. Procopius, quaſi vero Im- „ peratores contemſiſſet, a Præſide morti addictus, illico ca- „ pite plexus eſt. Cui facilis ita atque expeditiſſima ad cælos „ patuit via. Hoc autem primum in urbe noſtra Cæſarea mar- „ tyrium perpetratum eſt „. In Græco Euſebii additur: *Feria* 4. *die* 8. *Deſii, hoc eſt* VII. *Idus Junias apud Romanos*. Acta Latina a Valeſio & Ruinarto edita habent: *Deſii ſeptima Jul. menſis, quæ Non. Julii dicitur apud Latinos*. Atqui *Deſius* reſpondet *Junio*, non *Julio* Romanorum; neque ullus eſt rectus ſenſus in verbis illis: *Deſii* VII. *Julii menſis*. Codd. MSS. duo, Corbejenſis ſcilicet & Sancti Germani apud Ruinartum: *Dies erat* VII. *Julii menſis, quæ* VII. *Idus Julii dicitur apud Latinos*. At negat ſenſum ullum germanum in his verbis eſſe Tillemontius; fatetur tamen, *ſeptimam diem Julii incidiſſe in Feriam* 4. *anno* 303.; idque ad Martyrologia accedere, quæ Procopium celebrant VIII. *Julii*. Hoc enim habent Beda, Uſuardus, Ado, Rabanus & Notkerus: „ VIII. Iduum Julii, „ natale Procopii in Palæſtina, qui ab Scythopoli ductus Cæſa- „ ream, ad primam reſponſionis ſuæ confidentium, irato Ju- „ dice Flaviano, capite cæſus eſt „. Procopii Baſilicæ Conſtantinopoli, I. ἐν τῇ χελώνῃ, in *Teſtudine*, a Conſtantino

Magno

a In Syriaco Textu [illegible] literis Lamed, & Vau, præpoſtere ab amanuenſi poſitis.

Magno extructa, auctore Codino pag. 39. edit. Reg. 2. τὰ *βιγλεντίας*, *Vigilantiæ* dicta, a Juſtiniano Magno condita, eodem Codino teſte pag. 54. 3. τὸ Κονδύλιον dicta, eodem Codino pag. 46. ſcribente, ſic appellata, διὰ τὸ Κωνσταντῖνον τὸν πατέρα Ἰουστινιανοῦ τοῦ ῥινοτμήτου κονδυλίσαι ἐκεῖ τὸν ἵππον αὐτοῦ καὶ ῥίψαι αὐτόν „ quod Juſtiniani pater Conſtantinus Rhinotmetus in eo loco equum ſuum pugnis inſtigans, ab eo dejectus „ fuerit „. Græci feſtum diem Sancti Procopii celebrant, ut conſtat ex novella Conſtit. Emmanuelis Imp. de Feriis, apud Theodor. Balſam. in Nomocan. Photii Tit. 7. cap. 1. Culcinius pag. 87. „ In Volinia mea patria fit feſtum de eodem Sancto [Procopio] ſub præcepto ad populum ex antiqua conſuetudine.

IX.

PANCRATIUS.

Ruthenici Vaticani cum Slavico noſtro vacant hac & ſequenti die. Kalendarium Moſcoviticum: Σβ. Μ. Παγκρατίου, *S. Mart. Pancratii*. Ita & Poſſevinus. Papebroch. *Pancratius*. Ephemer. Metricæ.

Παγκράτιος δ' ἐνάτῃ εἰς Παγκρατέως δόμ' ἀμέμπτης
Pancratius nona volat ad ſedem Omnipotentis.

Menæa: τοῦ ἁγίου Ἱερομάρτ. Παγκρατίου Ἐπισκόπου Ταυρομενίου τῆς ἐν Σικελίᾳ, *S. Sacromartyris Pancratii Epiſcopi Taurom enii in Sicilia*, eum officio, & Synaxario, cujus ſummam exhibet Falconius pag. 111. Menologium Baſilianum de eo agit ad IX. Februarii unacum *SS. Marciano* (a) & *Philagrio*, his verbis: „ Iſti diſcipuli fuere Sancti Petri Apoſtoli. Nam Sancti Pancratii pater, quum adhuc Chriſtus in corpore in terris ageret & miracula patraret, ejus fama commotus, ex urbe Antiochia Hieroſolymam venit unacum Pancratio, ut eum videret. Quumque ſe in amicitiam Sancti Petri inſinuaſſet, poſt Chriſti Aſcenſionem, ſecutus eſt eum, & ab ipſo ordinatus eſt Tauromenii Epiſcopus. Et quum in Chriſti nomine doceret, clam ab Infidelibus interfectus eſt. Item Marcianus „ Epi-

---

(a) Marcianus Syracuſar. Epiſcopus colitur a Latinis in Martyrologio Romano ad 14. Junii, ubi a Judæis occiſus dicitur, & a Sancto Petro Apoſtolo Epiſcopus ordinatus. A Græcis 30. Octobris in Menæis, ubi ejus martyrii Acta brevi compendio referunt.

De Philagrio Latini ſilent. Græci in Menæis habent Synaxarium ſimile Baſiliano de Philagrio Cypri Epiſcopo, Pancratio Tauromenii, & Marciano (qui Marcellus perperam dicitur) Epiſcopo Syracuſarum ad IX. Febr.

Digitized by Google

„ Epiſcopus Siciliæ factus, poſtquam multos Infidelium ad „ Dominum convertiſſet, deceſſit. Philagrius vero Cypri Epi- „ ſcopus conſtitutus, quum & ipſe in nomine Chriſti doceret, „ multas moleſtias a dæmonibus atque impiis & infidelibus ho- „ minibus paſſus, ad extremum uſque ſpiritum gratias agens, „ obiit „. Martyrologium Romanum de Sancto Pancratio ad 3. April. „ Tauromenii in Sicilia Sancti Pancratii Epiſcopi, „ qui Chriſti Evangelium, quod a Sancto Petro Apoſtolo illuc „ miſſus prædicaverat, martyrii ſanguine conſignavit „. Baronius. „ De eo item hac die (3. Apr.) Beda, Uſuardus, „ Ado, ac cæteri. Græci autem in Menologio v. Idus Junii, „ (leg. Julii) ubi legitur, hunc Antiochenum genere, San- „ ctum Petrum ſecutum, ab eo Siculis eſſe præfectum Epiſco- „ pum. Agit de eodem Nicephorus hiſt. lib. 2. cap. 35. Meta- „ phraſtes in ſerm. de die natali Apoſtolor. De eodem in Actis „ Sancti Marciani Epiſcopi, quæ accepimus ab Eccleſia Caje- „ tana „. Incipiunt autem: *Poſt triumphalem &c.* Vide eun- dem Baron. ad 14. Junii, ubi de Sancto Marciano agitur. Pan- cratii, qui Petri Apoſtoli diſcipulus dicitur, Epiſcopi Taurome- nii in Sicilia, Acta Græca, incipiunt: *ἐγένετο μετὰ τὸ ἀναληφθῆναι τὸν κύριον*: Auctor dicitur Evagrius Monachus laudatus Theophani Carameo homil. 57. qui ſe Pancratii diſcipulum & comitem fabulatur: in Græc. MS. apud Lambec. Tom. VIII. pag. 94. *Marciani* vero Epiſcopi Syracuſani Elogium auctore in- certo: *φέρε τοίνυν ὦ ἠγαπημένοι*, Græce cum Sirmondi verſio- ne in Act. Sanctor. ad 14. Junii Tom. 2. pag. 788.

X.

XLV. MARTYRES NICOPOLI.

Kal. Moſcov. 45. *M.* и Рнζι Гоаш. *Quadraginta quinque Martyrum, & Veſtis Domini*. Poſſev. *SS.* 45. *Martyrum*. Papebr. & Culcin. *Antoniy, ſorok (a) piat Muczenik*: *Antonius, 45. Martyres*. Menæa: *τῶν ἁγίων Μαρτύρων τῶν ἐν Νικοπόλει τῆς Ἀρμενίας*, *Sanctorum Martyrum in Nicopoli Armeniæ*: cum officio & Synaxario; in quo dicuntur *Quadraginta quinque*, eorum-

(a) Apud Falcon. perperam pag. 112. „ Czetici deſiat piat Muconico Nicopoli. Un- „ de hæc acceperit, neſcio „. Ruthenica tamen ipſe appellat.

eorumque primores *Leontius*, *Mauricius*, *Daniel* & *Antonius*: ſub Licinio paſſi. Ephemerides Metricæ.

Κτεῖνε εὐρυσθενέας δεκάτῃ πῦρ Νικοπολίτας.

Flamma necat decima generoſos Nicopolitas.

Menolog. Baſil. „ Certamen SS. 45. Martyrum, qui Nicopoli „ martyrium ſubiere. Quinque & quadraginta Chriſti Martyres, Licinio Imperatore & Lyſia Præſide, claruerunt, quibus „ præerant Leontius, Mauricius, Daniel & Antonius. Comprehenſi ergo Nicopoli in Armenia, Lyſiæ duci ſiſtuntur „. Cætera. Martyrologium Romanum ad x. Julii: „ Nicopoli in „ Armenia SS. Martyrum Leontii, Mauritii, Danielis, & ſociorum, qui ſub Licinio Imperatore, & Lyſia Præſide varie „ excruciati, tandem in ignem conjecti, martyrii curſum confecerunt.

Antonius, qui apud Papebroch. Nicopolitanis Martyribus præfigitur, primus eſt in Ruſſia monaſtici inſtituti Fundator, & Monaſterii Pieczarenſis apud Kioviam conditor, de quo hæc idem Papebroch. ad Julium Moſcorum figuratum. „ Antonius „ Pezerskie Monachus. Indigena quin ſit, & quidem magni „ nominis, haud poſſum dubitare. Invenio enim eum expreſſum unacum Sancto Theodoſio æque Presbytero Monacho, „ juxta Imaginem quandam Deiparæ, cum ſimili Rotulo in manibus, ubi clare ipſo in principio exprimitur nomen ΜΑΡΙΗ, „ addito ad caput ex more *Presb. Antonii*, & cognomine contractius ſcripto *Perski*. Habitus autem monaſticus eſt, & caput ut Sancti diadematum, cucullus inductus capiti cruce inſignitur, & bipartite per humerum pendet a pectore & tergo: „ ſtola quoque Sacerdotalis ſub pallio monachico inſignitur cruculis, quas in ſpiram decuſſatæ lineæ complectuntur. Ex tota „ autem imaginis forma datur intelligi, ipſum *Antonium* unacum prædicto *Theodoſio*, auctorem eſſe ſacrorum Hymnorum „ in Deiparæ laudem cantandorum a Moſcis: a quibus de utriuſque vita, ſcriptis, miraculis, plenius doceri petimus, diem „ item quo referendus ſit iſte S. Theodoſius „. Ad diem, quo Sanctus Theodoſius colitur, quod ſpectat, jam ſupra vidimus, ejus memoriam agi a Moſchis *die* III. *Maji*. Quod vero Papebrochius, ex tota Imaginis S. Antonii forma arguit, ipſum una cum Theodoſio auctorem eſſe ſacrorum Hymnorum in Deiparæ laudem a Moſcis cantandorum, fallitur egregie: Non enim legitur,

gitur, ipſum aut Theodoſium Hymnos ſcripſiſſe: ſed ambo fuere Fundatores monachiſmi in Ruſſia,& monaſterium Pieczarenſe condidere; id quod per Rotulum in manibus geſtatum ſignificatur. Quamobrem in Anthologio Ruthenico, colitur *S. Antonius* ſolemni officio cum parvis & magnis veſperis, cum duplici canone, & Synaxario, quod a Culcinio Latine verſum pag. 25. ita habet.

„ Regnante in Ruſſia Uladimiro Svatoslaide, prodiens ex „ oppido Lubeco B. Antonius, quum Deus poſuiſſet in corde „ ipſius amorem vitæ monaſticæ, profectus eſt ad Montem San„ ctum [*ideſt Athon*] & luſtratis ibidem pluribus monaſteriis, „ ingreſſus eſt unum ex eis Cœnobium; oravitque Hegume„ num, ut monachorum albo ipſum inſereret: qui flexus preci„ bus juvenis, ſuſcepit eum, totondit, nomenque Antonii in„ didit. Didicit facile Antonius præcepta religioſæ perfectio„ nis, in qua quum multum profeciſſet, Præſes vocatum illum „ condignis ornavit laudibus, & dixit: Revertere, fili, in Ruſ„ ſiam, & ſit tecum benedictio ſancti Montis, ut ibidem fias „ monachiſmi author ac propagator. Obtemperavit Præſidi „ Antonius, relictoque Monte ſancto, venit Kioviam: & quum „ perambulaſſet varias ſolitudines monteſque, dilexit locum, „ Bereſtovo dictum, in quo repertam Cryptam olim a Varagis „ excavatam, præmiſſa ad Deum oratione, incolere cæpit, „ manſitque in ea uſque ad obitum piiſſimi Principis Uladimiri. „ Quum vero impius Svatopelcus, occupato Regni ſolio, ma„ ctaſſet ſuos germanos Boriſum & Hlibum, reliquos quoque „ fratres quærens ad necem, B. Antonius rurſus ad ſanctum re„ meavit Montem. At profligato Svatopelco, & redeunte Re„ gno ad religioſum Principem Jaroslaum, revelavit Deus vo„ luntatem ſuam Hegumeno Montis ſancti, dicens: Mitte mi„ hi Antonium in Ruſſiam, quoniam ibi opus eo habeo. Voca„ tum ad ſe Præſes virum ſanctum benedixit, & taliter eſt affa„ tus: Dilecte fili, Deo ita volente, revertere iterum in Ruſ„ ſiam, habeaſque tecum benedictionem Montis ſancti, per „ quam multorum ibi monachorum glorioſus prædicaberis pa„ rens. His dictis, dimiſit ipſum in pace: qui veniens Kioviam, „ conſcendit proximum collem, nactuſque exiguam per Hila„ rionem prius Eremitam, poſtea Metropolitam, excavatam „ paulo ante Cryptam, oravit cum lacrymis ad Deum, & dixit:

„ Do-

„ Domine, confirma me in iſto loco, & ſuperveniat ei benedi-
„ ctio Montis ſancti, ac mei Hegumeni, qui me in monachum
„ totondit. Manſit itaque vir beatus in loco, inſiſtens orationi,
„ jejuniiſque. Veſcebatur autem pane duro ſemel in die, &
„ multoties per biduum, imo per integram hebdomadam, ab
„ omni refectione abſtinebat; in ampliandis Cryptis aſſiduus,
„ dies noctesque inſumebat orans & laborans. Inclaruit idcirco,
„ ut olim magnus Antonius, multique eum viſitabant homines,
„ petentes benedictionem. Defuncto poſthæc magno Principe
„ Jaroſlao, ſuccedens in imperium Izaslaus ipſius filius, magno
„ habuit in honore Antonium: frequenter enim ipſum adibat,
„ reverenter alloquebatur, & ſanctis ejus orationibus enixe ſeſe
„ commendabat. Celebratus laudibus jam ab omnibus vir ſan-
„ ctus, cæpit excipere Candidatos, eoſque tondere in mona-
„ chos: inter quos præcipuus fuit B. Theodoſius: is enim ex di-
„ ſcipulo ad regimen Fratrum evectus, ſocius fuit, coadjutor-
„ que Antonio in erigendo Templo ac Cœnobio Cryptenſi:
„ quod quum ipſe magnis illuſtraſſet miraculis, & nonageſimum
„ ætatis ſuæ annum tetigiſſet, vivere deſiit in terris hac die x.
„ Julii, anno ab orbe condito *6581*. a nativitate vero Domi-
„ ni 1055. [*imo* 1073.] translatus ad vitam æternam a Domino
„ in cælum. Agitur feſtum ejus ſolemne in venerabili Templo,
„ quod ipſe, juvante Theodoſio, extruxerat.

XI.

EUPHEMIA.

Vaticani Ruthenici: *Euphemiæ Martyris*. Slavicus noſter: *S. Mart. Marciani, & Sanctæ Euphemiæ*. Kal. Moſc. *S. Mart. Euphemiæ*. Marmor Neapol. *Sce Euſimie*. Papebr. *Euphemia*. Ephem. metricæ.

θέσκελον ἑνδεκάτῃ ὅρον ἔμπεδοῖ Εὐφημίη.

Doctrinam undecima divinam Euphemia firmat.

Fidei ſcilicet definitionem in Chalcedonenſi Synodo conſcriptam contra Dioſcorum & Eutychetem ſub Marciano & Pulcheria, eam approbando per miraculum, cujus hodie celebratur commemoratio. Ipſum alioqui feſtum ejus agitur XVI. Septembris, quemadmodum ad eam diem adnotavi. Menæa: τῆς ἁγίας Μεγαλομάρτ. καὶ πανευφήμου Εὐφημίας, *S. magnæ martyris & celeberrimæ Euphemiæ*, cum officio & Synax.: in quo narratur hiſtoria Concilii Chalcedonenſis habiti contra Eutychen & Dioſcorum,

qui *unam naturam & unam* (*a*) *operationem* in Chriſto ſtatuebant: & quomodo Tomus fidei hujus ſacri Concilii per miraculum S. Euphemiæ approbatus ſit. Tum deſcribitur ejuſdem ſanctæ Euphemiæ martyrium. Menol. Baſilianum eadem habet, hoc titulo: „ Memoria Miraculi celeberrimæ mart. Euphemiæ.
„ Theodoſio juniore imperante, prodiit Eutyches monachus &
„ Presbyter, hæreſeos auctor, docens Chriſto Domino noſtro
„ unam naturam ineſſe. Segregatus idcirco e fidelium commu-
„ nione a Flaviano Conſtantinopolitano Patriarcha, non tamen
„ ceſſavit Eccleſiam perturbare. Quum autem S. Marcianus
„ imperium adeptus Synodum 630. Patrum convocaſſet, &
„ cum hæreticis diſceptaretur, placuit univerſis, duos tomos,
„ alterum orthodoxorum, alterum hæreticorum exponi, aper-
„ taque martyris urna, tomos ejuſdem pectori ſuperimponi, &
„ ab illa probatum teneri. Hoc facto, poſt 6. dies urnam reſe-
„ rantes, repererunt, hæreticorum quidem tomum ſub pedi-
„ bus ejus poſitum, orthodoxorum vero ejuſdem manu retine-
„ ri. Atque ita hæretici confuſi ſunt; Orthodoxi vero ſummo
„ gaudio affecti „. Falconius his ex utroque Menologio narratis, ſubdit. „ Tillemontius Tom. 5. & Bailletius ex ſilentio an-
„ tiquorum falſi arguunt hoc miraculum & hiſtoriam. *Et mox*:
„ Mihi olent hæc Metaphraſten; aut efficta in Monophyſitas „.
Vide eruditiſſimas Baronii Notas in S. Euphemiam ad XVI. Septembris.

Marcianus in Cod. Slavico Euphemiæ præpoſitus, colitur in Menol. Baſil. ad hanc diem XI. Jul. hoc elogio: „ Martyr
„ Chriſti Marcianus, patria Iconienſis, ab adoleſcentia fidem
„ Chriſti edoctus & baptizatus, veritatem prædicabat, & ido-
„ lorum deceptionem imbecillitatemque redarguens, idolo-
„ latras convincebat. *Cetera*. *Martyr. Rom.* Iconii S. Mar-
„ ciani martyris, qui ſub Perennio præſide per multa tormenta
„ pervenit ad palmam.

Culcinius ad XI. Jul. pag. 27. de Sanctis Ruſſorum propriis:
„ Hodie colunt Rutheni obitum Sanctæ Olgæ, dictæ in Baptiſ-
„ mo Helenæ, magnæ Ruſſiæ Duciſſæ, quæ prodiit e ſtirpe Du-
„ cum Pſcovitanorum; fuit vero conjux Ihori, mater Svatoslai,
„ & Avia

a Unam Chriſti *naturam* ab hæreticis aſſertam, conſtat ex Chalcedenenſi: *unam* tamen *operationem*, non Dioſcorus aut Eutyches dixit, ſed Monothelitæ longe poſt Quarti Concilii tempora.

„ & Avia S. Uladimiri, ſuſcepit Baptiſmum Conſtantinopoli „ anno 952, obiit vero anno 978. Addo ex meo Anthologio „ Troparium de hac ſancta „ Alis divinæ intelligentiæ extol- „ lens tuum ingenium, evolaſti ſuper creaturas viſibiles quærens „ Deum omniumque creatorem: quo reperto, regenerationem „ per Baptiſma ſuſcepiſti, & nunc e ligno vitæ veſcens, immor- „ talitate gaudens ſempiterna, o Helena ſemper glorioſa. *Item* „ *Contacium*. Laudemus hodie largitorem bonorum omnium „ Deum, qui glorificavit in Ruſſia Helenam divina ſapientem. „ Precibus ejus, Chriſte, dona animabus noſtris peccatorum re- „ miſſionem „. Hæc Culcinius. Verum de anno ſuſcepti ab Olga Baptiſmi, deque Igoro marito, & Svatoſlao filio atque Uladimiro nepote, Vide a me fuſius enarrata Tom. 4. a pag. 5. ad 58.

XII.

Martyr Proclus. Hilarius. Michael Maleinus.

Vaticani Ruthenici cum noſtro Slavico vacant, hac & duabus ſequentibus diebus. Kal. Moſcov. *Muczenika Procla. Martyris Procli*. Poſſev. *S. Mart. Procli*. Papebr. *Proclus. Hilarius. Michael Malinus*. Ephemerides metricæ.

Δωδεκάτῃ βέλος εἷλε Πρόκλον, ξίφος Ἱλάριόν τε.

Tela Proclum, Hilarium gladius tollunt duodena:

Menæa: τῶν ἁγίων Μαρτύρων Πρόκλου καὶ Ἱλαρίωνος: *SS. Martyrum Procli & Hilarionis*, cum officio & Synax. In Menol. Baſiliano pro *Hilarione*, *Hilarius* dicitur: „ Proclus & Hilarius „ Chriſti martyres ex urbe Ancyra oriundi, Trajano imperan- „ te, quum Chriſtiani eſſent, Chriſtumque prædicantes, com- „ plures infidelium ad illum traducerent, primus Proclus ab „ idololatris comprehenſus, Imperatori ſiſtitur: quæſtionibuſ- „ que ſubjectus, quum multo magis Chriſtum profiteretur, Ma- „ ximino præſidi traditur „. Cetera. In Rom. Martyr. & in Menæis, *Hilarion* appellatur, & *Maximus* præſes. Romanum: „ Eodem die paſſio Sanctor. Procli & Hilarionis, qui ſub Tra- „ jano Imp. & Maximo præſide per acerbiſſima tormenta ad pal- „ mam martyrii pervenerunt.

Michael Maleinus in Synaxario S. Athanaſii Athonitæ ad V. Julii, dicitur Abbas monaſterii ſiti in monte Cymina, ubi & Athanaſium ipſum totondit in monachum, & ex Abrahamo, Athanaſium eum appellavit. *Maleinus* autem appellatur, quod

Digitized by Google

ex Maleo monte Laconiæ oriundus eſſet. Culcinius pagin. 87. „ XII. Proclo & Hilario martyribus jungitur Michael Maleinus „ ſeu Malinus, qui claruit circa ann. 923. Hic ſanctus monachus „ fuit magiſter S. Athanaſii de monte Atho. In hujus enim Sy„ naxario ſic lego = Hoc illuſtre univerſi ſidus [intellige Atha„ naſium] prodiit Trabiſonte, juventutemque exornans ſenili „ prudentia, acrem arripuit vitam, & aſcendens montem Li„ mineum, in monaſterio ibidem exiſtenti remanſit, ac obe„ diens Hegumeno ſancto viro Michaeli Malina nuncupato, ab „ ipſo cœleſtis converſationis initia hauſit, mutatoque nomine „ Abrahamii in Athanaſium, magnis crevit virtutibus. Ac tan„ dem ad Montem Sanctum profectus, fundavit Cœnobium: „ &c. „ Falconius pag. 113. pro Maleino, legit *Melitenum*, haud recte.

XIII.

Synaxis Gabrielis Archangeli.

Kalend. Moſcov. *Sobor Archiſtrat. Gabriil*, *Synaxis Archiſtrategi Gabrielis*. Poſſev. *Dedicatio S. Archangeli Gabrielis*, pro, *Synaxi*. Papebr. *Stephanus*. *Gabriel*. Menæa: ἡ Σύναξις τοῦ Ἀρχαγγέλου Γαβριὴλ, καὶ μνήμη τοῦ ὁσίου πρς ἡμῶν Στεφάνου τοῦ Σαβαΐτου. *Synaxis Archangeli Gabrielis*, cum officio ſine Synaxario: *& memoria S. P. N. Stephani Sabaitæ*, item cum officio & ſine Synaxario. Menol. Baſilianum de utroque ſilet. In Menæis recurrit commemoratio S. Stephani ad 28. Octobris his verbis. τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, τῆς ἁγίας Φευρωνίας θυγατρὸς Ἡρακλείου Βασιλέως, καὶ τοῦ ὁσίου πρς ἡμῶν Στεφάνου τοῦ Σαβαΐτου, μαθητοῦ τοῦ ἁγίου Σάββα, *Eodem die*, *S. Februniæ filiæ Heraclii Imperatoris*; *& S. P. N. Stephani Sabaitæ*, *diſcipuli ſancti Sabæ*. Ubi & officii pars de S. Stephano recitatur, quum altera pars ſit de SS. Martyribus Terentio & Neonilla, uti initio diei 28. Octobr. notatur. τῷ αὐτῷ μηνὶ κη΄. τῶν ἁγίων Μαρτύρων Τερεντίου καὶ Νεονίλλας, καὶ τοῦ ὁσίου πρς ἡμῶν Στεφάνου τοῦ Σαβαΐτου. Culcinius pag. 88. „ Colitur Synaxis Archiſtrategi Gabrielis „ die 26. Martii, ideo, quia, ut obſervat Papebr. juxta ritum „ Græcorum poſt ſingula majora Chriſti Domini aut Deiparæ „ feſta, ſubjunguntur memoriæ eorum Sanctorum, qui propius „ ad myſterium concurrerunt. Rurſus hodie Synaxis ejuſdem „ Gabrielis repetitur, ad invocandum nimirum ejus auxilium „ con-

„ contra Agarenos, ut ex officio, quod habeo in meo Anthologio, informor.

Pictura Capponiana repræſentat Angelos hinc & inde ſtantes, & Gabrielem Archangelum in medio geſtantem manibus puerum Jeſum in orbiculo ſtantem manibus expanſis radiato capite. Papebrochiana autem, exhibet Archangelum alatum crucem dextra tenentem.

XIV.

JOSEPH. AQUILA.

In Menæis excuſis ad XIV. Julii, in quo agitur de Sancto Aquila, uti vocant, Apoſtolo, ſubjicitur commemoratio Sancti Joſephi, cum hoc elogio: τῦ ἐν ἁγίοις πρς ἡμῶν Ἰωσὴφ Ἀρχιεπισκόπυ Θεσσαλονίκης, *S. P. N. Joſeph Archiepiſcopi Theſſalonicæ*, ſine Synaxario. Repetitur tamen ejuſdem Joſephi commemoratio die ſequenti, XV. Julii, cum Synaxario bene prolixo, ſic, μνήμη τῦ ὁσίυ πρς ἡμῶν Ἰωσὴφ Ἀρχιεπ. Θεσσαλονίκης, ubi dicitur natus patre Photino & matre Theoctiſta, frater Theodori Confeſſoris, Studitæ. Cetera de eodem Joſepho Confeſſore, Archiep. Theſſal. Menologium Baſilianum ad XIV. Julii, Tom. 3. pag. 167. Vide ad 3. April. ubi & de Joſepho altero, Hymnographo appellato.

Kalendar. Moſcoviticum: *Apoſtola Akili*, *Apoſtoli Aquilæ*. Poſſevinus: *S. Apoſtoli Aculi*, pro, *Aquilæ*. Papebroch. *Aquila*. Ephem. metricæ:

Ἀκύλαο δεκάτῃ γε τετάρτῃ τύμβος ἔκρυψεν.
Oſſa Aquilæ tumulo decima quartaque locantur.

Menæa: τῦ ἁγίυ Ἀποςόλυ Ἀκύλα, *S. Apoſtoli Aquilæ*: cum officio, & Synaxario. Menologium Baſilianum *de SS. Aquila & Priſcilla* ad XIII. Februarii, Tom. 2. pag. 185. Martyrol. Rom. ad VIII. Jul. *In Aſia minori Sanctorum Aquilæ & Priſcillæ uxoris ejus, de quibus in Actibus Apoſtolorum*. Nimirum, Act. Apoſt. cap. 18. Paulus ad Rom. cap. 16. 1. ad Corinth. cap. 16. & ad Timoth. 2. cap. 4. licet pro Priſcilla, Priſca ponatur aliquando. Vide Baronium in Notation. ad VIII. Julii.

XV.

JULITTA. CYRICUS.

Vaticani Ruthenici: *Cyrici & Julittæ*. Slavicus noſter: *S. Mart. Cyrici, & Julittæ matris ejus*. Kalendar. Moſcovit. *Kiry-*

Kiryka, *i Julitti*, *Cyrici & Julittæ*. Marmor Neapol. *Cyrici & Julittæ*: Papebr. *Julitta*, *Quiricus*. *Uladimirus*. Ephemerides metricæ.

Πέμπτῃ Ἰȣλίτταν δεκάτῃ τάμον υἷα δ᾽ ἔαξαν.

Et natum & matrem quinta decimaque necarunt.

ſcilicet, Quiricum tribunali alliſum, & Julittam gladio denique cæſam ſub Diocletiano Tarſi in Cilicia. Menæa: *τῶν ἁγίων Μαρτύρων Κυρίκȣ ϗ Ἰȣλίττης*, *SS. Martyrum Cyrici & Julittæ*: cum officio & Synaxario in utroque Menologio: quod Synaxarium Græce & Latine prodiit etiam apud Bolland. in Act. Sanctor. Tom. 3. Junii ad diem XVI. ejuſdem menſis, quo a Latinis coluntur in Martyr. Rom. cum hoc elogio: „ Tarſi in Cilicia „ SS. Martyrum Quirici & Julittæ matris ejus ſub Dioclet. Imp. „ quorum Quiricus triennis puellus quum matrem, quæ ante „ Alexandrum Præſidem nervis diutiſſime cædebatur, implacabili luctu lugeret, ad gradus tribunalis illiſus interiit: „ Julitta vero, poſt dira verbera & gravia tormenta, martyrii „ ſui curſum obtruncatione capitis implevit „. Baronius in not. ad XVI. Junii ex Actis Græcis, plerique (inquit) Latinorum ſunt corrigendi, qui Antiochiæ eos paſſos referunt. At Bollandiani Tom. 3. Junii ad 16. diem pag. 15. primum quidem proferunt vetuſta Martyrolog. Hieronymiani apographa, in quibus legitur: *In Antiochia Quirici & Julittæ matris ejus & aliorum* 404. *Martyrum*: ſeu, ut in aliis legitur, *militum*: deinde contendunt, hos *Quiricum & Julittam cum* 404. *Sociis*, Antiochiæ paſſos, fuiſſe diverſos a Quirico & Julitta matre, Tarſi paſſis. Verum quum Quiricus iſte & Julitta, Tarſi paſſi, in Eccleſia tum Orientali, tum Occidentali fuerint celeberrimi, quumque antiqua Latinorum Martyrologia de iis tantummodo ad 16. Junii agant, manifeſtum ſit, Julittam & Quiricum Tarſi paſſos intelligi, quidquid ſit, an eodem die alii 404. martyres Antiochiæ martyrium ſubierint. *Cyricus* multipliciter appellatus reperitur: ideſt, *Cyricus*, *Cyricus*, *Cerycus*, *Ciricus*, & *Quiricus*, & *Cyriacus* a Syris. Acta Cyrici & Julittæ, quæ Gelaſius Papa ut hæreticorum commentum in decretali de ſcriptis Apocryphis rejecit, teſte Baronio, Latine in vet. MS. habentur, quorum eſt exordium: „ Domino fratri & Coëpiſcopo Zo„ſimo Theodorus &c. At illa Acta, quæ ſcripſit Theodorus Epi„ſcopus ad Zenonem Coëpiſcopum; quæ & in vetuſtiſſimo co-

„ dice

Digitized by Google

„ dice in noſtra Bibliotheca habemus, ſunt ſane eiuſmodi, ut
„ in omnibus conveniant cum iis, quæ vel Metaphraſtes edidit,
„ vel in Græcorum Menol. vel hic ſummatim collecta narrantur,
Acta a Metaphraſte edita, Græce incipiunt: ἡγεμονεύοντος Ἀλεξάνδρυ ἐν πόλει Ἰκονίῳ, MS. in Bibl. Coisl. pag. 196. Apud Lip. Latine Tom. 6. & Sur. Tom. 3. nec non Mombrit. etſi paulo diverſe, Tom. 2. Extant apud Combefiſium in triumphis ſelectis Martyrum pag. 231. Pariſ. 1660. Θεοδώρυ Ἐπισκόπυ Ἰκονίυ ἐπιςολὴ, δηλῦσα τὸ Μαρτύριον τῦ ἁγίυ Μάρτυρος Κηρύκυ καὶ τῆς τύτυ μητρὸς Ἰυλίττης „ Theodori Epiſcopi Iconii Epiſtola, qua decla-
„ ratur martyrium S.Mart. Ceryci, ac ejus matris Julittæ. Init.
„ Πευσαμένης τῆς σῆς τιμιότητος διὰ προσκυνυμένων σε συλλα-
„ βῶν, Quum Venerabilis pietas tua per colendas literas tuas,
„ ex miſella mea teuuitate percontata eſſet „. Prodiit Græc. & Lat. Tom. 3. Junii pag. 25. ad 28. Eadem epiſtola, ſed phraſi contractiori, & ſub initium ſatis diverſa, indicatur ab Allatio in Diatriba de Simeonum ſcriptis pag. 91. hoc principio: ἐπείπερ τῷ καλῷ σπέρματι εἴωθεν ἐπισπείρειν ὁ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐχθρὸς τὰ ζιζάνια: *Quandoquidem ſolet naturæ humanæ inimicus bono ſemini ſuperſeminare zizania*, Auctore Theodoro Epiſcopo. Prodiit ex antiqua Latina verſione Tom. 3. Jun. pag. 23. Init. *Chariſſimo Fratri & Sancto Coëpiſcopo Zoſimo, Theodorus annuente Domino Præſul, ſalutem in Domino. Quia bono ſemini hoſtis humanæ conditionis ſolitus eſt ſuperſeminare Zizania &c.* Ubi Zoſiſimus dicitur, qui apud Baronium *Zeno* appellatur. Demum Encomium in SS. Cyricum & Julittam auctore Niceta Rhetore, Græce incipit. ὥσπερ οὐκ ἔςι συνεχόμενον τῷ κυρίῳ ἰυδαῖον. Latine apud Lip. Tom. 6. ad 15. Julii, & Surium ad 16. Junii.

De *Uladimiro* hoc elogium legitur in Menol. Ruſſo-Slavico Latine reddito a Sparvenfeldto anno 1668. ad xv. Julii. „ Mors
„ magni & ſimillimo Apoſtolici, magni Ducis Vvlademiri, au-
„ tocratoris totius Ruſſiæ, in ſancto Baptiſmo dicti Baſilius, qui
„ Ruſſiam Chriſtianam reddidit. Ubi additur dictum „ Vvla-
„ demirum ſancto Lavacro baptizatum anno 996. (*leg.* 990.)
„ ſub Imperat. Baſilio & Conſtantino: obiiſſe anno 1014. ſub
„ Michaële I. & condita eſſe oſſa ejus in Templo ejus Diciatimi-
„ co SSmæ Deiparæ Kiovienſis „. Ibid. notatur Templum illud Diciatimicum *a decimis* nomen habere, quæ vel ibi ſolvebantur, vel ex quibus conſtructum erat. Synaxarium Ruthenorum

inter-

Digitized by Google

interprete Georgio David Miſſionario Moſcuæ reſidente an. 1688. „ Obitus Sancti & æqualis Apoſtolis Ulodimiri, principis Kio- „ vienſis, autocratoris Ruſſiæ, dicti in Baptiſmate Baſilii, a „ quo in Ruſſiam Baptiſmus & vera fides introducta „. Culcinius ad xv. Julii pag. 28. integrum Synaxarium Latine edidit. In Appendice vero a pag. 1. ad 13. officium de S. Uladimiro a Ruthenis recitari ſolitum. Nos vero, ne actum agamus, lectorem ad ea remittimus quæ de eodem S. Uladimiro fuſe diſſeruimus Tom. 4. a pag. 34. ad 52. ubi & Synaxarium e Ruſſico Latine a Culcinio redditum recitavimus, & Uladimiri ipſius Conſtitutione relata, expendimus epocham ſuſceptæ ab eo chriſtianæ religionis, productiſque adverſus ipſum a Ditmaro Epiſcopo Merſepurgenſi accuſationibus ſatis fecimus.

XVI.

ATHENOGENES ET SOCII.

SANCTORUM PATRUM SYNODI SEX.

Vaticanus Ruthenicus primus: *Patrum 630. Chalcedonenſium*. Secundus: *Athenogenis martyris*. Slavicus noſter: *Synaxis SS. Patrum 630. qui Chalcedone*. Kal. Moſcovit. ιϛ. Μ. Ἀθηνογένα, *S. Mart. Athenogenis*. Poſſev. *Concilium SS. Patrum* 430., pro, 630. Papebrochius: *Athenogenes*: tum ſubjiciuntur ſex Synodi, de quibus mox ſermo erit. Ephemerides Metricæ:

Ὀξὺ Ἀθηνογένην ξίφος ἔταμεν ἓξ δεκάτῃ τε.

Enſis Athenogenem decima ſextaque peremit.

Menæa: τοῦ ἁγίου Ἱερομάρτ. Ἀθηνογένους, *S. Sacromart. Athenogenis*: cum officio & Synax. in utroque Menol. ubi dicitur *Epiſcopus Pedachtiſæ* Πηδαχθόης, Sebaſte ortus, ſub Dioclet. Imp. & Philomarco præſide una cum *decem* diſcipulis ſuis poſt multos cruciatus, tandem gladio conſummatus. Menol. Baſil. ſilet de *Pedachthiſe*, & de *Philomarco* præſide. In utroque tamen Syn. adjungitur narratio, ſeu fabula de cerva, quam vide apud Bolland. ad XVII. Julii pag. 218. Martyrol. Romanum ad XVI. Jul. *Sebaſte in Armenia SS. Martyrum Athenogenis Epiſcopi, & decem diſcipulorum ejus ſub Diocletiano Imp.* Acta a Metaphraſte deſcripta, Latine incipiunt: *Tempore Diocletiani Imp.* apud Lipom. Tom. 6. & Sur. ad 17. Julii. Baron. in not. ad 16. Jul. „ Diver- „ ſus plane hic ab illo Athenogene, quem conſtat S. Baſilii au- „ ctoritate per ignem martyrium conſummaſſe. S. Baſilii ver-

„ ba

„ ba in lib. de Spiritu Sancto ad Amphiloch. cap. 29. hæc ſunt: „ Quodſi quis novit Athenogenis hymnum, quem tamquam „ aliud aliquod valedictionis munus diſcipulis ſuis reliquit, fe- „ ſtinans jam ad conſummationem, quæ fit per ignem, is no- „ vit & Martyrum ſententiam de Spiritu Sancto „. Hinc idem Baronius alterum Athenogenem ab hoc diverſum in Mart. Rom. apponendum curavit ad 18. Jan. cum hoc elogio. „ In Ponto „ natalis SS. Martyrum Moſei & Ammonii, qui quum eſſent mi- „ lites, primo ad metalla damnati, noviſſime igni traditi ſunt. „ Ibidem S. Athenogenis antiqui Theologi, qui per ignem con- „ ſummaturus martyrium, hymnum lætus cecinit, quem & di- „ ſcipulis ſcriptum reliquit „. Verum Jo. Bapt. Sollerius in Act. Sanctor. Tom. 4. Junii pag. 216. & ſeqq. demonſtrandum aggreditur, unum eundemque fuiſſe Athenogenem, de quo & S. Baſilius loquitur, & Græci in Menæis ad XVI. Julii agunt, Latini vero ad 17. ejuſdem menſis.

Menolog. Baſilianum ad hanc diem XVI. Jul. de ſolo agit Concilio Chalcedonenſi, his verbis: „ Poſtquam impius Arius „ a trecentis (*adde*, *&* XVIII.) Sanctis Patribus Nicææ anathe- „ matizatus fuit, Eutyches hæreticus, Diaboli afflatu inſtiga- „ tus, hæreſim illius voluit inſtaurare, dicens: unam Chriſto „ poſt unionem ineſſe naturam. Sed poſt Theodoſii filii Arcadii „ obitum, imperio potitus S. Marcianus, congregata Chalcedo- „ ne ſacra 630. deiferorum Patrum Synodo, non modo infeli- „ cem ac miſerum Eutychen ejuſque aſſeclas evertit, verum „ etiam Arianiſmum penitus deſtruxit, ſacrum SS. Patrum Sym- „ bolum confirmans ac ſtabiliens, hæreticoſque omnes anathe- „ matizans, quum in id operam ſuam & ſancta magna martyr „ Euphemia conjungeret, & orthodoxæ fidei definitionem, „ tamquam vivens, orthodoxis præberet „. In eod. Menol. fit etiam elogium *Synodi Nicænæ* die 29. Maji: *Quintæ Synodi* ſub Mena & Juſtiniano Imperat. die 25. Julii: *Nicænæ Secundæ*, die 12. Oct. In Menæis excuſis commemoratur *Synodus Chalcedonenſis* una cum miraculo S. Euphemiæ die XI. Julii: *Sexta Synodus* die 23. Jan. & die 14. Septembris: *Septima Synodus*, Dominica poſt diem XI. Octobris. *Sex Synodi*, ideſt, *Nicæna* I. *Conſtantinopolitana* I. *Epheſina*, *Chalcedonenſis*, *Quinta* ſeu Conſtantinopolitana II. *&* *Sexta* ſeu Conſtantinopolitana III. die XVI. Julii. Quo tamen die Synaxarium legitur de ſola *Synodo*

Chalcedonenſi, uti in Menol. Baſiliano. Item de Synodo Chalcedonenſi ad diem XVI. Jul. agitur in Menol. Poſſeviniano, & in Slavico noſtro. Typicum Sancti Sabæ, *quinque priores Oecumenicas Synodos* enumerat, aſſignatque officium ſacrum.

At Capponianæ & Papebrochianæ Tabulæ, exhibent elogium *ſex Synodorum Oecumenicarum*, ſic: *Sanctorum Patrum Synodorum ſex Synaxis*: ſeu, ut habet Culcinius: „ Prima universalis Synodus Nicæna. Secunda univerſalis Synodus Constantinopolitana: Tertia univerſalis Synodus Epheſina. „ Quarta univerſalis Synodus Chalcedonenſis. Quinta univerſalis Synodus Conſtantinopolitana. Sexta univerſalis Synodus „ Conſtantinopolitana „. Men. SlavoruſſicumSparwenfeldianum ponit *Concilia ſeptem*. Menæa excuſa, poſt officium de S. Athenogene habent hanc Admonitionem ſeu Rubricam. „ Sciendum eſt, quod poſt horum Sanctorum commemorationem, „ ideſt poſt XVI. hujus menſis, in prima occurrente Dominica „ celebramus officium Sanctorum Patrum Chalcedone 630. Nicææ 318. in Regia urbe 150. Epheſi 200. in Quinta Synodo „ 160. & in Sexta Synodo 170. Quodſi contingat, hanc diem ſcilicet XVI. præſentis menſis, incidere in Dominicam, in ea „ ipſa celebratur præſens officium; ſanctorum autem officium „ celebratur in Apodipnis. Hæc vero Acoluthia, ideſt hoc officium, eſt opus Philothei Sanctiſsimi Patriarchæ Conſtantinopolitani. Sciendum etiam, quod præſens officium, celebratur in quamcumque inciderit Dominicam poſt diem 13. hujus menſis uſque ad diem 19. ejuſdem „. Tabularum Papebrochianarum expoſitionem vide apud Culcinium pag. 88. ubi quærit, cur radiata ſint capita Imperatorum, Conſtantini magni, Theodoſii ſenioris & Junioris, Marciani, & Conſtantini Pogonati, non item Juſtiniani? Cur etiam in alia tabella apud ipſum Culcininm, in qua Concilium Chalcedonenſe repræſentatur, ſolus Imperator ſedens pingitur, & coronam in capite, ſceptrum manu tenens, reliqui Antiſtetes nudatis capitibus? Sed reſponſio in promtu eſt. Nimirum Pictor Moſcus quod ſibi in mentem venit, id penicillo exhibuit, nulla veri habita ratione; nam & quoſdam cum Tiara Romanorum Pontificum propria depinxit, & alios habitu Ruthenico indutos: non ſecus atque Vaticanæ Bibliothecæ pictor ex cerebro ſuo, Legatos S. R. E. in Synodo Nicæna aliiſque præſentes, habitu Cardinalitio hodierno veſtitos,

& Epi-

Digitized by Google

& Epiſcopos Orientales, qui Synodis octo interfuere, Pluvialibus & Mitris Latino more indutos repræſentavit.

XVII.

MARINA.

Vaticani Ruthenici: *Marinæ Martyris*. Slavicus noſter vacat. Kalendarium Moſcoviticum: *Vel. Muc. Marini, Magnæ Martyris Marinæ*. Poſſevinus: *S. Martyris Marinæ magnæ*. Papebrochius: *Marina*. Ephemer. Metricæ:

Ἑβδομάτῃ δεκάτῃ Μαρῖνα δυροτομήθη.

Septima poſt decimam Sanctæ fert flagra Marinæ.

„ Hæc eſt Martyr Antiochena in Piſidia, Latinis dicta *Margarita*, & a pleriſque eorum culta XVIII. Junii, nunc autem „ ex uſu Romano ad XX. ejuſdem ſolita celebrari: de qua ut „ multa habeamus, necdum tamen quod Allatius indicat encomium ejus, auctore Theodoro Metochita magno Logotheta „. Hæc Papebrochius. Menæa ad XVII. Julii: τῆς ἁγίας Μεγαλομάρτ. Μαρίνας, *Sanctæ magnæ Martyris Marinæ*, cum officio, & Synaxario. Idem fere Synaxarium in Menologio Baſiliano, cujus ſumma hæc eſt: Marina in quodam vico Antiochiæ in Piſidia nata, patre Ædeſio (al. Ædeſimo, Sacerdote Idolorum) mortua matre, duodennis cuidam feminæ tradita, fidem Chriſti ab ipſa edocetur. Quum autem annum quintum decimum attigiſſet, ab Olybrio Præſide comprehenſa, pro nomine Chriſti multa tormenta paſſa eſt, vincula, carceres, flagella, equuleum: quam & diabolus [quum in carcere eſſet] in draconis ſpecie, ſimiliter & in Æthiopis, tentavit & ſubvertere voluit, ſed per ſignum ſanctæ crucis effugatus & ſuperatus eſt: noviſſime per prædictum Præfectum decollata, cum ſacro martyrio vitam finivit. In Menæis & in Menologio Græco duo abſurda adduntur: primum, quod in lacum aquæ projecta, *apparens columba, aquam benedixit eamque baptizavit*: quum tamen dictum antea fuiſſet, *ipſam Chriſtianam fuiſſe, & ad Olybrium Præſidem adductam, multiſque cruciatibus affectam, Chriſtum nequaquam abnegaſſe*. „ Alterum quod quum in „ carcerem conjecta eſſet, obortus ſit magnus terræmotus, ita „ ut carcer concuſſus ſit; Draco autem terribiliter ſibilans, dum „ ſerpit & eam circumdat, ignem projicere viſus eſt; ipſa autem „ timens ac tremens, fuſis ad Deum precibus, effecit, ut Draco in nigrum canem ſeſe transformarit, & arrepto ejus crine,

Digitized by Google

„ ferula inventa, caput & humeros illius Marina verberavit, ita „ ut eum (a) ἐταπείνωσεν, manſuetum reddiderit „. Quæ ſunt inter fabulas amandanda. Rabanus & alii poſt eum, de S. Marina agunt ad diem XVIII. Jun. Eadem Sancta a Latinis colitur ſub nomine *Sanctæ Margaritæ* ad XIII. Julii, ab aliis cum Romano Martyrologio ad XX. Julii, hoc elogio: *Antiochiæ paſſio Sanctæ Margaritæ Virginis & Martyris*. Baronius ad XX. Julii: „ Errare noſcuntur hi, qui ipſam Alexandriæ paſſam referunt, „ quum conſtet Antiochiæ Piſidiæ id factum, quod & Græci „ tradunt „. *Et poſt pauca*. „ Non tamen imus inficias, in „ Actis ejus, quæ edidit Metaphraſtes, & recitat Lipom. Tomo 6. & Surius Tom. 4. quæ etiam è Latinis Codicibus accepta deſcripſit Mombritius Tom. 2. quæ denique legimus in „ pluribus MSS. pervetuſtis Codd., ut inter alios, S. Mariæ „ ad Martyres, & S. Cæciliæ trans Tyberim: non [inquam] „ negamus, in eis nonnulla reperiri, quæ indigeant emendatione non levi „. Bollandiani ad 18. Junii pag. 573. ex antiquis Martyrologiis ponunt, *Alexandriæ Sanctam Marinam Virginem cum Theonio*, martyrium paſſam; de qua & Martyrologium Romanum ad eandem diem: *Alexandriæ Sanctæ Marinæ Virginis*. Verum Baronius: „ De ea (inquit) & Ado hac die, „ qui Martyrem eam dicit, cui tamen vetera Manuſcripta contradicunt. Hæc etenim illa eſt, quæ virili habitu monaſticam „ exercuit diſciplinam, Marinuſque nomine dicta eſt: cujus „ res præclare geſtæ narrantur in Vit. Patrum Par. 1. cap. 44. „ Petrus in Catal. lib. 6. cap. 108. ex quibus & alii accepere „. De eadem Marina Virgine [a Sancta Marina ſeu Margarita Martyre diverſa] agunt & Bollandiani ad 17. Julii pag. 278. ejuſque Acta referunt pag. 286. Hujus Marinæ Virginis & Eugenii patris Vita Græce, κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἦν τις ἀνὴρ ἐν τῇ Βιθυνίᾳ, ad VIII. Februarii MS. Lambec. Tom. VI. pag. 305. Tom. VIII. pag. 82. Latine apud Surium 8. Februarii. At Sanctæ Marinæ ſeu Margaritæ Virginis, & Martyris, Græce quidem, τῆς Ἀναστάσεως τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Bibl. Coislin. p. 196. auctore incerto. Latine autem: *Nihil æque lætificat & exhilarat animam*. Lipoman. Tom. 6. Sur. ad 17. Julii. Encomium in eandem Sanctam Marinam, auctore Theodoro Metochita, magno Logotheta: ἐμοὶ δὲ καὶ οὐρανὸς εἶναι δοκεῖ τὸ τῆς Ἐκκλησίας

a Leg. *humiliaverit*.

σίας ϛερέωμα. Aliud auctore Greg. Cyprio Patriarcha Conſtantinopolitano apud Lambec. VIII. pag. 71. καὶ τὴν Ἐκκλησίαν ἄρα, ἧς ὁ Χριςὸς κεφαλή.

XVIII.

HYACINTHUS. ÆMILIANUS.

Vaticani Ruthenici cum noſtro Slavico vacant hac & ſequenti die. Kalendar. Moſcoviticum: *Muc. Takintha*, *Mart. Hyacinthi*. Poſſevinus: *S. Mart. Arculeni*, perperam, pro, *Æmiliani*. Papebrochius: *Æmilianus*, *Pambo Nitrienſis*; de quo idem Papebrochius „ Videtur eſſe Ægyptius ille, in Vitis „ Patrum nominatiſſimus, & Sancto Arſenio familiaris: interim „ (quod mireris) nullis hactenus Græcorum Faſtis inſcriptum „ nomen ejus invenimus, niſi uni Synaxario Chiffletiano „. Epigraphe Papebrochiana: *Emilian. Prepodobny Pambo Nitriski*, *Emilianus*. *S. Pambo Nitrienſis*, qui pingitur cum cucullo cruce ſignato in capite, ſtola ſub planeta pendente, volumen ſcriptum & explicatum læva tenens, dextera benedicens. Ephemerides metricæ:

Ὀγδοάτῃ δεκάτῃ φλογὶ Αἰμιλιανὸς ἐβλήθη

Octava decima datur Æmilianus in ignem.

Doroſtori in Myſia martyr ſub Juliano. Menæa: τοῦ ἁγίου Μάρτ. Αἰμιλιανοῦ, *S. Mart. Æmiliani*, cum officio, & Synaxario in quo dicitur, quum ſervus eſſet cujuſdam Græci, profeſſione vero Chriſtianus, opportunitatem nactus, accepto malleo, fanum Idolorum ingreſſus, ſimulacra omnia contriviſſe, & victimas diſperſiſſe: id quod quum præſes cognoviſſet [in Menæis vocatur *Capitolius Vicarius*; in Martyrologio Romano *Capitolinus præſes*] virgis illum cædi juſſit, & igni tradi. Martyrologium Romanum ad XVIII. Julii: „ Doroſtori in Myſia Sancti „ Æmiliani Mart. qui tempore Juliani Apoſtatæ, ſub Capitolino Præſide in fornacem injectus, martyrii palmam accepit „. Baronius verba Synaxarii Græci quum recitaſſet, addit: „ In eandem ſententiam Sanctus Hieronymus in Chron. „ anno I. Juliani Apoſtatæ hæc ait: Æmilianus ob ararum ſubverſionem, Doroſtori a Vicario incenditur. De eodem „ Theodoretus lib. 3. cap. 6. & Caſſiod. lib. 6. cap. 16. Reſtituit Eccleſiam Æmiliani Martyris Baſilius Imp. ut ſcribit Cedrenus in Compend. in Baſilio „. In fine Synaxarii Chiffletiani: *Feſtivitas vero ejus agitur in ipſius martyrio quod eſt in*

Rhabdo

Digitized by Google

Rhabdo: de qua Eccleſia vide Codinum de Origin. Conſtantinopolitanis edit. Pariſ. 1655. pag. 51. Ejus martyrium ex Cod. Vaticano 866. prodiit apud Bolland. in Act. Sanctor. pag. 373. ad XVIII. Julii. Init. Βασιλεύοντος τοῦ ἀσεβεστάτου Ἰουλιανοῦ, πονηρὸς διωγμὸς, *Imperante impiiſſimo Juliano, fœda perſecutio*.

Hyacinthus a Græcis colitur die XVIII. Julii, uti videre eſt in Typico Sancti Sabæ, in Horologio, in Menæo Chiffletiano, & in Menologio Baſiliano, in quo dicitur filius (*a*) Theocliti & Neonillæ, ſub Heraclio Epiſcopo Amaſtridis, excidiſſe arborem, quam Idololatræ ſuperſtitioſe colebant: comprehenſus proinde, verberatus, funibus extra urbem Amaſtridem tractus, acutis arundinibus punctus, poſtremo in carcerem conjectus, ſpiritum Deo tradidiſſe. Ejus Reliquiæ in ipſa urbe collocatæ, ſcatentes perpetuo medelis. Unde mirum eſt Martyrem adeo illuſtrem a Menæis impreſſis prætermitti. A Latinis colitur die XVII. Julii. Martyrologium Romanum. „ Amaſtride in Paphlagonia Sancti Hyacinthi Martyris, qui ſub Caſtritio Præſide multa paſſus, quievit in carcere „. Synaxarium Slavo-Ruſſicum Sparwenfeldianum: *S. Mart. Hyacinthi Amaſtridenſis, qui poſt multa tormenta & dentium effractiones, moritur in carcere*. Aliud a P. Georgio Davide Latine verſum: *S. Mart. Hyacinthi in Volmaſtria*; legendum, *vo Amaſtria*, ideſt, *in Amaſtride*. Exſtat de hoc Sancto Hyacintho Laudatio, auctore Niceta Paphlagone, Init. Ἔπρεπεν ἄρα, πολλῶν καὶ τιμίων λίθων εἰς κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ. *Sane decebat, quum multi iique pretioſi lapides, in Dei habitaculum in ſpiritu coædificentur*. Apud Bolland. in Act. Sanctor. Tom. IV. Junii ad diem XVII. pag. 222. ex editione Combefiſii in Chriſti Martyrum lecta Triade pag. 1. Pariſ. 1666. & apud Fabric. Tom. IX. Bibl. Græc. pag. 83. ubi neſcio unde hauſerit, hunc Sanctum Hyacinthum Agarenico mucrone ſublatum eſſe; quum non ab Hagarenis, ſed ab Idololatris gladio cæſus in Actis dicatur.

Culcinius addit ad hanc diem XVIII. Julii commemorationem *Sancti Joannis Patientis Monachi Cryptenſis*, ex Vitis Patrum Cryptenſium, & ex Anthologio & Uſtavo Ruthenico pag. 31. „ Illæſam (inquit) virginitatis conſervationem longum eſſe martyrium comprobavit ſuo exemplo hic Joannes, „ qui

a Menæa Ambroſianæ Bibl. pro *Theoclito* habent *Heraclitum*, & pro *Neonilla Theonillam*, Præſidem autem vocant *Canſtricium*.

„ qui ut ſe egregium Sanctiſſimi Theodoſii diſcipulum oſtende-
„ ret, auſteram in Cœnobio Pieczarienſi vitam amplexus, tri-
„ ginta annis in ſua ſpelunca continua cum hoſtibus animæ cer-
„ tamina duxit; jejuniis, vigiliis, ciliciis, laboribus frangens
„ rebellem carnis appetitum. Sed quidnam non tentat effera-
„ tus dæmon? Hic hoſtis ut ſancto viro illuderet, frequenter
„ ei ſpectandas feminas per conturbatam mentis imaginatio-
„ nem exhibuit. At Joannes fidei clypeo munitus, ne fragile
„ corpus daret victas tentatori manus, gravi ferreo torque
„ lumbos præcinxit. Quid plura? adhuc inſultante Dæmone,
„ effoſſa humi fovea, in ea frequenter, & eouſque commora-
„ batur, quouſque tentationem abigeret: quam tamen revo-
„ cans pertinax Dæmon, ignem pedibus ſancti viri ſuppone-
„ bat, acriterque urebat, ut a fovea ipſum expelleret. Sed
„ quum Servus Dei ignitis precibus flammas tartareas ſemper
„ extinxiſſet, & de hoſte adeo importuno paſſim lætabundus
„ triumphaſſet, fremens furore avernalis hoſtis, ultimum
„ tandem impetum fecit; indutuſque formam horrendi draco-
„ nis, irruit in Joannem, ipſumque devorare faucibus ignem
„ vomentibus jam jam videbatur. Sprevit ipſe hæc terricula-
„ menta, nec Dæmon tentare invictum amplius præſumit. Sic
„ Joannes optatæ pacis tempus conſecutus, quum exornaſſet
„ animam ſuam magnis virtutibus, ac meritis, obdormivit in
„ Domino circa medium ſeculi duodecimi, ideſt circa annum
„ 1150. „. Quum autem Theodoſius, ſub quo Joannes eſt factus Monachus, deceſſerit anno Chriſti 1074. (uti ex Synaxario apud Culcinium pag. 28. patet) ſequitur eum in Monaſterio Pieczarienſi vixiſſe annis plus minus 80.

XIX.

DIUS. MACRINA.

Kalendarium Moſcoviticum: *Prep. Dia, i Makrini, Sancti Dii, & Macrinæ*. Poſſevinus: *S. Macrinæ*. Papebroch. *Macrina. Dius.* Menæa: τοῦ ὁσίου πρς ἡμῶν Δίου, καὶ τῆς ὁσίας Μακρίνας ἀδελφῆς τοῦ μεγάλου Βασιλείου, *S. P. N. Dii, & Sanctæ Macrinæ ſororis Baſilii Magni*, cum officio de utroque, & Synaxario de ſola Macrina. At Menologium Baſilianum de utroque: & primo quidem de *S. P. N. Dio*. „ Sanctus P. N. Dius,
„ imperante Theodoſio Magno, Antiochiæ in Syria certabat.
„ Quum autem ad ſummum vitæ aſceticæ culmen perveniſſet,
„ acce-

„ accepta Dei revelatione Conſtantinopolim profectus, in eum „ locum venit, ubi nunc illius monaſterium conditum eſt „. Cetera vide apud Bolland. in Act. Sanctor. Tom. 4. Jun. ad 19. pag. 632. ubi è Græcis Synaxariis Vita *Sancti Dii Abbatis* texitur, diciturque monaſterium *Diitarum* condidiſſe Conſtantinopoli, a Sancto Attico Patriarcha fuiſſe ordinatus Presbyter, & quum ægrotaſſet, viſitantibus ipſum Attico Conſtant. & Alexandro Antiochiæ Patriarchis, dixiſſe, adjectos ſibi a Deo annos 15. quibus expletis, obdormiſſe in Domino: ac proinde deceſſiſſe circa ann. Chr. 430. Ferrarius poſt Molanum, in ſecunda ſua editione, Græcos ſecutus, eadem hac die XIX. ſic eum commemorat in Catalogo Generali Sanctorum, qui in Martyrologio non ſunt: *Apud Antiochiam S. Dii Monachi*. Caſtellanus vero inter adjectos ad Martyrologium ſuum univerſale: „ Sanctus Dius, cognomento Thaumaturgus, patria Antiochenus, „ Inſtitutor monaſterii ſub regula Acœmetorum.

De S. Macrina Ephemerides metricæ.

Τῇ δ' ἐνάτῃ δεκάτῃ Μακρίναν νόες ἔνθεν ἄειραν
Ad nonam decimam Macrina hinc fertur ad aſtra.

Soror hæc fuit Sanctorum Baſilii Magni, & Gregorii Nyſſeni, quorum hic ejus præclaras laudes fuſe deſcribit, hoc initio, Græce: τὸ μὲν εἶδος τοῦ βιβλίου. Latine: *Hoc quidem Voluminis genus ex inſcriptione Epiſtolæ videtur eſſe.* Græce & Latine inter opera Nyſſeni in Append. Latine apud Surium 19. Julii, & apud Bolland. in Act. Sanctor. Tom. 4. pag. 592. Martyrologium Rom. *In Cappadocia S. Macrinæ Virg. Sororis SS. Baſilii Magni & Gregorii Nyſſeni.*

XX.

PROPHETA ELIAS.

Vaticani Ruthenici cum Slavico noſtro: *S. Eliæ Prophetæ.* Kalendarium Moſcoviticum: *Proroka Iliy, Prophetæ Eliæ.* Ita & Poſſevinus, & Papebr. Ephem. metr.

Εἰκάδι Ἠλίας βήσατ' ὄλυμπον δὲ τέθριππος.
Quadrijugo Elias vicena hinc tollitur axe.

Menæa: τοῦ ἁγίου ἐνδόξου Προφήτου Ἠλίου τοῦ Θεσβίτου, *Sancti glorioſi Prophetæ Eliæ Thesbitæ*, cum officio ſolemni, & Synaxario, quod *Raptus igneus Sancti & Glorioſi Prophetæ Eliæ in cælum* inſcribitur. Menologium Baſilianum de eodem ad hanc diem. Item Martyrologium Romanum, *In Monte Carmelo*

S. Eliæ

Digitized by Google

S. Eliæ Prophetæ. Encomia in hunc Sanctum Prophetam plura exſtant. Primum, Leonis Imperat. καὶ νῦν ἄρα τῶν πρὸς ἡμᾶς ὑποθέσεων. Secundum, Joannis Chryſoſtomi: Πρότερον μὲν τῶν Ἰουδαίων. Tom. v. Savil. pag. 672. Tertium Marci Hieromonachi, εἴδετε μὲν, Cod. 145. Barocc. Quartum, in Eliam, & Viduam, Sancti Joannis Chryſoſtomi, ἐν ταῖς ἡμέραις ἐν αἷς, Tom. v. Savil. pag. 646. Quintum in Eliam & Jezabelem, Jo. Chryſoſtomi, οἱ τῆς ὁμοουσίου τριάδος κήρυκες, MS. pag. 196. Bibl. Coislin. Templum Sancti Eliæ Prophetæ in Petrio a Zenone Imper. ædificatum, & a Baſilio Macedone inſtauratum, apud Cangium lib. 4. in Conſtantinopoli Chriſtiana cap. 4. numer. 1. Alia duo ejuſdem Oratoria, in Pegis, & in Hieriæ palatiis, ab eodem Baſilio exſtructa, de quibus Porphyrogenitus in Avi Vita num. 90.

XXI.

Simeon. Joannes. Ezechiel.

Ruthenici Vaticani, & Slavicus noſter vacant. Kalendarium Moſcoviticum: *Pr. Symeona Jurod.*, *Sancti Simeonis Sali*. Marmor Neapolit. XXI. *S. Simeon Salu*. Poſſevin. *S. Patris Joannis*. Papebroch. *Ezechiel*, *Joannes Simeon*. Ephemerides metricæ.

Εἰκάδι καὶ πρώτῃ Συμεὼν ἔθανεν πυκινόφρων

Vicena Simeon prudens primaque quievit.

Cognomento *Salus*, ideſt, ſtultus dictus, a Syriaca voce *Salos*, quæ idem denotat, quod *ſimplex*, *ſtultus*, *futuus*. Menologium Ruſſicum Sparwenfeldianum: „ S.P.N. Joannis Eremitæ, Si„ meonis propter Chriſtum ſtulti, & S. Proph. Ezechielis, quo„ rum duo priores fuere anno 522. ſub Juſtino „. Menæa: τῶν ἁγίων Ἰωάννου καὶ Συμεὼν τοῦ διὰ Χριστὸν Σαλοῦ, *Sanctorum Joannis*, *& Simeonis pro Chriſto Sali*, cum officio, & Synaxario. Menologium Baſilianum: *Commemoratio SS. Patrum Simeonis propter Chriſtum Sali*, *& Joannis*; qui Emeſſa urbe oriundi, Juſtino imperante claruerunt. Quum autem ad S. Civitatem abiiſſent, & vivificum Lignum adoraſsent, ad monaſterium Sancti Geraſimi digreſſi, monachi facti ſunt, & è monaſterio egreſſi, eremum petierunt; & Joannes quidem in eremo manſit; Simeon vero in Sanctam Civitatem regreſsus, ſtultitiam ſimulans, multa in hac ſimulatione miracula patravit. Quum autem extremum diem obiiſset, & a duobus pauperibus

 homi-

Digitized by Google

hominibus ad ſepulcrum efferretur, Hebræus quidam audivit plurimam Pſalmodiam Angelicam, & ex ædibus ſuis proſpiciens, vidit duos ſolos, qui Reliquias ejus portabant, & intellexit, quod Angeli pſallerent, atque ait: Beatus es Simeon, quia quum non habeas canentes homines, habes Angelos Hymnos canentes. Sanctus autem Joannes finem quoque vivendi in pace fecit. Subjungitur in eodem Menologio, *Commemoratio Ezechielis Prophetæ*, de quo Martyrologium Romanum ad 10. Aprilis; „ Ezechielis Prophetæ, qui a Judice populi Iſraël, „ quod eum de cultu Idolorum argueret, apud Babyloniam „ interfectus, in ſepulcro Sem et Arphaxad Abrahæ progenito„ rum ſepultus eſt; ad quod orationis cauſa multi confluere „ conſueverunt „. Baronius, *Agunt de eo Græci* XII. *Kalend. Auguſti in Menologio*. „ Nimirum in Menologio Baſiliano & Sirletano; nam in Menæis excuſis ad diem 23. Jul. fit ſola ejus commemoratio ſine Synaxario, ſic: τοῦ ἁγίου Προφήτου Ἰεζεκιὴλ, *Sancti Prophetæ Ezechielis*. Porro de frequenti cœtu populi concurrentis ad ſepulcrum ejus, hæc S. Epiphan. de Prophet. Vit. & interitu cap. 9. „ Multi ad monumentum ejus confluunt ad „ precationem & obſequium; ſane quando tanta eo frequentia „ una ad monumentum ejus conveniunt, formidant Chaldæi ac „ metuunt, ne illum auferant; quapropter egredientes comi„ tantur, & deducunt „. De Simeone Salo Martyrologium Romanum ad 1. Julii; „ Apud Emeſſam Sancti Simeonis Con„ feſſoris, cognomento Sali, qui ſtultus propter Chriſtum fa„ ctus eſt: ſed altam ejus ſapientiam Deus magnis miraculis „ declaravit „. De Joanne vero ad 21. Julii: *In Syria Sancti Joannis Monachi, Collegæ Sancti Simeonis*. Utriuſque Vita deſcripta eſt a Leontio Cypri Epiſcopo, uti teſtatur Nicæna Secunda Synodus; ubi Act. 4. de eodem auctore hæc leguntur: „ Pater, qui lectus eſt, in una ex civitatibus Cypri decenter & „ ſancte converſatus eſt, multaque encomia & panegyricas illius „ orationes etiam habemus, inter quas extat oratio de Trans„ figuratione Domini. Scripſit & Joannis Miſericordis appellati „ Epiſcopi Alexandrini Vitam. Præterea B. Simeonis &c. „. De eodem S. Simeone agit Evagrius l. 4. hiſt. cap. 33. Joannes Pinius in Act. Sanctor. Tom. 1. Julii a pag. 129. de S. Simeone Salo diſſerens, pag. 134. Latina profert Synaxaria tam Menol. Baſilii, quam Menæorum excuſorum, in quibus dicitur de

SS. Si-

Digitized by Google

SS. Simeone & Joanne: „ Hi Edeſſa urbe oriundi tempore „ Juſtini junioris claruerunt „ manifeſtus hic typorum error eſt: non enim patriam *Edeſſam*, ſed *Emeſſam* ſortiti ſunt. Neque anno 522. ſub Juſtino ſeniore fuere, uti in Synaxario Ruſſico dicitur, ſed ſub juniore, vitamque uſque ad annum circiter 580. produxere. Vita utriuſque a Leontio Neapoleos in Cypro Epiſcopo conſcripta, Græce incipit: *οἱ τὸ διδασκαλικὸν πρὸς ἀλλήλυ σπεύδοντες*. Latine: „Qui docendi auctoritate apud alios valere ſtudent„. Tom. 1. Julii in Act. Sanctorum a pag. 136. ad 168. Græce apud Lambec. VIII. pag. 99. Latine Tom. 6. Lipom. ad 1. Julii.

XXII.

MARIA.

Vaticani Ruthenici: *Mariæ Magdalenæ*. Slavicus ſilet. Kal. Moſcovit. *Σβ. Μαριη Μαγδαλ.* *S. Mariæ Magdalenæ*. Ita & Poſſev. Papebr. *Maria*. Ephem. metricæ.

Δευτερίῃ Μαρίην μύσεν εἰκάδι Μαγδαλήνην.

Menæa: *τῆς ἁγίας μυροφόρυ κ᾽ Ἰσαποςόλυ Μαρίας τῆς Μαγδαληνῆς*, *Sanctæ unguentiferæ & æqualis Apoſtolis Mariæ Magdalenæ*, cum officio & Synaxario, in quo [uti & in Menol. Baſil.] ſic legitur: „ Maria Magdalena fuit ex Magdalis Syriæ montibus: quum autem a ſeptem dæmoniis vexaretur, a Chriſto „ curata eſt. Ob hoc beneficium illum ſecuta, & diſcipula ipſius „ facta, eidem miniſtrabat uſque ad ejus paſſionem. Quumque „ unguentum unacum altera Maria deferret, prima reſurrectionem vidit, quum veſpere ſabbatorum vidit Angelum, „ mane autem duos Angelos in albis ſedentes, & rurſum ipſum „ Dominum, quem hortulanum exiſtimabat, audivit ſibi dicentem: noli me tangere. Poſt divinam igitur Chriſti aſcenſionem, ad divinum Joannem Apoſtolum & Evangeliſtam Epheſum profecta, ibi ſancte obdormivit, & depoſita fuit ad ingreſſum ſpeluncæ, in qua ſancti ac beati ſeptem Pueri obdormierunt. Poſtremo autem ſub Leone Sapiente Imp. ſanctæ „ ipſius reliquiæ delatæ, in monaſterio S. Lazari, quod ille extruxerat, depoſitæ fuerunt „. Additur in Menæis: „ In quo „ monaſterio quotannis ejus feſtivitas celebratur, necnon in „ Curatoris juxta Taurum „. Cedrenus in Leone Imp. Baſilii f. „ Condidit templum S. Lazaro ſacrum, inque eo Lazari & „ Magdalenæ reliquias Epheſo allatas depoſuit. *Zonaras quoque*:

Digitized by Google

„ S.Lazari corpus e Cypro inſula translatum Conſtantinopolim,
„ necnon & S. Mariæ Magdalenæ [*ex Epheſo delatum*] ſimul
„ condita eſſe a Leone Imp. teſtatur „. Græci in Menæis hanc Magdalenam ſororem Lazari iterum commemorant ad diem 18. Martii his verbis: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ μνήμη Μαρίας τῆς ἀδελφῆς τοῦ ἁγίου Λαζάρου, ὅτε τοὺς πόδας τοῦ Κυρίου νάρδῳ ἀλείψασα, ταῖς θριξὶν ἐξέμαξε: *Eadem die, commemoratio Mariæ ſororis S. Lazari, tunc, quum pedes Domini nardo unxiſſet, capillis ſuis eos abſterſit*. Videntur autem illam diſtinguere a Maria & Martha, de quibus agunt die 8. Febr. his verbis: *Sanctæ Maria & Martha ſorores & S. Lycarion martyr*, ubi tum in Menæis, tum in Menol. Baſiliano legitur hoc Synaxarium „ Sancta Chriſti mar-
„ tyr Martha, ejuſque ſoror Maria, virgines erant piæ Deum-
„ que timentes. Quum autem provinciæ præfectus, ſecus do-
„ mum, ubi manebant, pertranſiret, e feneſtra proſpicientes,
„ Chriſtianas ſeſe profeſſæ ſunt. At præfectus virentem earum
„ ætatem intuitus: ſalvas, inquit, omnino vos eſſe vellem;
„ ſed niſi diis ſacrificaveritis, male peribitis. Cui Sanctæ: mors
„ non eſt, inquiunt, ſed vita, pro Chriſto mori. Eadem di-
„ xit & Lycarion (a), παιδὸς συντρόφου αὐτῶν, puer, qui una
„ cum ipſis educatus fuerat; adjecitque, Græcorum Deos ſimu-
„ lacra inania eſſe, eorumque cultores miſeros & infelices. Ira-
„ tus igitur præfectus, præcepit militibus, ut eos interficerent.
„ Qui Sanctas quidem in crucem actas gladiis confecere; [*de-
„ ſunt hæc in Menæis*:] monachum autem Lycarionem decolla-
„ runt. Atque hunc in modum vita functi, animas ſuas Domi-
„ no reddiderunt „. Aut aliæ hæ fuerunt a Maria & Martha Lazari ſororibus; aut Martyrium earum prorſus fabuloſum. Scio, a Græcis diſtingui Mariam Peccatricem, a Maria Lazari & Marthæ ſorore: imo, tertiam Mariam Magdalenam a nonnullis Patribus affirmari, ab illis duabus diverſam. Sed unam fuiſſe Mariam Magdalenam Marthæ & Lazari ſororem, communis eſt Occidentalium Eccleſiarum conſenſus. De Reliquiis Magdalenæ, ſint ne Conſtantinopoli depoſitæ, uti Menæa narrant; an vero apud Maſſiliam in Provincia ſerventur, quemadmodum habet Provincialium traditio, non eſt meum definire.

PHO-

a In Baſil. minus recte: „ adoleſcens Monachus qui cum virginibus virtute „ certabat,

XXIII.

PHOCAS. TROPHIMUS. THEOPHILUS ET SOCII.

Ruthenici Vaticani cum Slavico vacant. Kalend. Moſcov. *Muc. Trophima*, *Mart. Trophimi*. Poſſev. *S. Mart. Trophimi*. Papebr. *Trophimus*. Ephemerides metricæ.

Εἰκάδι καὶ τριτάτῃ θάνε Φωκᾶς πυρολοέτρῳ.

Flammis occidit vigeſima tertia Phocam.

Sinopes in Ponto Epiſcopus, ſub Trajano paſſus: colitur a Latinis XIV. Julii, hoc elogio: *Sinope in Ponto S. Phocæ mart. ejuſdem civitatis Epiſcopi, qui ſub Trajano Imp. carcerem, vincula, ferrum, ignemque pro Chriſto ſuperans, evolavit in cælum &c.* Menæa: τοῦ ἁγίου Ἱερομάρτ. Φωκᾶ, *S. hieromartyris Phocæ*: cum officio & Synax. in quo (ut & in Menol. Baſil.) dicitur comprehenſus, & ad Africanum præfectum adductus, variiſque ſuppliciis affectus, quum præfectus unacum militibus, terræmotu facto, repente exanimatus jacuiſſet, precibus a Sancto fuſis, illum cum militibus ad vitam revocaſſe. Rurſus autem comprehenſus, & ad Trajanum miſſus, inque ardentem fornacem injectus, incolumis evaſiſſe: poſtremo in Balneum inflammatum immiſſus, ibi ſpiritum Deo tradidiſſe. De eodem Phoca in Menologio Baſiliano bis agitur, primo ſcilicet ad 22. *Septembris*, in quo certamen Sacroſ. Mart. Phocæ Epiſcopi Sinopes narratur, diciturque ſub Trajano graviſſime tortus, demum abſciſſo capite, in ignem conjectus. Deinde ad VI. *Julii* refertur quoddam ejus miraculum, quando Siſinius, Stibarius dictus, a Saracenis gemina catena vinctus, quum Sanctum Phocam invocaſſet, apertum carcerem ſeque ſolutum videns, fuga arrepta, domum ſe contulit. At in Menæis ad 22. *Septembris* agitur primo de Sancto Phoca Sinopes Epiſcopo, deinde de Sancto Phoca Hortulano: ad 23. Julii de Sancto Phoca Hieromart. hoc eſt Epiſcopo Sinopes: & ad 2. *Auguſti* commemoratio Sancti Phocæ Martyris. Hinc Baronius in not. ad 14. Julii: „ Verum ne oſcitanter aliquibus errandi cauſam ſinamus; ſciendum revera duos fuiſſe Phocas, amboſque Martyres illuſtres; alterum, de quo hac die; alterum vero, de quo Nonis Martii agitur. Idque non ſolum Latinis, ſed etiam Græcis notum fuiſſe videtur; quamvis illi de ambobus agant X. Kalend. Octobris, amboſque Sinope oriundos affirment: diverſitas tamen, tum munerum, tum loci, ubi paſſi leguntur, diverſumque mortis

„ ge-

Digitized by Google

„ genus, duos eſſe fateri compellit. Si quidem noſter hic fuit „ Epiſcopus .... at vero ille, de quo Nonis Martii, hortorum „ cultor & hoſpes fuiſſe perhibetur. Cetera.

De Trophimo & Sociis, hæc Menol. Baſilianum ad XXIII. Jul. „ Trophimus ac Theophilus Chriſti martyres cum ſanctis „ Sociis, vixerunt, imperante, Dei permiſſu, impiiſſimo ty- „ ranno Diocletiano. Chriſtum autem confitentes, ad ſe acce- „ dentes, in nomine ejus docebant atque baptizabant. Cogni- „ ti igitur & comprehenſi, vincti ad illum adducti ſunt. Quum- „ que Chriſtum abnegare & idolis ſacrificare adigerentur, nec „ obtemperare vellent, graviter verberati, ligniſque ſuſpenſi, „ depexi ſunt, ſaxiſque obruti: mox e lignis depoſiti, atque in „ ingentem caminum injecti, ſed Dei gratia ab eo liberati & „ illæſi exeuntes, ita ut ne capillum quidem eorum tetigiſſet „ ignis, obſtupefecerunt tyrannum. Poſtremo inclinatis cervi- „ cibus, ſacra eorum capita abſciſſa ſunt „. In Menæis excuſis ſola eor. commemor. peragitur ad XXI. Jul. ſic: ϰ̀ ἄθλησις τῶ ἁγίω Θεοφίλυ, Ἰέςυ, Τροφίμυ, ϗ Ματθαίυ: *& certamen Sancti Theophili, Juſti, Trophimi, & Matthæi*. In Martyr. Rom. ad XXIII. hujus: „ Eodem die natalis SS. martyrum Trophimi & „ Theophili, qui ſub Dioclet. Imp. lapidibus cæſi, & igne in- „ cenſi, demum gladio percuſſi, martyrio coronantur „. Menol. Slavo Ruſſicum: *SS. martyrum Trophimi & Theophili & Sociorum, paſs. anno* 282. *ſub Diocletiano*. At Baronius ad annum 305. num. 17. *Item in Lycia certamen obierunt egregii martyres Trophimus, & Theophilus, qui lapidibus cæſi &c.*

XXIV.

MARTYR CHRISTINA.

Vaticanus Ruthenicus primus: *Chriſtinæ mart.* Secundus & Slavicus vacant. Kal. Moſcov. *Muc. Chriſtini*, *Mart. Chriſtinæ*. Poſſevin. *S. Boriſii & Klebæ*. Papebroch. *Chriſtina*. *Boriſus*, *Glebus*, ſeu, ut Culcinius pronunciat, *Hlibus*, Principes martyres. Ephemer. metricæ.

Πέλτοις Χριςίνα βλῆθ' εἰκάδι ἠδὲ τετάρτῃ.

Chriſtinam oppreſſit ſcutis vigeſima quarta.

Menæa: τῆς ἁγίας Μεγαλομάρτ. Χριςίνης. *S. magnæ mart. Chriſtinæ*, cum officio & Synax. Menol. Baſilianum: XXIV. „ Certamen S. mart. Chriſtinæ. Chriſti martyr Chriſtina erat ex „ urbe Tyro. Patrem autem militiæ præfectum nacta, in excel- „ ſam

„ ſam turrim ab illo deportata fuit, ne a quopiam videretur; „ quum in eandem turrim proprios Deos advexiſſet, eique præ- „ cepiſſet ut illis ſacrificaret, eoſque adoraret. At illa infirmita- „ tem eorum intelligens, nequaquam iis animum advertit, ſed „ cæli pulcritudinẽ ex feneſtra proſpiciens, factoremque ex ope- „ ribus cognoſcens, idola contrivit dejecitque. Deprehenſa igi- „ tur & ex turri depoſita, cruciatibus omnibus a proprio patre „ ſubjecta fuit. Deinde in cuſtodiam detruſa, cibum ab Angelo „ ſumpſit. In mare autem projecta, aquam pro baptiſmate ha- „ buit. Poſtea ex mari egreſſa, iterumque in carcerem conjecta, „ poſt patris ſui interitum, ad Dionem præſidem in quæſtionem „ adducta, diriſſimis verberibus cæſa eſt. Poſtremo quum ob „ patrata miracula complures ad fidem Chriſti amplectendam „ adduxiſſet, mamillis abſciſſis, haſtiſque cordi infixis, vitam „ finivit „. Quæ ab hoc Menol. differunt, ea notavit Falco- nius in not. ad hanc diem pag. 117. & Jo. Pinius in Act. Sanct. Tom. v. Jul. pag. 496. quod nempe patrem S. Chriſtinæ Syna- xarium Menæor. vocet *Urbanum*: quod projecta in mare, *a Do- mino divinum baptiſmum acceperit*; quod *tria millia virorum converterit ad fidem*: quod tres ibidem inveniantur præfecti vel judices: nempe *Urbanus* Sanctæ pater: poſt hunc e vita ſublatum *Dion*; & poſt Dionem quidam *Julianus*, ſub quibus martyr paſ- ſa ſit: & ſub hoc quidem ultimo *caminum ignis & venenoſos ſer- pentes*: additurque *ex abſciſſis mamillis lac pro ſanguine fluxiſſe*. Menol. Caniſianum ita habet: „ S. martyris Chriſtinæ quæ fuit „ ex urbe Tyro, Urbani cujuſdam Ducis exercitus filia, quæ „ propter Chriſtianæ fidei confeſſionem, quum patris idola con- „ fregiſſet, & pauperibus diſtribuiſſet aurum & argentum, ex „ quibus idola ipſa confecta erant, variis ſuppliciis a patre „ ſubjicitur: poſtremo a Juliano quodam præſide venenatis „ ſerpentibus tradita eſt, abſciſſis mammis & lingua. Quæ om- „ nia forti & conſtanti animo perpeſſa, Deo ſpiritum commen- „ davit „. Jo. Pinius loc. cit. duas diſtinguit *Chriſtinas*, alte- ram Tyri in Phœnice paſſam, de qua Menæa Græca, alteram in Italia juxta lacum *Vulſinum*, quam Latini Martyrologi cum *Phœnicia* confundentes, ex duabus unam conflarunt, Acta Ty- riæ Phœniciæ ad Italam referentes. Deinde iis reſpondet, qui unicam Chriſtinam adſtruunt, Tyri apud lacum Vulſinum, ut ajunt, martyrio defunctam. In Menæis excuſis tres Chriſtinæ

colun-

Digitized by Google

coluntur: prima 13. Martii martyr ex Perſide, flagellis cæſa & conſummata, cum diſticho & ſine Synaxario. Secunda 18. Maji, unacum Sanctis Petro, Dionyſio, Andrea, Paulo, Benedimo, Paulino & Heraclio, capite obtruncata Athenis. Tertia 24. Julii, Chriſtina Tyri paſſa, ut ſupra. Menologium Baſilii agit 15. Maji de Chriſtina Athenis cum Petro, Paulo, Andrea & Dionyſio martyrio functa. 30. Maji de Euſebio, Romano, Mentio (ſeu Meletio) Charalampo & Chriſtina, & multis ſanctis Nicomediæ paſſis. 24. Jul. de Chriſtina Tyri paſſa. Martyrol. Romanum, 13. Martii, *in Perſide S. Chriſtinæ Virg. & Mart.* 24. Jul. „ Tyri in Tuſcia apud lacum Vulſinum S. Chriſtinæ V. & mart. quæ in Chriſtum credens, quum „ patris idola aurea & argentea comminuiſſet, ac pauperibus „ erogaſſet, ejus juſſu verberibus dilaniata, aliiſque ſuppliciis „ duriſſime cruciata, & cum magno ſaxi pondere in lacum pro- „ jecta, ſed ab Angelo liberata: deinde ſub alio Judice: patris „ ſui ſucceſſore acerbiora tormenta conſtanter perferens, no- „ viſſime a Juliano præſide poſt fornacem ardentem, ubi quin- „ que diebus illæſa permanſit, poſt ſerpentes Chriſti virtute ſu- „ peratos, abſciſſione linguæ & ſagittarum infixione martyrii „ ſui curſum complevit „. Quæ ſunt certiſſime ex Græcis Menæis deſumta: non enim Græci a Latinis hæc mutuati ſunt: ac proinde aut una fuit Chriſtina Tyria in Phœnice, cujus cultus ad Italiam propagatus effecit, ut altera extitiſſe Itala diceretur; aut ſi Itala fuerit a Phœnicia diverſa, ejus tamen Acta ex Actis Phœniciæ ſunt exſcripta. Quidquid dicant qui Tyrum in Etruria extitiſſe contendunt: id quod etiamſi concedatur, nihil ad rem noſtram facit: nam Græci de Tyro ad mare Syriacum adjacente loquuntur; non Tyrum intelligunt juxta lacum Vulſinum poſitam. Marmor Neapolitanum ad XIII. Martii. *P. S. Criſtinæ* & ad XXXI. Maji. *P. S. Criſtine Mart.* quarum primam cl. Mazochius ait fuiſſe *ex Perſide* martyrem: alteram, de qua Menol. Baſilii ad 30. Maji, ut ſupra, paſſa ſcil. Nicomediæ. Mirum eſt, ſi tertia eademque celeberrima Italica Chriſtina fuit, eam ab illo Marmore abfuiſſe: niſi ea ſit, quæ in eod. Marmore ad VI. Sept. ponitur his verbis: VI. *P. Sc̄e Criſtine*. Qua tamen in re neque cum Latinis, neque cum Græcis concordat, a quibus ejus Chriſtinæ paſſio ad XXIV. Julii affigitur.

Synaxarium Ruthenicum ad hanc eandem diem XXIV. Julii

Digitized by Google

lii ponit SS. Principes Uladimiri filios *Boriſum & Glibum*, cum Synaxario, quod legere eſt apud Culcinium pag. 31. qui etiam in Appendice a pag. 14. „ e Ruthenico Latine verſum exhibet „ officium de SS. Martyribus ac fratribus ſecundum carnem *Bo-* „ *riſo* & *Hlibo*, dictis in Baptiſmo Romano & Davide: In Ve- „ ſperis, in Matutino, & in Liturgia „. Synodus Zamoſciana tit. de Jejun. & Feſt. pag. 121. Feſtum horum Sanctorum *Romani* & *Davidis*, ſeu *Boriſi* & *Hlibi*, tum die præſenti, qua obitus, tum die 2. Maji, qua Translatio eorumdem colitur, inter Feſta de Præcepto connumeravit, & ita in Lithuania celebrari juſſit. Vide, quæ de iis fuſe diſſerui Tom. 4. a pag. 65. ubi integrum eorum Synaxarium recitavi.

XXV.

Anna. Olympias. Eupraxia.

Ruthenici Vat. *Annæ Matris Deiparæ*. Slavicus noſter. *Dormitio S. Annæ Matris Deiparæ. Et S. Eupraxiæ. Et Sanctæ Olympiadis*. Kal. Moſcovit.. *Uſpenie Sv. Anni: Dormitio Sanctæ Annæ*. Poſſev. *S. Annæ*: Marmor Neapolit. *Nt. S. Eupraxie, & Anne*. Papebroch. *Anna, Olympias, Eupraxia*. Ephemerides Metricæ.

Κυουσῶν μητέρων σωτηρία εἰκάδι πέμπτῃ.

Matribus eſt gravidis vigeſima quinta ſaluti.

Propter feſtivitatem ſcilicet S. Annæ (inquit idem Papebr.) Chriſti Aviæ, quæ Conſtantinopoli in Deutero celebratur, Latinis eandem antiquitus die ſequenti colentibus. Menæa: ἡ κοίμησις τῆς ἁγίας Ἄννης τῆς μητρὸς τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου: *Dormitio S. Annæ Matris Sanctiſſimæ Deiparæ*: cum officio & Synaxar. Menologium Baſilianum: „ Commemoratio S. Annæ Ma- „ tris Deiparæ. Anna Venerabilis Mater glorioſæ Dominæ no- „ ſtræ Deiparæ ſemperque Virg. Mariæ, erat ex tribu Levi „ de Bethlehem Judææ, filia Matthan Sacerdotis. Hic vero Mat- „ than Sacerdotio fungebatur regnante (*a*) Cleopatra, an- „ tequam Herodes Antipatri filius regnaret. Habuit autem tres „ filias, Mariam, Soben, & Annam. Nupſit autem prima fi- „ lia in Bethlehem, genuitque Salomen, (*b*) quæ & Maria. „ Altera quoque nupſit in Bethlehem, & genuit Eliſabeth ma- „ trem Præcurſoris. Anna vero nupſit in terra Galilææ, & ge-

a Additur in Menæor. Synax. & *Sapore Perſarum Rege*.
b Ibid. *Salomen*, quæ & *μαῖα*, *obſtetrix*. Fabulæ.

Digitized by Google

„ nuit Mariam Deiparam : ita ut Salome, Eliſabeth, ac Dei-
„ para ſint trium ſororum filiæ. Itaque Anna quum genuiſſet,
„ ut præfati ſumus, magnam utilitatem mundique ſalutem, im-
„ maculatam omniſque labis expertem Deiparam, eamque edu-
„ caſſet, atque in templum Domini adduxiſſet, Deoque obtu-
„ liſſet, ad ipſum gaudens migravit „. Hæc totidem verbis (præter notata ad oram) leguntur in Synax. Menæor. & additur, *Celebratur autem ejus feſtivitas in Deutero*: ubi Templum S. Annæ a Juſtiniano conditum, teſte (a) Procop. de ædif. lib. 1. cap. 3. inſtauratum a Juſtiniano Rhinotmeto, quemadmodum notat Bandurius Tom. 2. Imper. Orient. pag. 657. Iterum Græci *SS. Annam & Joachimum* ejus virum, parentes Deiparæ, colunt ad diem IX. Sept. poſt nativitatem ipſius Deiparæ, ubi in Synaxario ſic legitur: „ In Judæorum populo erat vir quidam
„ nomine Joachim, juſtus & dives: qui feſtis diebus facultates
„ ſuas in duas partes dividens alteram pauperibus erogabat, al-
„ teram vero Deó offerebat. Erat autem ſine liberis. Quodam
„ igitur feſto quum munera Deo offerret, quod nullum filium
„ haberet, exceptus eſt probro a Judæo quodam, negante fas
„ ei, qui liberis careret, unacum cæteris dona Deo offerre. At-
„ tulit ea res tantam Joachimo moleſtiam, ut in domum ſuam
„ redire noluerit, ſed in deſertum locum ſecedens, 40. diebus
„ jejunaverit, Deum precans, ut fructum ventris ſibi conce-
„ deret. Nec minus Anna domi orabat. Quum igitur illos exau-
„ diſſet Deus, miſit Angelum, qui promiſit eis nativitatem San-
„ ctæ Dominæ noſtræ Deiparæ ſemperque Virg. Mariæ. Quod
„ & contigit pro ſalute totius generis humani „. Vide doctiſſimum commentarium Gul. Cuperi Tom. VI. Act. Sanct. ad XXVI. Julii a pag. 233. ubi de S. Anna, ejus parentibus, patria, & Actis fuſe diſſerit, expenditque apocryphas quæ olim prodiere de Chriſti genealogia narrationes. Porro in SS. Joachim, & Annam exſtat encomium auctore Coſma Veſtitore, init. ἡ χθὲς Θεοτόκȣ γενεθλιακὴ πανήγυρις. Baron. in not. ad 26. Jul.
„ De eadem Dei genitricis matre meminit S. Epiphan. in Panar.
„ hæreſ. 78. & 79. itemque in commentariolo de laudibus Dei-
„ paræ. Antiochus monachus, qui doctrina & ſanctitate,
„ claruit temporibus Heraclii Imper. de eadem agit homil. 10.
„ Joan-

a In eo urbis loco, quem Deuterum appellant, templum nobiliſſimum ac plane mirabile dedicavit S. Annæ, quam aliqui Deiparæ matrem, Chriſtique Aviam fuiſſe credunt.

Digitized by Google

„ Joannes Damaſcenus de fide orthodoxa lib. 4. cap. 15. in „ orat. 1. de Dormit. B. Mariæ & orat. 1. & 2. in nativit. ejuſ- „ dem . Andreas Cretenſis plura in Natali Deiparæ, & in ſacris „ Hymnis: multa præterea de ea apud Cyrum Prodromum. In Conceptionem Annæ, quando ſcilicet in utero concepit Sanctam Virginem Deiparam Mariam, Oratio Joannis Monachi & Presbyteri EubϾæ, clari circa ann. Chr. 744. *ὁ μέγας* Απόςολος Παῦλος, in qua oratione ait, Conceptionem Virginis Mariæ, licet apud aliquos non adeo innotuerat, a pleriſque tamen ſuo ævo, ideſt, anno Chr. 744. fuiſſe celebratam. Vide Leonem Allatium in Prolegom. ad Tom. 1. S. Jo. Damaſceni a Quieno editum, num. LXVIII. & ſeq.

Eupraxia, ſeu Euphraſia Virgo in Thebaide, hodie colitur a Ruſſis, & olim a Græcis in Menæis excuſis commemoratur ad XI. Jan. his verbis: *ἡ μνήμη τῆς ἁγίας* Εὐπραξίας, *& memoria S. Eupraxiæ*, ſine officio & ſine Synaxario. In Martyr. Rom. ad 13. Martii hoc elogio: „ *In Thebaide depoſitio S. Euphraſiæ Virginis*. Menolog. Baſilianum ad XXV. Jul. „ Commemoratio „ S. Eupraxiæ. S. Eupraxia, imperante Theodoſio, claruit, „ cujus & affinis fuit, filia autem Antigoni Senatoris: quo de- „ functo, ipſa a matre Eupraxia ad Imp. adducta tamquam affi- „ nem & procuratorem ſuum, ſub ejus tutela vixit. Senatori „ autem cuidam deſponſa, quum hic antequam ei copularetur, „ obiiſſet, facultates ſuas pauperibus diſtribuens, unacum matre „ in urbem Ægypti Thebas conceſſit: & monaſterium ingreſſa, in „ quo centum ſanctimoniales degebant, vitam Angelis æqualem „ duxit. Mater vero quum ſuas poſſeſſiones, quæ in Oriente „ erant, circumiens vendidiſſet, eaſque partim pauperibus dediſ- „ ſet, partim Eccleſiæ obtuliſſet, ad monaſterium regreſſa, paulo „ poſt obdormivit. Poſthæc Eupraxia quum ad culmen virtutis „ deveniſſet, & miracula patraſſet, requievit in Domino.

Olympias Vidua & Virgo, S. Jo: Chryſoſtomo devota, in Capponianis & Papebrochianis faſtis S. Eupraxiæ conjuncta, colitur in Martyr. Rom. XVII. *Decemb.* hoc elogio: *Conſtantinopoli S. Olympiadis Viduæ*. Menolog. Baſilianum ad XXV. Julii: „ Sancta Olympias, imperantibus Arcadio & Honorio filiis Theo- „ doſii magni, filia fuit Acundi (*a*) Comitis, neptis autem

 „ Abla-

a Al. Aniſi Secundi Comitis, neptis Ablavii præfecti, deſponſata Nebtidio, cum quo paululum temporis vixit, antequam cum eo copula jungeretur: ſicque virgo ſimul & vidua remanſit. Apud Baron. not. ad 17. Dec.

Digitized by Google

„ Ablavii præfecti, ſponſa tantum appellata, nullius tamen „ uxor; qui enim eam duxerat, quum ad Dominum migraſſet, „ ipſa Virgo ſimul & Vidua remanſit. Cunctos autem vitæ dies „ in jejuniis, orationibus, & ſumma in pauperes liberalitate „ tranſigebat. Quas vero poſſidebat facultates omnes in famula- „ tum Pontificum Chriſti exhauriens, B. Joannem Chryſoſtomum „ maxime honorabat, eidem in ſuis infirmitatibus deſerviens. „ Poſtquam autem ille injuſtum exilium ab Eudoxia Imperatri- „ ce paſſus fuiſſet, tandem & ipſa confeſſionis corona exornata „ eſt. Nam pro veritate relegata, multas tribulationes ſu- „ ſtinuit. Sed uſque in finem Deo gratias agens, ſpiritum tra- „ didit „. De eadem Olympiade agunt Palladius in Lauſiacis cap. 43. Sozom. lib. 8. cap. 2. Leo Imperat. in Encomio S. Joan. Chryſoſtomi, & Niceph. hiſt. lib. 13. cap. 24. Exſtant ejuſdem S. Jo. Chryſoſtomi ad eandem epiſtolæ XVII.

In Menolog. Slavo Ruſſico Sparwenfeldiano ad hanc diem notatur: *Mors beatiſſimi Patris noſtri Macarii Scholtowodici Thaumaturgi*. Idem fortaſſe eſt, ac S. Macarius Calazynenſis, de quo Culcinius pag. 22. ad 26. Maji: *Inventio Reliquiarum S. P. N. Macarii Hegumeni Calazynenſis & Thaumaturgi*.

XXVI.

HERMOLAUS. PARASCEVIA.

Vaticani Ruthenici cum Slavico noſtro vacant. Kalend. Moſcoviticum, *Sv. Muc. Ermolaa*; *S. Mart. Hermolai*. Poſſev. *S. Hermolai*. Papebr. *Hermolaus*. Menæa: τῦ ἁγίυ Ἱερομάρτ. Ἑρμολάυ καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, καὶ τῆς ἁγίας ὁσιομάρτ. Παρασκέυης. *S. Sacromart. Hermolai & Sociorum ejus. Et S. venerandæ martyris Paraſceves*: cum officio de utroque, & Synaxario. Ephemerides Metricæ.

Τὴν Παρασκέυην ἔκτανεν εἰκάδι χαλκὸς ἐν ἕκτῃ.

Enſe Paraſceven vigeſima ſexta trucidat.

Colitur eadem (Paraſceve) in utraque Sicilia ſub nomine *Veneræ* ac *Venerandæ* (nam Feria VI. ut Græcis *Paraſceve*, ſic Latinis dies *Veneris* nuncupatur.) Sed quæ de ejus vita Græce Latineque habentur, prorſus ſunt fabuloſa, ſic ut difficillimum futurum ſit, aliquid ſolidæ veroſimilitudinis ex tanta caligine prudenter ratiocinando elicere. Hæc Papebrochius. Menol. Baſilianum nihil habet de *S. Paraſceve*, ſed ſolum de *S. Hermolao & Sociis*. Gul. Cuperus in Prætermiſſis ad XXVI. Jul. T. VI. pag. 232.

Digitized by Google

pag. 232. „ Sanctæ hoſiomartyris Paraſceves memoria hoc die „ notatur in Menæis magnis Græcorum excuſis cum elogio: in „ quo Antonio (Antonino) imperante ex vico quodam haud „ procul vetere Roma, Agathone & Politia Chriſtianis paren- „ tibus iiſque piis & præcepta Domini impigre ſequentibus, na- „ ta refertur. Reliquæ autem hiſtoriæ Summa ibidem expo- „ ſita, eo redit. A ſterilibus parentibus impetrata a Deo fuit, „ ac nata Feria VI., in Baptiſmo *Paraſceve* appellata. Mortuis „ parentibus in ſacram Virginem attonſa, monaſticam vitam „ amplectitur; fidemque Chriſti deinde prædicans, multos pa- „ ganos ad Dei cognitionem convertit. Unde a quibuſdam Ju- „ dæis apud Antoninum Imperat. accuſata fuerit, ac pluribus „ tormentis excarnificata. Tum Imperator liquore vaſis pice & „ oleo pleni, in quod Sancta immiſſa fuerat, ab ipſa aſperſus, „ excæcatur, ſed iterum illuminatur: quo prodigio ingens „ tum ipſius, tumaliorum ſubſecuta traditur converſio. Para- „ ſceve autem alia peragrat loca. Deinde ad Aſclepium dedu- „ cta, condemnatur, ut pabulum ſit formidabili cuidam Dra- „ coni: qui, facto ab ipſa ſigno crucis, medius crepuerit. Quo „ viſo, ille ſe cum ſuis ad fidem Chriſti receperit. Sancta de- „ nique in alia urbe ad Taraſium perducta, poſt plurima tor- „ menta, abſciſſo capite martyrium conſummat „. De eadem ſub nomine Paraſceves, Veneræ & Venerandæ iterum recurrit commentariolus in Prætermiſſis ad XXVIII. Jul. pag. 503. ubi de una quidem hujus nominis *nata Hieracii in Calabria*, *Virgine & Martyre*, contemporanea SS. Apoſtolorum: deque altera in Gallia ſub Antonino Imperat. & Aſclepio præſide, de qua Martyrolog. Rom. ad XIV. Novembr. Habemus (inquiunt Bollandiani) duplex martyrium: alterum quidem ex Cod. Ambroſiano f. num. 112. alterum vero ex Cod. Vat. 1190. Paraſceves martyrium: ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις τοῦ ἑλληνισμοῦ, Cod. MS. apud Lambec. Tom. VIII. pag. 363. Aliud: ἡ ἀρχὴ τῶν ἰαμάτων Χριστοῦ, MS. Bibl. Coisl. p. 169. Aliæ Paraſceviæ ſunt a nobis ſupra commemoratæ, videlicet, *Ternovenſis* 14. Oct. *Polocenſis* 28. Octob.

De S. Hermolao Martyr. Rom. ad 27. hujus: „ Ibidem „ (hoc eſt, Nicomediæ) S. Hermolai Presbyteri, cujus do- „ ctrina B. Pantaleon ad fidem converſus eſt: Sanctorum quo- „ que Hermippi, & Hermocratis fratrum, qui poſt multas pœ- „ nas, ſibi illatas, ab eodem Maximiano capitali ſententia ob

„ con-

„ confeſſionem Chriſti damnati ſunt „ . Horum Acta habentur intexta cum illis S. Pantaleonis, quæ deſcripſit Metaphraſtes, & Latine leguntur apud Lipom. Tom. 6. & Sur. Tom. 4. Eadem prodiere in Act. Sanct. Tom. VI. Jul. a pag. 412. Init. „ Quum „ idolorum caligo diffuſa eſſet per totum orbem terræ, quando „ Maximanus tenebat ſceptra Romani Imperii „ . Porro Synaxarium de S. Hermolao & Sociis, quod extat in Menæis excuſis & in Menolog. Baſiliano, Latine proſtat in eod. Tom. VI. p. 426. & pag. 427. Acta Spuria ejuſdem S. Hermolai ex Cod. S. Eremi Camaldulen. fol 100. init. *Hermolaus vir Chriſtianiſſimus &c.*

Menolog. Slavo Ruſſicum Sparvenfeldianum: *Beatiſſimi P. N. multa paſſi Moyſis Hegumeni ex S. Monaſterio Perſchiurico, quod eſt Chioviæ. Is captus eſt in terra Polonica a Boleslavo Principe, paſſuſque in catenis quinque annos propter puritatem & caſtitatem ſuam a quadam vidua: rurſuſque intravit monaſterium, vixitque ibi annos decem, mortuus tandem diebus S. Antonii.* Subjungit P. Gulielmus Cuperus in Prætermiſſis ad XXVI. Jul. pag. 230. *Quiſnam iſte Antonius ſit, quis Boleslaus iſte Princeps, uti & reliqua hujus elogii adjuncta, examinari prius non merentur, quam de publico ac legitimo iſtius Moyſis cultu aliunde nobis ſufficienter conſtiterit: quem ſufficiat, hic vel memoraſſe.* Culcinius ex Anthologio & Uſtavo Ruthenico, necnon ex vitis Patrum Cryptenſium pag. 33. Synaxarium hujus *Moyſis Hungari monachi Cryptenſis* ad 26. Julii recitat, his verbis. „ Quum impius Svatopelcus trucidaſſet per ſicarios fratrem „ ſuum Sanctum Boriſum, Moyſes præſens huic actui funeſto, „ utpote qui erat Cubicularius ſancti Principis, vix ſe eripuit „ mortis periculo: illico aufugit ad Predoslavam Boriſi ſororem, „ & allato ei infauſto nuncio, manſit in obſequiis ejuſdem. In„ terea Jaroslaus collectis copiis pepulit Kiovia fratricidam Sva„ topelcum, qui profugus in Poloniam, magnis promiſſis inci„ tavit Boleslaum Chrabrum, ut peteret Chioviam. Rex va„ lido inſtructus exercitu, quum perveniſſet Kioviam, eandem „ occupavit, & rurſus in Principatum reſtituto Svatopelco, in „ Poloniam rediit, abductis ſecum non paucis magnatibus Ruſ„ ſis, & duabus Jaroslai ſororibus, apud quarum unam Predo„ slavam erat aulicus Moyſes Hungarus, ut dictum. Is erat ju„ venis egregius, fortis, ac vultu decorus, quem Rex Bole„ slaus quum juſſiſſet vinctum cuſtodiri in quodam caſtro, non

„ pro-

„ procul ab eo manens quædam nobilis vidua, quæ venuſtate, „ juventute, opibuſque pollebat, ut vidit Moyſen, in vultu- „ que ipſius haud ignobiles legit natales, illico levitate mulie- „ bri ſuccenſa, exarſit impotenti amore, quem etſi diu in cor- „ de preſſiſſet, nihilominus ſemel copiam alloquendi juvenem „ nacta, talibus eum aggreſſa eſt: viſne propalem tibi meum „ quoddam cordis arcanum? Scito igitur me eſſe viduam, ju- „ venem tamen, ut vides: vix enim explevi annum cum meo „ marito, qui ad Kioviam nuper in prælio occubuit. Opes non „ mihi deſunt, nec careo procis, qui certatim meum aſſen- „ ſum promereri ſtudent, at ego tibi mallem vivere liga- „ ta. Age ergo, & tantam felicitatem cnntemnere noli. Obſtu- „ puit Moyſes, & revolvens mente in verbis mulieris latere la- „ qeum Dæmonis, repoſuit: Scias, o Domina, me tibi non „ poſſe obtemperare: nam hac in mea captivitate feci votum „ vivendi in ſtatu monaſtico: quod ut frangam, nulla mundi „ felicitas, nullaque calamitas me ad hoc adducent. Nunquam „ ſperavit tale reſponſum nobilis vidua a captivo juvene, quem „ petulanter objurgatum relinquens, domumque rediens, ut „ vinceret conſtantem, novam methodum excogitavit. Enu- „ merata Caſtellano notabili pecunia, liberavit e vinculis Moy- „ ſen, ac indutum ſplendidis veſtibus, tractabat domi magni- „ fice, & frequenter, imo aliquando impudenter ad hymenæum „ incitabat. Pati diu ipſe non potuit tam importunas femellæ „ blanditias. Hinc ſemel arguens ipſam, ut tandem ab injuſtis „ poſtulatis deſiſteret, abiit, eamque rubore ſuffuſam reliquit. „ Illa æſtuans furore, juſſit Moyſen carceri includi, & inedia „ torqueri. Sed quum nil profeciſſet, imo per quemdam mona- „ chum, qui illuc caſu tranſibat, monaſtica veſte indutum juve- „ nem intellexiſſet, amens, fere tractum e carcere crudeliter fu- „ ſtibus concutere, iterumque in vincula conjicere præcepit. Pa- „ rum vitæ ſupererat Moyſi, niſi aliter Deus diſpoſuiſſet. Nam „ nobilis Vidua morbo gravi correpta, extincta fuit; Moyſes „ vero libertate ab hæredibus donatus, poſt quinquennem par- „ tim in caſtro, partim apud Viduam captivitatem, rediit Kio- „ viam, ingreſſuſque monaſterium Peczarenſe, tanta claruit „ ſanctitate, ut quum unus e fratribus ei revelaſſet, quod ten- „ tationes carnis graves pateretur, ipſe bacello ſuo tangens hu- „ meros Fratris, liberavit ex tempore ab impuris cogitationi-

„ bus

Digitized by Google

„ bus, addens hæc memoranda verba: Frater, tentationibus „ hujuſmodi fugiendo pugna, vitando nempe aſpectus curioſos, „ ſimileſque occaſiones: ſic ſemper vinces. Vixit Moyſes in „ Cœnobio Cryptenſi annis x. tantummodo: fractas enim vi„ res habebat ærumnis & verberibus in Polonia perceptis, ac „ tandem obdormivit in Domino, vivente adhuc Sancto He„ gumeno Antonio „: ideſt ante annum Chriſt. 1073. quo anno obiit Sanctus Antonius, uti in ejus vita ad x. Julii narratur.

XXVII.

PANTELEEMON.

Vaticani Ruthenici: *Panteleemonis Martyris*. Slavicus noſter: *Sancti Panteleemonis Martyris, & Sancti Pontificis noſtri Clementis Epiſcopi Velegradenſis*. Kalendarium Moſcoviticum: *Sv. Muc. Panteleimona, S. Mart. Panteleemonis*. Poſſevinus: *S. Mart. Pantaleonis*. Marmor Neapol. *Nt. S. Pantaleon*. Papebr. *Panteleemon Mart.* Ephemerides metricæ.

Φάσγανον ἑβδομάτῃ ἔλαχ᾽ εἰκάδι παντελεήμων
Pantaleona dedit vigeſima ſeptima morti.

Menæa: τοῦ ἁγίου καὶ μεγαλομάρτ. καὶ ἰαματικοῦ Παντελεήμονος, *Sancti, magnique Martyris & Medici Panteleemonis*, cum officio, & Synaxario. Menologium Baſilianum: „ XXVII. Julii „ Certamen Sancti magni Martyris Panteleemonis. Panteleemon maximus Chriſti Martyr, ex urbe Nicomedia, filius „ fuit Euſtorgii Ethnici, & Eubulæ Chriſtianæ, profeſſione „ Medicus „. Cetera, Græce quidem Tom. I. Julii pag. *696*. Latine autem Tom. VI. pag. *397*. In Menæis excuſis additur: „ Celebratur ejus feſtivitas in Eccleſia ipſius nomine inſignita „; de qua Cangius lib. 4. Conſtantinopoli Chriſtiana cap. 6. numer. 73. edit. Reg. pag. 132. De aliis per Orientem Eccleſiis Sancto Pantaleoni ſeu Panteleemoni dicatis vide Act. Sanctor. Tom. 6. Julii pag. 398. & ſeq. Martyrologium Romanum: „ 27. Julii. Nicomediæ paſſio Sancti Pantaleonis Medici, qui „ a Maximiano Imperatore pro fide Chriſti tentus, & equulei „ pœna ac lampadarum exuſtione cruciatus, ſed inter hæc Do„ mino ſibi apparente refrigeratus, tandem ictu gladii marty„ rium conſummavit „. Acta Sancti Pantaleonis Græce: Βασιλεύοντος τοῦ ἀσεβεστάτου καὶ παρανόμου. Alia: τῆς εἰδωλικῆς ἄλυος κατὰ πάσης διασχεδασθείσης τῆς οἰκουμένης, Latine Tom. 6. Lipoman. apud Surium 27. Julii, & Tom. 6. Act. Sanctorum Julii pag. 412.

pag. 412. Encomium in Sanctum Pantaleonem, auctore Niceta Rhetore: θαυμαστὸς ὁ Θεὸς ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ. Fabric. Tom. IX. Bibl. Græc. pag. 130.

Quiſnam ſit *Clemens Epiſcopus Belogradenſis*, qui in Slavico Codice *Sanctus Pontifex noſter* dicitur, colligitur ex Indiculo Archiepiſcoporum Bulgariæ, qui extat in Cod. MS. Biblioth. Regiæ ſignato num. 2423. apud Cangium in Famil. Byzant. cap. 28. p. 174. & recitatur a Quieno in Orient. Chriſt. Tom. 2. pag. 290. ubi *Goraſdo* ſucceſſiſſe dicitur in hæc verba: „ Clemens Epiſcopus primum Tiberiopolis, ſeu Belices (*ita* „ *Belogradium appellat auctor illius Indiculi*) cui Boriſes Bul„ gariæ (a) Rex conceſſit tertiam Regni ſui partem curare „ a Theſſalonica uſque ad Hiericho, & Bannina, ſeu Sepiati „ regionem „. Tertius nempe fuit Bulgarorum Epiſcopus, quemadmodum demonſtravi Tom. 3. pag. 145. & ſeq. idemque a S. R. E. nequaquam in communionem admiſſus eo quod tunc temporis Græcos inter & Latinos diſceptatio vigeret de Juriſdictione Bulgarica, a temporibus Sancti Nicolai Papæ I. uſque ad ætatem Joannis Papæ VIII. ſub quo hic Clemens Bulgarorum Epiſcopus erat. Schiſmaticum autem fuiſſe hunc *Clementem* ex ejus Vita conſtat, quam ex Græco Vaticano MS. Codice 1409. a fol. 348. pag. 2. legere eſt. Excerpta quædam edidit cl. Allatius Exercitat. xv. in Creyghtonum, ubi auctorem ejus Vitæ deditiſſimum Schiſmati hominem appellat, utpote qui narrat, *Goraſdum*, al. *Georgium*, (quem Joannes VIII. PP. intruſum vocat,) legitimum Bulgariæ Præſulem fuiſſe, eique *Clementem* ſucceſſiſſe; Wichinum vero, ab eodem Joanne VIII. conſecratum Nitrienſem Epiſcopum ſub Archiepiſcopo Moraviæ Methodio, Schiſmaticum vocat. Recole quæ Tom. cit. 3. a pag. 144. ad 158. dicta ſunt.

XXVIII.

PROCHORUS. NICANOR. TIMON. PARMENAS.

Vaticani Ruthenici cum Slavico vacant uſque ad diem xxx. Kalendarium Moſcoviticum: *Apoſtola Prochora*, *Apoſtoli Prochori*. Ita & Poſſevinus, & Papebrochius. Menæa: τῶν ἁγίων ἀποστόλων Προχόρου, Νικάνορος, Τίμωνος καὶ Παρμενᾶ, „ *SS. Apoſtolo-*

(a) Michael dictus, al. Vorizes, vel Burichius, Preſiami filius, Bogoris nepos, qui temporibus Baſilii Macedonis in Bulgaria regnabat. Vide Cangium in Serie Regum Bulgariæ pag. 311. edit. Reg.

ſtolorum Prochori, Nicanoris, Timonis, & Parmenæ, cum officio, & Synaxario, cui præmittuntur hi verſus.

> Τετρὰς μαθητῶν τοῦ θεανθρώπου λόγου
> Τριάδα σεπτὴν κηρύττει λόγῳ
> *Quaternarius diſcipulorum Verbi Dei hominis*
> *Venerandam omnibus Trinitatem verbo prædicat.*
> Εἰκάδι ὀγδοάτῃ μύσται συνελήλυθε τέτρας
> *Vicena octava quatuor concurrite myſtæ.*

Cum titulo ſcilicet Apoſtolorum nominantur hi, Prochorus, Nicanor, Timon, Parmenas. Sunt autem ex SS. VII. primis Diaconis, poſt Sanctum Stephanum & Philippum nominati in Actibus Apoſtolorum, quos Latini aliis diebus colunt, *Prochorum* IX. Aprilis. *Nicanorem* X. Januarii. *Timonem* XIX. Aprilis. *Parmenam* XXIII. Januarii. In neutris vero Faſtis *Nicolaum*, ſtudio fortaſſis præteritum, quod Nicolaitarum hæreſim ab eo adinventam putaverint veteres.

Menologium Sparvenſeldianum Slavo-Ruſſicum ad hanc diem: „ Manifeſtatio Iconis Smolenicæ Sanctiſſimæ Dominæ „ Noſtræ Deiparæ Odigitriæ, ideſt, Hodegetriæ „ de qua Cangius in Conſtantinopoli Chriſtiana lib. 4. a pag. 88.

XXIX.

CALLINICUS.

Kalendarium Moſcoviticum: *Muc. Kallinika, Mart. Callinici*. Poſſevinus: *S. Mart. Callimachi*, pro, *Callinici*. Papebrochius: *Callinicus*, de quo Ephem. metricæ.

> Εἰκάδι ἀμφ' ἐνάτῃ Καλλίνικον φλὸξ κατέδαψε
> *Vicena nona flamma exuſſit Callinicum.*

Menæa: τοῦ ἁγίου Μάρτ. Καλλινίκου, *S. Mart. Callinici*, cum officio, & Synaxario. Menologium Baſilianum: *Callinicus Chriſti Martyr ex regione Ciliciæ, Chriſtianus quum eſſet &c. quum vero in urbem Gangram perveniſſet, in carcerem conjectus*. Cetera; quæ etiam legi poſſunt Act. Sanctor. Tom. VII. Julii pagin. 39.. Martyrologium Romanum: „ Gangræ in Paphlagonia Sancti Callinici Martyris, qui virgis ferreis verberatus, aliiſque ſuppliciis cruciatus, tandem in fornacem injectus, ſpiritum Deo reddidit „. Acta Græca: τῆς εἰδωλικῆς μανίας ἐπικρατούσης. Latine, *Quum ſimulacrorum invaleſceret inſania*. Apud Surium, & Lipoman. ad 29. Julii. In Act. Sanct. Tom. VII. Jul. pag. 40.

Digitized by Google

XXX.

SILAS. SILVANUS.

Kalendarium Moſcoviticum: *Apoſt. Sili, i Silvani, Apoſtolorum Silæ & Silvani*. Poſſevinus perperam: *S. Sili*, pro, *Silæ*. Papebrochius: *Silas, Silvanus, Joannes*. Menæa: τῶν ἁγίων ἀποστόλων Σύλα, Σιλουανοῦ, Κρίσκεντος, Ἐπαινετοῦ, καὶ Ἀνδρονίκου, *SS. Apoſtolorum Sylæ, Silvani, Creſcentis, Epæneti, & Andronici*, cum officio, & Synaxario. Menologium Baſilianum cum ſola commemoratione ſic: *Commemoratio Sanctorum Apoſtolorum Silæ, Silvani, Creſcentis, Epæneti, & Andronici.* Martyrologium Romanum de ſolo Sila ad 13. Julii: „ In Macedonia B. Silæ, qui quum eſſet de primis fratribus, & ab „ Apoſtolis ad Eccleſias gentium unacum Paulo & Barnaba deſtinatus, prædicationis officium gratia Dei plenus inſtanter „ conſummavit, atque in paſſionibus ſuis Chriſtum clarificans, „ poſtmodum requievit „. Silam a Silvano diverſum eſſe, tum Menæa docent, tum Dorotheus & Hippolytus apud Baronium in notis ad 13. Julii; quamquam Sanctus Hieronymus Epiſt. 3. ad Damaſum, Silam & Silvanum pro uno eodemque accipit; quod & in Actis Sanctorum ad 13. & 30. Julii aſſeritur. Quumque Caſtellanus in ſuo Martyrologio ad 30. Julii *Sanctum Silvanum annunciet, qui Evangelium in Galliis prædicaverit*; Cuperus in Prætermiſſis pag. 128. eum reprehendit, inquiens: „ Neſcio quem Sanctum Silvanum hoc die nobis annunciat, „ nullis aliis appoſitis characteribus, unde inter plurimos Sy„ nonymos ſatis dignoſci aut diſtingui poſſit; nulla adducta „ auctoritate, qua conſtet talem Silvanum, præter tot alios, in „ rerum natura unquam extitiſſe, aut ſaltem inter Sanctos „ commemorandum, & quidem hoc die „. Atqui Caſtellanus non de ſuo, ſed ex Menæis Græcorum id hauſit, ut hoc die *Sanctum Silvanum* memoraret, de quo unacum ſociis Sila, & aliis ſupra enumeratis, in Synaxario ſic legitur: οἱ καὶ κηρύξαντες ἐν Χαλκηδόνι, καὶ Γαλλίᾳ, καὶ εἰς ἅπαντα τὸν κόσμον &c. *qui quum prædicaſſent in Chalcedone, & in Gallia, & in toto Mundo &c.* ubi Chalcedon ſumitur pro Bithynia, & Gallia pro Galatia.

Menologium Baſilianum ad hanc diem: *Commemoratio Beati Joannis militis. Hic ſub Juliano Apoſtata militabat*. Cetera recitantur Tom. VII. Julii pag. 148. In fine Synaxarii Conſtantinopolitani: „ Hujus feſtus dies celebratur in Ven. Apo-

Digitized by Google

„ ſtolico Templo Sancti Apoſt. & Evangel. Joannis Theologi „ prope Sanctiſſimam magnam Eccleſiam „ . Notandum, quod hic Sanctus Joannes in Cod. Ambroſ. dicitur *στρατευόμενος ἐν τῷ νουμέρῳ τῶν Ταϋφάλων*, *militans in numero Tayphalorum*. Sunt autem *Tayphali* ſeu *Taiphali*, *Scythica* natio Zoſimo lib. 2. Gentes trans Danubium in Dacia, quos a Trajano devictos tradit Eutropius. Ex his ergo gentibus conflatus ordo militaris ſeu phalanx, in qua militaverit S. Joannes.

XXXI.

Eudocimus.

Vaticanus Ruthenicus primus vacat. Secundus: *Eudocimi Mart.* Slavicus noſter: *Dedicatio Eccleſiæ Sanctæ Deiparæ, quæ in Blachernis, & Adoratio venerabilis, & vivificæ Crucis Chriſti*. Kal. Moſcov. *Sv. Eudokima*, *S. Eudocimi*. Ita & Poſſevin. & Papebr. Ephem. metrice.

Δέχνυται Εὐδόκιμον πρώτη τάφος ἐν τριακοστῇ
Condidit Eudocimum trigeſima prima ſepulcro.

Menologium Baſilianum: *Commemoratio S. P. N. Eudocimi Junioris*. „ Hic Beatus, imperante Theophilo Chriſti hoste, „ claruit. Parentes Cappadoces fuere „ . Cetera recitantur Tom. VII. Julii pag. 309. Menæa: *τοῦ ἁγίου καὶ δικαίου Εὐδοκίμου*, *Sancti & juſti Eudocimi*, cum officio, & Synaxario, & in fine: *γέγονε δὲ ἡ τοῦ λειψάνου αὐτοῦ μετακομιδὴ πρὸς τὸ Βυζάντιον Ἰουνίῳ ϛ΄. ἡ δὲ ἁγία αὐτοῦ κοίμησις Ἰουλίῳ λά*. „ Ejus autem „ Reliquiarum translatio Byzantium contigit die 6. Junii, San- „ cta vero ipſius dormitio, Julii 31. „ . Vita Sancti Eudocimi Latine Tom. 6. Lipom. apud Surium ad 29. Julii, & in Act. Sanctor. Tom. VII. Julii pag. 310. „ Eudocimi, qui conve- „ nienter ſuo nomini ex Deo laudem eſt aſſequutus, vitam bo- „ num eſt exponere.

In Menæis excuſis poſt Eudocimi elogium: *ἡ ἀνάμνησις τῶν ἐγκαινίων τοῦ σεβασμίου οἴκου τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, τοῦ ἐν Βλαχέρναις, ἔνθα ἀπόκειται ἡ ἁγία σορὸς, καὶ προεορτία τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ Σταυροῦ*. „ Commemoratio En- „ cæniorum venerabilis ædis Sanctiſ. Dominæ noſtræ Deiparæ „ in Blachernis, ubi depoſita eſt ſancta Urna, & Profeſtus dies „ vene-

Digitized by Google

„ venerabilis ac vivificæ Crucis „. De æde Blachernarum vide Cangium in Conſtantinopoli Chriſtiana lib. 4. Tom. 2. numer. VI. ubi hæc encænia memorantur. De Profeſto Crucis dicam ad 1. Auguſti, in qua fit S. Crucis Adoratio.

TABULÆ QUARTÆ.

MENSIS AUGUSTUS.

I.

PROCESSIO CRUCIS.

ELEAZARUS. SEPTEM MACABÆI. SOLOMONIA.

VATICANI Ruthenici: *Machabæorum*. Slavicus noſter, *Sanctorum Macabæorum*. Ita & Poſſevinus. Marmor Neapol. *Paſ. Maccab.* Kalendarium Moſcoviticum. *Proiſchozdenie Drev. Proceſſio Crucis*. Papebrochius. *Memoria Crucis Chriſti*: additque: *ita interpres Belga*: „ Feſtum haud dubie Moſcovitis proprium, cujus originem & hiſtoriam ſiquis ex eorum monumentis explicuerit, cito intelligemus, qui ſancti Epiſcopi, qui Reges aut Principes in hac tabella exprimantur: quis etiam ſit rivus ille dimanans a petra, & quid ſibi velit cadaver parvuli, cujus velut in eo merſi ſuſcitatio videtur flebiliter poſtulari „. Duplex allucinatio. Prima Belgæ interpretis, qui Slavicam Epigraphen ſic reddidit: *Memoria Crucis Chriſti*, quum ſcribere debuiſſet, *Proiſchozdenie Czeſtnago, i Zivotvoraſaczago Kreſta*: & interpretari: *Proceſſio venerandæ & vivificantis Crucis*. Altera allucinatio Papebrochii, qui non advertit, originem hujus feſti petendam eſſe ex Græcorum Menæis, in quibus, [præcedente ad diem antecedentem, h. e. ultimam Julii, *Profeſto die venerabilis ac vivificæ Crucis*] ad hanc ipſam diem primam Auguſti recolitur *Adoratio S. Crucis*, his verbis: Ἑσπέρας πρὸ τῦ σημᾶναι, μετακομίζεται τὸ τίμιον ξύλον ἀπὸ τῦ Σκευοφυλακίυ, καθὼς ἐν τῇ ιδ'. τοῦ Σεπτεμβρίυ μηνός. *Veſpere, antequam ſignum detur, transfertur venerabile Lignum a Sccvophylacio, ſicut die* XIV. *menſis Septembris*. Et in fine Matutini: εἶτα γίνεται εἴσοδος, κὴ γίνεται ἡ προσκύνησις τῦ τιμίυ

Σταυ-

Σταυροῦ κατὰ τὸν τύπον τῆς γ´ ἑβδομάδος κυριακῆς τῶν νηστειῶν. *Poſtea fit Ingreſſus, & fit Adoratio pretioſæ Crucis juxta modum Dominicæ Tertiæ jejuniorum*. Modum exaltandæ a Sacerdote Sanctæ Crucis, eamque in Tetropodio ponendi, & adorandi, vide deſcriptum die 14. Septembris in Menæis poſt Matutinas horas. Idem igitur ipſe modus ſervatur Kalendis Auguſti tam in Proceſſione, ideſt Ingreſſu magno, qui εἴσοδος dicitur, quam in Crucis Adoratione. Quod autem Culcinius pag. 89. hoc feſtum ſcribit inſtitutum ob obtentam de Infidelibus victoriam ann. 1164. Manuele Græcorum Rege, & Andrea Boholubski, hoc eſt, Dei amante, magno Duce Ruſſiæ, imperantibus, ſicque habere Uſtavum: hoc, inquam, jam eſt a me confutatum To. 1. a pag. 166. Ubi oſtenſum eſt, eum Ritum Ruthenos a Græcis accepiſſe. Græcos autem nihil omnino de ea victoria cogitaſſe: quemadmodum neque de generali Ruſſorum Baptiſmo, quem idem Culcinius per Papebrochianam Tabellam ait indigitari. Non enim aliud ea Tabella repræſentat, quam ſolennem Aquæ Benedictionem, quæ fit a Metropolitano adſtante magno Duce & Duciſſa, & populo juxta fluminis ripas genua flectente & orante. At Capponiana Tabella hodie exhibet Chriſtum Dominum, Deiparam a dextris, & Jo. Baptiſtam a ſiniſtris; infra vero Sepulcrum Dominicum apertum, & Angelum Petro & Joanni illud vacuum commonſtrantem. Sicuti enim Adoratio Crucis Kalendis Auguſti in Ruſſia unacum ſolenni Aquæ benedictione fit ad ripam alicujus fluminis, aut fontis: ita Hieroſolymis peragitur in Templo Reſurrectionis ad Sepulcrum Domini.

Pergit Papebrochius ad Auguſtum Moſcorum figuratum: *Eleazarus, Solomonia, cum* VII. *Macabæis*. *Quid ſibi velit additum ad latus Otrocob, explicet alius*. Hæc vox *Otrocob*, quæ ad latus *Solomoniæ* Macabæorum matris apponitur, Ruſſica eſt, & *Pueros* ſignificat, nempe illos ſeptem, qui ante Eleazarum & Solomoniam picti cernuntur. Iterum eadem vox recurrit ad IV. hujus menſis in Epigraphe VII. Puerorum Epheſi, his verbis: *ſedmi Otroc, ixe vo Epheſi, ſeptem Pueri, qui in Epheſo*.

Ephemerides Metricæ.

Καῦσεν ἐνὶ πρώτῃ σολομόνην ἑπτά τε ὗας.

Cum ſeptem natis combuſſit prima Solomen.

Menæa: τῶν ἁγίων ἑπτὰ Μαρτύρων τῶν Μακκαβαίων, καὶ τοῦ διδασκάλου αὐτῶν Ἐλεαζάρου, καὶ τῆς μητρὸς αὐτῶν Σολομονῆς. *Sanctorum*

ctorum ſeptem Martyrum Maccabæorum, & magiſtri eorum Eleazari, & matris eorum Solomonæ: cum officio partim de Sanctis, partim de Cruce; & cum Synax. de Sanctis. Menol. Baſil. *Certamen Sanctorum Maccabæorum. Eleazarus, vir ille ſpectatiſſimus*. Cetera Tom. 3. pag. 189. ubi mater eorum vocatur ubique apud Græcos *Solomonis*, ſeu *Solomone*: Syris [illegible] *Scemone*, ideſt, *Samona*: nomina in ſacris libris non expreſſa, neque antiquis Patribus nota. In SS. Macabæos orationes Patrum vide apud Baron. in Not. ad 1. Auguſti. Et apud Fabric. To. 9. Bibl. Græc. pag. 109. Eorum hiſtoriam ex lib. 1. Macab. cap. 1. v. 21. conjuncto cum lib. 2. cap. 5. a v. 11. ad finem, & ejuſdem libri toto cap. 6. & 7. exſcriptam legeſis tom. 1. Auguſti in Act. Sanct. a pag. 12. ad 15. Sanctorum Macabæorum ædem in Sicæno oppido ſtetiſſe ipſius Heraclii temporibus, docet Chronicon Alexandrinum anno illius XIV. vide Cangium lib. 4. cap. 3. pag. 104.

II.

MARTYR STEPHANUS.

Vaticanus Ruthenicus primus: *Translatio Corporis Stephani Protomartyris*. Secundus: *Translatio Stephani Protomart.* Kalendar. Moſcovit. *Archidiac. Stephana*, *Archidiaconi Stephani*. Poſſev. *S. Mart. Stephani*. Papebr. *Stephanus*. Ephemerides metricæ.

Δευτερίῃ νέκυος Στεφάνου γίνετ' ἀνακομιδή.

Transfertur Stephanus defunctus luce ſecunda.

„ Hieroſolymis videlicet Conſtantinopolim. Hiſtoriam ab oculato teſte deſcriptam Græce vidit & laudat Allatius in Diatriba de Simeonem ſcriptis, ubi etiam indicat Nicetæ Rhetoris, & Michaëlis Pſelli de eodem argumento orationes: quæ omnia nobis deſunt: *inquit Papebrochius*: *additque*: Latini ſequenti die primam Corporis inventionem recolunt, quam habemus deſcriptam a Luciano Presbytero, uti & varias relationes Latinas de Corpore aut partibus ejus Romam, Venetias, & alio translatis „. Annunciatio hodierna Codicis Hieronymiani Corbejenſis. „ In Antiochia natalis Reliquiarum Sancti Stephani Protomart. & Diaconi, qui Hieroſolymis eſt translatus ex revelatione Luciani Presbyteri „. Ubi perperam dicitur *Antiochiæ* ea translatio celebrari, aut Antiochiam facta

Digitized by Google

facta eſſe, quæ Hieroſolymis ſub Luciano contigit. Menæa Græca ad hanc diem: *ἡ ἀνακομιδὴ τοῦ λειψάνου τοῦ ἁγίου Πρωτομάρτ. καὶ Ἀρχιδιακόνου Στεφάνου*, *Translatio Reliquiarum S. Protomart. & Archid. Stephani*, cum officio, & Synaxario: in quo multa aſyſtata narrantur. In primis refertur, Stephanus Luciano Presbytero revelaſſe, ubi jaceant ſuæ reliquiæ: Joannes Patriarcha cum duobus aliis Epiſcopis, Clero & populo, eas tranſtuliſſe ac depoſuiſſe in ſancta Sion. Hucuſque convenit Synaxarium cum epiſtola Luciani Presbyteri, in qua notantur Conſules, quibus ea Translatio contigit, nimirum, Honorio X. & Theodoſio VI. Coſs. qui quidem annus eſt Honorii Imp. 21. Chr. 415. id quod etiam comprobant Gennadius de Vir. Illuſtr. cap. 46. & 47. qui teſtatur eam hiſtoriam a Luciano Græce ſcriptam, Latine redditam eſſe ab Avito: Marcellinus in Chron. Niceph. lib. 14. cap. 9. Beda in Retract. in Act. Apoſt. & de ſex ætatibus, & alii recentiores.

Secundo narratur, Alexandrum virum Senatorium Sancto Stephano Hieroſolymis Templum exſtruxiſſe, & poſt quinquennium obiiſſe ibique ſepultum fuiſſe. Poſt alios octo annos, dum Magnus Conſtantinus imperaret, & Conſtantinopoli Metrophanes ſederet, uxorem Alexandri, a multis ob divitias & pulchritudinem expetitam, renuiſſe ſecundas nuptias, cogitaſſe corpus viri ſui ſecum Conſtantinopolim in patriam ducere: pro mariti corpore, Deo permittente, corpus S. Stephani, in lectica impoſitum avexiſſe: per viam, tota nocte Angelicos hymnos audiſſe, odorem ſuaviſſimum inde prodiiſſe; malignos ſpiritus ab illo ſe torqueri clamitaſſe: Aſcalonæ, navim conduxiſſe, & veniſſe Conſtantinopolim. Quo audito, Imperatorem cum uxore & cum Patriarcha, in Regiam corpus inducere voluiſſe: ſed ubi ad Conſtantianas eſt deventum, mulos humana voce dixiſſe: cur nos verberatis? hic oportet Sanctum Corpus deponi. Quare Templum ibi conſtructum, & in eo Corpus Sancti Stephani collocatum. Fabulæ putidiſſimæ. Corpus inventum a Luciano anno Chr. 415. Quonam igitur pacto, ſub Conſtantino, Magno & Metrophane Patriarcha, poſt annos 13., ab Hieroſolymis Conſtantinopolim translatum? quum Conſtantinus magnus anno Chr. 337. deceſſerit?

Menolog. Baſilianum ad 11. Aug. *Translatio Reliquiarum S. Steph. Protomart.* „Imperante Conſtantino magno inventæ ſunt

„ Re-

Digitized by Google

„ Reliquiæ S. Steph. Protom. Quidam enim Presbyter, Lucia-
„ nus nomine, qui in ea villa habitabat, ubi ſub terra eædem
„ Reliquiæ latebant, divina viſione admonitus, illas invenit.
„ Huic quum primus Athleta tertio apparuiſſet, ſeipſum mani-
„ feſtavit. Quod ubi reſcivit Jo. Archiepiſcopus, ſumma læti-
„ tia affectus, unacum Clero in locum illum proceſſit: quumque
„ effodiſſet, loculum reperit. Repente autem terræmotus
„ magnus factus eſt, & plurimus fragrans odor „. Silet de Translatione Conſtantinopolim facta: quod argumento eſt, hac die a Græcis olim ſolum Inventionem corporis coli conſueviſſe. Emendandum tamen, quod pro *Arcadio* Imperat. ponit *Conſtantinum*; nam tempora Conſtantini cum Joanne Archiepiſcopo Hieroſolymitano, qui anno 415. vivebat, nullatenus conveniunt. In Menæis excuſis ad xv. Sept. colitur Inventio Reliquiarum S. Stephani, his verbis: ἡ εὕρεσις τῶ λειψάνυ ἁγίυ Πρωτομάρτ. Στεφάνυ, *Inventio Reliquiarum S. Protom. Stephani*: cum his verſibus ſine Synaxar.

Εὕρημα κοινὸν ὁ Στέφανος τῇ κτίσει
Θεῦ μεγίςυ πρωταγωνιςὴς μέγας.

Baronius in Not. ad 3. Aug. [quo die a Latinis recolitur *Hieroſolymis Inventio Corporis Bmi Stephani Protom. & SS. Gamalielis, Nicodemi, & Abibonis, ſicut Luciano Presbytero divinitus revelatum eſt*] „ Illud etiam ad adnotationem præſentis
„ diei ſolemnitatis ſpectare magnopere videtur; quid eſt, quod
„ hac potiſſimum die ejuſmodi Inventio celebretur, quam
„ conſtat ex Luciani literis factam eſſe menſe Decembri; Trans-
„ lationem vero Hieroſolymam ad VII. Kal. Januarii: aliam
„ autem Translationem Conſtantinopolim ad V. Kal. Octobris,
„ auctor eſt Theodorus Lector in Collectaneis ſuis lib. 2. in fine. S. Stephani Protom. oratorium in Palatio ædificavit Pulcheria Auguſta, & inventas in pago Caphargamala ejuſdem ſancti ſub Arcadio Imp. Reliquias, Conſtantinopolim allatas in eo depoſuit, ut narrant Theophanes, & Cedrenus anno XIX. & XX. Theodoſii jun. Illatum etiam poſtmodum in idem oratorium a Zenone Imp. Evangelium S. Matthæi e Cypro inſula, habent Theodorus Lector, Cedrenus & Joël ad ann. 4. Zenonis. Dicitur autem Εὐκτήριον τῶ ἁγίυ Στεφάνυ ἐν τῇ δάφνῃ. Edita eſt a Combefiſio Baſilii Iſaurienſis oratio in laudem S. Stephani, in qua inventas Hieroſolymis ejuſdem ſancti Reliquias narrat, Jo. urbis

Hieroſol. Epiſcopo, cui, ut & Luciano Presbytero, revelatas fuiſſe ait, depoſitaſque, prout Sanctus decreverat, pro mœnibus urbis eó loco, ubi lapidibus obrutus Martyrium expleverat, & poſtmodum ibi exſtructam Eccleſiam a Juvenale Epiſcopo Hieroſolymitano. S. Stephani Eccleſias Conſtantinopoli exſtructas enumerat Cangius a pag. 136. ad 139. nimirum, 1. *S. Stephani Oratorium in Palatio*. 2. *S. Stephani prope Sigma* a Conſtantino magno condita & a Leone Philoſopho inſtaurata Eccleſia. 3. *S. Stephani* ædes a Novatianis exſtructa. 4. *S. Stephani* ἐν τῇ καμάρᾳ τοῦ βοός, in Fornice ſeu Porticu Bovis. 5. *S. Stephani* πλησίον τῶν Πλακιδίων, *juxta Placidias*, in Menæis ad 13. Decembris. 6. *S. Steph.* in Aurelianis. 7. *S. Steph.* prope Conſtantianas, Men. 27. Decemb. 8. *S. Steph.* juxta Zeugma, Men. 9. Decemb. niſi hæc ultima ſit eadem cum æde ad Conſtantianas: Tradit enim Nicetas Rhetor de Translatione Corporis Sancti Stephani, & ex eo Codinus pag. 47. edit. Reg. ſacras iſtas Reliquias a Juliana (ut in Synaxario ad 2. Auguſti) Conſtantinopolim allatas, & currui impoſitas, eo loco, qui poſtmodum ζεῦγμα dictus eſt, ad locum Conſtantianas appellatum allatas, mulaſque ultra pergere non potuiſſe, quaſi divino conſtrictas vinculo: ex quibus confici videtur depoſitas fuiſſe in oratorio Conſtantianis thermis, quæ in decima regione extitere, proxiximo: inde vero ad Oratorium Palatinum translatas: idque totum non ſub Conſtantino Magno, ſed ſub Pulcheria factum, Theodoſio juniore ejus fratre imperante. Encomia in Sanctum Stephanum & Orationes vide apud Fabricium Tom. 9. Biblioth. Græc. pag. 143. & ſeq. nimirum 1. Jo. Chryſoſtomi. 2. Procli Conſtantinopolitani. 3. Aſterii Amaſeni. 4. Leonis Imperatoris. 5. Greg. Nyſſeni. 6. Manuelis Calecæ. Narratio deportationis Reliquiar. Steph. Protom. ἐγένετο τὸ εἰσκομισθῆναι, auctor falſo profitetur ſe vixiſſe ætate Cyrilli Hieroſol. & Euſebii Conſtantinopolitani Epiſcopi. Alia narratio de ἀποκαλύψει ſive detectione earumdem Reliquiar. Luciano Presbytero Hieroſol. auctore: τοῖς κατὰ πᾶσαν πόλιν καὶ χώραν ἁγιωτάτοις, Lat. apud Baron. ann. 415. & Sur. 2. Aug. In eaſdem Protomartyris Reliquias: ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ σωτὴρ πάντων, Nicetæ Rhetoris. Lat. Lipom. Tom. 6. Lambec. Tom. VIII. pag. 101. Michaelis Pſelli: πάντων τῶν ἐλπιζομένων.

Menol. Sparvenfeldianum Slavo-Ruſſicum ad 2. Auguſti.

S. Baſilii pro Chriſto in amentiam, ideſt, extaſim redacti, Moſcovitici Thaumaturgi. Refertur a Bollandianis in Prætermiſſis Tom. I. Aug. pag. 107. An idem cum *Iſidoro propter Chriſtum ſtulto*, de quo Culcinius ad 14. Maji pag. 19.?

III.

ISACIUS, DALMATUS, FAUSTUS.

Vaticani Ruthenici cum noſtro Slavico vacant ab hac die uſque ad VI. Kalendar. Moſcovit. *Prepodob. Iſakia*: *S. Iſacii*. Poſſevin. *S. P. Iſacii*. Papebr. *Iſacius*, *Dalmatus*, *Fauſtus*. Ephemer. Metricæ.

Δάλματος, Ἰσάκιος, τριτάτη θάνε ἠδέ τε Φαῦστος:
Tertia Dalmatio, Fauſto, Iſacioque ſuprema eſt.

„ Præſides monaſterii Dalmatarum Conſtantinopoli ſucceſſive „ fuerunt *Iſacius*, cujus vitam damus XXX. Maji, quando po- „ tiſſimum colitur: *Dalmatius*, cujus Acta habemus cum epi- „ ſtolis ab hoc ad Synodum Epheſinam & ab ea ad illum datis: „ hujus autem filius fuit *Fauſtus*, cujus Acta non videntur ſeor- „ ſim conſcripta fuiſſe „. Hæc Papebrochius. Menæa. *τῶν ὁσίων πατέρων ἡμῶν Ἰσαακίου, Δαλμάτου, καὶ Φαύστου*: *SS. PP. NN. Iſaacii, Dalmati, & Fauſti*, cum officio, & Synaxario: quod Synaxarium unacum Menolog. Baſiliano prodiit Latine Tom. I. Aug. in Act. Sanct. ad diem 3. pag. 214. Dalmatii Acta Codic. Vatic. 1671. *βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου πρς ἡμῶν Δαλμάτου. οὗτος ὁ ὅσιος πατὴρ ἡμῶν Δάλματος ἦν ἐυσεβῶς ζῶν, ἐν στρατείᾳ καταλεγόμενος τῆς δευτέρας σχολῆς*: *vita & converſatio S.P.N. Dalmati. Iſte Sanctus P. N. Dalmatus pie vivebat, in militiam ſecundæ cohortis adſcitus*. Apud Bandur. Imper. Orient. pag. 697. ad 710. Act. Sanct. Tom. I. Aug. pag. 218. *Sanctus hic Dalmatius piis præditus moribus, quum militiæ nomen dediſſet, in ſecunda Schola Scholarius fuit.*

IV.

SEPTEM PUERI EPHESI.

Kalend. Moſcovit. *Sedmi Otrocob*: *Septem Pueri*. Poſſev. *SS. Septem Dormientium*. Papebr. *Eudocia*: *Septem pueri in Epheſo*. Ephemerides Metricæ.

Τῇ δὲ τετάρτῃ νεκροέγερτοι ξύνθανον ἑπτά.
Evigilant quarta ſeptem, paritorque quieſcunt.

Et hac die, & XXII. Octobris coluntur a Græcis ſeptem pueri in Epheſo, quos Latini *Dormientes* appellant, coluntque

XXVII. Julii, in nominibus aliquantum variantes a Græcis. Menæa: τῶν ἁγίων ἑπτὰ παίδων τῶν ἐν Ἐφέσῳ, *SS. Septem Puerorum Epheſi*, cum officio & Synaxario, in quo nomina eorum, Maximilianus, Exacuſtodianus, Jamblichus, Martinianus, Dionyſius, Joannes, & Conſtantinus. In Romano vero Martyrol. ad 27. Jul. *Maximianus*, *Malchus*, *Martinianus*, *Dionyſius*, *Joannes*, *Serapion*, *&* *Conſtantinus*. Græci iterum de iis agunt ad XXII. Octobris: Menologium autem Baſilianum, ad XXIII. Oct. dumtaxat. Vide obſervata ad XXII. Oct.

In Menæis hac die additur primo Synaxarium S. Eudociæ hoc titulo: ἡ ἀνακομιδὴ τῶν λειψάνων τῆς ὁσίας μητρὸς ἡμῶν καὶ Μάρτυρος Εὐδοκίας, *Translatio Reliquiarum S. Matris noſtræ & Martyris Eudociæ*: quod Synaxarium Latine redditum legitur in Act. Sanct. Tom. I. Aug. pag. 328. ubi dicitur Romana genere fuiſſe, ex Oriente oriunda, captaque a Perſis, in Perſarum regionem abducta: ibi captivos ad virtutem hortata, feminas etiam Perſicas complures ad Chriſtum convertiſſe: quare accuſata, nervis bubulis cæſa, & in carcerem conjecta, inde poſt 2. menſes ad judicem retracta, virgiſque cæſa, quoad carnes defluerent: rurſus in carcerem detruſa, poſt ſextum menſem educta, vincta, & nudata, arundinibus intexta, iiſque funiculis conſtrictis ita ut carnes ejus concerperent, demum ſuſpenſa, & funibus toto corpore circumdata, ſic, ut omnia ejus oſſa contererentur; cumque jam ſeminecem voceque defectam cernerent, capite eam obtruncarunt. Deinde Synaxarium de *S. Ja*, hoc elogio: „ Sanctæ Mart. Jæ, *& Sociorum ejus*; in quo di-
„ citur ſub Sapore Rege Perſarum, provectæ ætatis femina,
„ comprehenſa cum 9. millibus Chriſtianis captivis, a principi-
„ bus Magorum, variis tormentis & acerbis cruciatibus tradita:
„ cum quibus & ipſa conſtanter perſeverans, gladio tandem per-
„ cuſſa, martyrio coronata fuiſſe „. Menolog. Baſilianum ad hanc diem de Eudocia quidem ſilet: de *Ja* vero cum Sociis, eadem habet, quæ modo narrata ſunt. Ita ut Bollandianorum conjectura videatur mihi veri ſimillima, Eudociam ab Ja non eſſe diſtinguendam. Porro *Jæ* martyrium ex Cod. Vat. 1671. Græce & Lat. legitur in Act. Sanctor. Tom. I. Aug. ad diem 4. p. 329. Init. ἐν τῇ Πεντηκοστῷ (a) ἔτει τῆς Βασιλείας Σαβωρίου Περσῶν Βασι-

(a) Al. Πεντηκοστῷ ξ' ἴπῳ.

Βασιλέως: „ Anno Regni Saporis Perſarum Regis quinquageſi- „ mo, abiit ipſe Sapor in caſtra & in confinia Romanorum. Exſtat Syriace inter Acta Martyrum Orientalium, martyrium Sanctorum Captivorum, cujus init. *Annus agebatur tertius ſupra quinquageſimum, ex quo Perſarum Regnum inierat Sapor*. Tom. 1. pag. 134. Ubi in Admonitione obſervat meus ex ſorore nepos pag. 131. & ſeqq. inter eos martyres *S. Jam* fuiſſe, alio nomine *Eudociam* a Græcis appellatam.

V.

EUSIGNIUS.

Kalend. Moſcovit. *Muc. Euſygnia, martyris Euſignii*. Poſſevinus perperam, *S. Mart. Erenei, fortaſſe Irenæi*, pro, *Euſignii*. Slavicus noſter: *S. Mart. Euſignii*. Marmor Neapol. *S. Euſignii*. Papebr. *Euſignius martyr*: de quo Ephemer. Metricæ.

Πέμπτῃ Εὐσιγνίοιο κάρη κονίῃσιν ἐμίχθη.

Miſcetur caput Euſignii cum pulvere Quinta.

Martyr hic Antiochiæ fuit ſub Juliano: cujus Acta Græca Cod. Vatic. 866. fol. 256. incipiunt: *ἐπὶ τῆς ὑπατείας Ἄγνωνος, ϗ Ἰουλιανοῦ ἀνῃρέθη Κωνσταντῖνος ὁ καῖσαρ, ϗ ἐβασίλευσεν Ἰουλιανὸς ὁ Παραβάτης, ϗ ἦν διατρίβων ἐν τῷ Παλατίῳ Ἀντιοχείας. Sub conſulatu Agnonis & Juliani, ſublatus eſt Conſtantinus Cæſar, & imperabat Julianus Apoſtata, & degebat in Palatio Antiochiæ.* Pro Agnone & Juliano, Ἀρβητίωνος ϗ Διοκλητιανοῦ habet Lambecius lib. 8. pag. 103. *Sub conſulatu Arbetionis & Diocletiani ſublatus eſt Conſtantinus Cæſar, filius ſancti & magni Conſtantini, & imperare cœpit Julianus* VIII. *Id. Nov. Degebat autem in Palatio Antiocheno.* Omnia Aſyſtata. Quamobrem tamquam fabuloſa a Bollandianis hæc Acta ſunt rejecta pag. 71. Menæa ad 5. Aug. Προεόρτια τῆς ἁγίας μεταμορφώσεως τοῦ Χυ ϗ Θυ ϗ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ϗ τοῦ ἁγίου Μάρτ. Εὐσιγνίου: „ Profeſtus dies „ Transfigurationis Domini, Dei, ac Salvatoris noſtri J. C. & „ S. Euſignii mart. „ cum officio de utroque & Syn. de S. Euſignio mart. de quo & Menol. Baſil. ubi dicitur ex urbe Antiochia fuiſſe, Dux militiæ ſub Conſtantio patre magni Conſtantini, & vixiſſe uſque ad tempora Juliani Apoſtatæ, ſub quo poſt varia tormenta, caput ei amputatum. Martyr. Roman. „ Antiochiæ „ S. Euſignii militis, qui annum agens centeſimum decimum „ quum Conſtantini magni fidem, ſub quo militaverat, Julia-

„ no

„ no apoſtatæ exprobraret, eumque ut patriæ pietatis deſerto-
„ rem redargueret, ab eodem juſſus eſt capite cædi.

VI.

Transfiguratio Domini.

Vaticani Ruthenici, Slavicus noſter, Kalend. Moſcoviticum, Marmor Neapolitanum, Poſſev. & Papebroch. *Transfiguratio Domini*, Slavice, *Preobrazenie* (a) *Goſpodne*. Tabula Papebrochiana repræſentat Chriſtum Dominum in aëre ſtantem, radios ex corpore emittentem, a dextris Moyſen, a ſiniſtris Eliam. cum inſcriptionibus IC. XC. *Jeſus Chriſtus*, *Prorok Moſey*, Proph. Moſes, *Prorok Ilia*, Proph. Elias: Procumbentes in terra Petrum, Jacobum, & Joannem cum initialibus literis ad latera ſingulorum Apoſtolorum. Ephemerides Metricæ:

> Μόρφην ἀνδρομένην κατὰ ἕκτην Χριςὸς ἄμειψεν.
> *Humanam faciem Chriſtus ſexta variavit.*

Menæa: ἡ ἁγία Μεταμόρφωσις τοῦ κυ καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ιυ Χυ. *S. Metamorphoſis Domini, Dei ac Salvatoris noſtri J. C.* cum officio ſolemni, & Synax. in utroque Menol. Ita & in Rom. Martyrol. *In monte Thabor Transfiguratio D. N. J. C.* De qua Transfiguratione exſtant Sermones 1. S. Ephræm Syri: ἐκ τῆς χώρας θέρους χαρμονή. 2. Jo. Damaſceni, δεῦτε πανηγυρίσωμεν σήμερον. 3. Pantaleonis Diaconi Conſtantinopolitani, Αὐγὸς μὲν ἑωθινοῦ φωτὸς προηγούμενον. 4. Procli Conſtantinopolitani, ſeu Chryſoſtomi: δεῦτε φίλοι καὶ σήμερον. 5. Jo. Chryſoſtomi, ἐπειδὴ πολλὰ περὶ κινδύνων διελέχθη. 6. Ejuſdem, ἤκουσας ἀρτίως ἀγαπητὲ τοῦ δεσπότου Χριςοῦ λέγοντος. 7. Cyrilli Alexandr. εἰ μὲν ἐν εἰδότες ἀθλεῖν. 8. Andreæ Cretenſis, ὅσοι τῇ κενώσει τοῦ λόγου. 9. Anaſtaſii Synaitæ, ὡς φοβερὸς ὁ τόπος οὗτος. 10. Anaſtaſii Antioch. Archiep. ὁ φιλάνθρωπος Ἰησοῦς. 11. Baſilii Seleucien. ἥλιος ἄρτι κατὰ γῆν ἐπαφιεὶς τὰς ἀκτῖνας. 12. Jo. Chryſoſtomi, ἥλιος ἀνίσχων τὰς οἰκείας ἀκτῖνας. 13. Leonis Imperat. ἐπειδὴ φαιδρὰ καὶ θεῖα πανήγυρις. 14. Ejuſdem, πᾶσα μὲν σωτήριος ἑορτή. 15. Ejuſdem, τίς ἂν με πρὸς ὕψος τῶν Ἰησοῦ μυςηρίων ἄγοι; 16. Macarii Chryſocephali, Θεὸς κύριος ἐπ' ὄρους ἐπέφανεν. 17. Gregorii Palamæ, Ἠσαΐας ὁ προφήτης περὶ τοῦ εὐαγγελίου. 18. Ejuſdem, ἐπαινοῦμεν καὶ ἡμεῖς καὶ θαυμάζομεν. Famoſa eſt inter Græcos quæſtio de Lumine Thaborico: de qua quæſtione, de-

que

a Apud Falcon. pag. 122. *Preobxaxenie*, male.

que Gregorii Palamæ erroribus vide Allat. in Conſenſu lib. 2. cap. 16. a num. 4.

VII.

DOMETIUS.

Vaticani Ruthenici cum noſtro Slavico vacant ab hac die uſque ad IX. hujus. Kalend. Moſcoviticum. *Prepod. Muc. Dometiu*, *S. Mart. Dometii*. Poſſevin. *S. Mart. Diamedis*, pro *Dometii*. Marmor Neapol. *Dep. S. Dometii Confeſſ.* Depoſitio S. Dometii Confeſſoris. Papebroch. *Dometius*. Ephemerides Metricæ.

Σὺν δύσιν ἑβδομάτῃ μυσταῖς Δομέτιος ἐλεύθη.

Septima cum geminis myſtis Dometion affert.

cum duobus ſcil. diſcipulis ſuis: in Palæſtina monachus fuit, & ſub Juliano paſſus. Menæa: τοῦ ἁγίου ὁσιομάρτ. Δομετίου: *S. Sacromart. Dometii*, cum officio & Synax. Menol. Baſil. „ Martyr „ Chriſti Dometius, tyrannidem exercente Juliano Apoſtata, ex „ regione Phrygiæ fuit. Videns autem complures tyranno mo„ rem gerere, & in dies augeri eorum numerum, qui Chri„ ſtum ejurarent & idola colerent: moleſte id ferebat, animo „ angebatur, ſummaque triſtitia afficiebatur. Quadam igitur „ die quum ludi circenſes fierent, & ſacrificium immundis Dæ„ moniis offerretur, id tolerare nequivit; ſed divino zelo in„ flammatus, in medium ſpectaculum exſiliens, alta voce Apo„ ſtatam Julianum anathematizavit, idololatras conſputavit, „ & falſo nomine appellatos Deos riſit. Quamobrem compre„ henſus, arctiſque vinculis conſtrictus, præſidi traditur: quum„ que plurimis ſuppliciis tortus eſſet, in carcerem conjicitur; „ unde paucis poſt diebus extractus, compellebatur Chriſtum „ ejurare: Sed quum id facere recuſaret, gladio ſacrum illius „ caput amputatum fuit „. At in Menæis excuſis diverſa prorſus „ de Dometio narrantur. Dicitur enim gente Perſa fuiſſe tem„ poribus Conſtantini magni, & ab Agaro quodam fidem Chriſti „ edoctus, patriam ſuoſque reliquiſſe, & Niſibin ſeſe reci„ piens, baptizatus, & monachus factus: paſſus autem invidiam ab illis monachis, Theodoſiopolim perrexiſſe in monaſterium SS. Sergii & Bacchi, ſub regimine Archimandritæ Urbel: ibi factus Diaconus, quum eum Archimandrita Presbyterum facere voluiſſet, fugiſſe in montem Arbelæ, & in antro quodam vitam duxiſſe, multiſque patratis miraculis, nonnullos ad fidem Chri-

ſti

Digitized by Google

ſti adduxiſſe. „ Hæc vero quum Julianus apoſtata comperiſſet, „ eum unacum duobus ipſius diſcipulis lapidari juſſit„. Conſonat Romanum Martyrol. in quo ad 7. Aug. ſic legitur: *Niſibi in Meſopotamia S. Dometii monachi Perſæ, qui cum duobus diſcipulis ſub Juliano Apoſtata lapidatus eſt*. In prætermiſſis Tom. 2. Aug. die 7. pag. 181. „ S. Mart. Dometii ſub Juliano Apoſtata „ memoria cum elogio inſcribitur Menologio Baſilii Impera- „ toris. Martyr ille ibidem ſignatur & laudatur ad diem „ XXIII. Martii; idemque ipſius elogium jam pridem Græce „ editum fuit apud nos ad calcem Tom. 1. ejuſdem menſis „ pag. 871., Latine autem redditum Tom. 3. pag. 459. ad di- „ ctum diem: quo actum de illo Martyre fuit: ut mirum ſit elo- „ gium idem hodierna die (7. Auguſti) repeti „. Veriſſimum quidem eſt in Menol. Baſiliano idem elogium de S. Dometio legi ad 23. Martii pag. 26. & ad 7. Aug. pag. 195. Sed utrobique nulla fit diſcipulorum Dometii mentio, & idem ipſe dicitur ex *regione Phrygiæ* ortum duxiſſe, ut ſupra. In Menæis excuſis, (præter Dometium martyrem, Socium SS. Leontii, Ferentii ac Domnini, qui 16. Octobris colitur) triplex Dometii memoria occurrit; nimirum, 8. Decemb. *S. Dometius gladio conſummatur*, cum duobus verſibus: 8. Martii *Sanctus*, ὁ ὅσιος, *Dometius in pace conſummatur*, cum diſticho, & 7. Aug. *S. Dometius Perſa, monachus*, cum duobus diſcipulis, ut ſupra. Placet igitur Bailletii ſententia, qui die 5. Julii, duos Dometios ſolitarios, martyreſque ſub Juliano fuiſſe aſſerit. *Dometii Acta*: πολλὰ τὰ τοῦ βίου τερπνά. Cod. MS. noni ſæculi apud Bandur. ad Antiquit. Conſtantinopol. pag. 647.

VIII.

EMILIANUS.

Kal. Moſcovit. *Emiliani Iſpobid. Emiliani Epiſcopi*. Poſſev. *S. Ameliani*, pro, *Emiliani*. Papebroch. *Æmilianus, Epiſcopus Cyzici*. Ephemerides Metricæ.

Ὀγδόη Αἰμιλιανοῦ ὀστέα δέξατ' ἄρουρα.
Octava tellus oſſa excipit Æmiliani.

Menæa: τοῦ ἁγίου Αἰμιλιανοῦ Ἐπισκόπου Κυζίκου, *S. Æmiliani Epiſcopi Cyzici*, cum officio, & Synaxario, in quo dicitur, pro Sacris Imaginibus ſub Leone Imp. multa paſſus, coronam confeſſionis accepiſſe, & in pace quieviſſe. Ita & Menol. Baſilianum. De eodem Martyrol. Romanum: *Cyzici in Helleſponto S. Æmiliani*

liani Epiſcopi, qui pro ſacrarum Imaginum cultu a Leone Imp. multa paſſus, demum in exilio vitam finivit. Claruit ſub Leone Armeno qui imperavit ab ann. 813. ad 820. uti oſtendunt Bollandiani ex vita S. Niceph. Patriarchæ Conſtantinopol. ad VIII. Martii, Tom. 2. Aug. pag. 353.

IX.

APOSTOLUS MATTHIAS.

Vaticanus Ruthenicus primus: *Matthiæ Apoſtoli*. Secundus cum Slavico noſtro vacat. Kalendarium Moſcoviticum: *Apoſtola Mattia*, *Apoſtoli Matthiæ*. Poſſevinus: *S. Apoſt. Matthæi*, pro, *Matthiæ*. Papebrochius: *Matthias*; Ephemerides Metricæ:

Ἠρ̈θη ἀμφ' ἐνάτῃ ξύλῳ ἰύθεος Ματθίας.
Matthias nona ligno ſuſpenditur alto.

Menæa: τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Ματθία, *Sancti Apoſtoli Matthiæ*, cum officio, & Synaxario. „ Hic erat unus ex LXX. & connu-„ meratus eſt cum XI. Apoſtolis in locum Judæ Iſcariotæ. Præ-„ dicavit autem Evangelium in Æthiopia ulteriore, & multa „ ab iis paſſus, ſpiritum Deo tradidit „. Colitur a Latinis 24. Februarii. In Matthiam Apoſtolum encomium auctore Niceta Paphlagone: πῶς δεῖ ἄρα τὸν ἱερὸν Ματθίαν, Græce & Latine in Auctar. Combefiſ. noviſs. pagin. 422. Græce apud Lambec. Tom. VIII. pag. 124.

X.

LAURENTIUS.

Vaticani Ruthenici cum Slavico noſtro vacant. Kalendarium Moſcoviticum: *Archid. Laurentia*, *Archidiaconi Laurentii*. Poſſevinus: *S. Laurentii Mart.* Papebrochius: *Laurentius*. Marmor Neapolitanum: *Paſ. S. Laurentii*. Ephemerides Metricæ.

Ὤπτησαν δεκάτῃ Λαυρέντιον ἦύτε ἰχθὺν
Eſt aſſus decima piſcis Laurentius inſtar.

Menæa: τοῦ ἁγίου Μάρτ. καὶ Ἀρχιδιακόνου Λαυρεντίου, *S. Mart. & Archidiaconi Laurentii*, cum officio, & Synaxario, in quo de SS. Laurentio Archidiacono, deque Xyſto & Hippolyto, quemadmodum & in Menologio Baſiliano. „ Erant iſti temporibus „ Decii Imperatoris. Et Xyſtus quidem Athenis natus, ubi „ Philoſophiæ ſtudiis operam navavit. Romam vero profe-„ ctus, poſt Stephani ſacri Martyris obitum Epiſcopus con-

„ ſecratur. Quumque quas habebat Eccleſiæ pecunias, paupe-
„ ribus per Laurentii Diaconi manus diſtribuiſſet, ait illi:
„ Laurenti, cras Decio trademur ad examen. At juxta ejus
„ prædictionem detentus, minimeque inductus, ut Idolis ſa-
„ crificaret, capite fuit obtruncatus. Delatus etiam Lauren-
„ tius, quum ſacram ſupellectilem ab eo poſtularent, impo-
„ nens ipſe ſuper currus claudos mancoſque, quibus pecuniam
„ erogaverat, ante Imperatorem adduxit, dicens: hi ſunt,
„ qui pecuniam cuſtodiunt. Tunc ſuper candentium carbonum
„ cratem extenſus, tradidit ſpiritum. Sanctus vero Hippoly-
„ tus eorum aſſumens reliquias atque ſepeliens, captus fuit,
„ & alligatus ad indomitos equos, raptatus conſummatur „.
In Synaxario Menæorum, præter fabulam de impoſitis currui claudis & mancis adductiſque a Laurentio ad Decium, aliæ etiam fabulæ de bello Decii adverſus Perſas, deque interitu Decii, & Valeriani, quæ fabulæ a Bollandianis refutantur ad VI. Auguſti, ubi de martyrio Sancti Xyſti Papæ. Acta Græca SS. Laurentii Diaconi, Xyſti Papæ, & Hippolyti Tribuni: *τὰς μεγάλας τῶν Μαρτύρων*, MS. Lambec. VIII. pag. 124. Alia: *ὅυτοι οἱ ἅγιοι γεγόνασιν ἐπὶ δεκίου τοῦ Βασιλέως*, Lambec. VIII. pag. 121. quæ etiam in Menæis excuſis leguntur. Pulcheria Auguſta erexit Conſtantinopoli Baſilicam Sancti Laurentii, in eaque ejus Reliquas atque Agnetis Roma petitas unacum Sancti Stephani collocavit, ut ſcribit Theodorus Lector lib. 2. Eandem Baſilicam Juſtinianus Imp. amplioribus ſpatiis auxit, Phocopio teſte l. 1. ædific.

XI.

Euplus.

Vaticani Ruthenici cum Slavico noſtro vacant ab hac die uſque ad 14. hujus. Kalendarium Moſcoviticum: *Archidiacona Eupla*, *Archidiaconi Eupli*. Poſſevinus: *S. Mart. Euplii*, pro, *Eupli*. Papebr. *Euplus*. Marmor Neap. ad diem XII. hujus: *Nat. S. Eupli Mart.* Ephemer. metricæ.

Πλήγη ἑνδεκάτῃ ξίφει Εὔπλος κοπιέντι
Undecima gladio findenti ſubditur Euplus.

Martyr Siculus ſub Diocletiano, Latinis *Euplius*, ſed die ſequenti. Menæa: *τοῦ ἁγίου Μάρτ. Εὔπλου*, *S. Mart. Eupli*, cum officio, & Synaxario in utroque Menologio. Acta Græce: *κατὰ τοὺς καιροὺς Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ*. Apud Coteler. Tom. I.

Monu-

Monument. Eccl. Græcæ, pag. 194. Græce & Latine. Alia: τοῖς κυρίοις ἡμῶν Διοκλητιανοῦ τὸ ἔννατον, Græce & Latine ibid. pag. 192. *Diocletiano octies, & Maximiano ſepties Coſſ.* apud Baron. ad annum 303. num. 146.; & in Act. Sanctor. Tom. 2. Auguſti ad XII. diem pag. 721. Epitome ejus martyrii: ὁ ἅγιος Μάρτυς Εὔπλος ἦν ἐπὶ Διοκλητιανοῦ τοῦ Βασιλέως ἐκ τῆς πόλεως κατάνης, Διάκονος, Lambec. VIII. pag. 126.

Culcin. ad XI. Aug. pag. 35. de SS. Theodoro, & Baſilio Monachis, Cryptenſibus ad Kioviam, ex Anthologio, Uſtavo, & Vitis Patrum Cryptenſium. „ Theodorus vir in ſeculo di- „ ves, cogitans noviſſima, diſtribuit opes templis pauperi- „ buſque; & profeſſus inſtitutum monaſticum in PieczarenſiCœ- „ nobio, ſanctam vitam ducebat, habitans penes ſpeluncam „ a Varagis olim excavatam. Habuit ipſe ſibi apprime carum „ ſocium nomine Baſilium monachum, qui quum quodam tem- „ pore è Cœnobio juſſu Hegumeni diſceſſiſſet, Dæmon na- „ ctus opportunam occaſionem, indutus perſonam Baſilii, ac- „ ceſſit Theodorum, ſuaſitque eidem, ut impetraret ſibi a „ Deo inventionem alicujus theſauri pro erigendis templis, „ ſubveniendiſque egenis. Placuit Theodoro conſilium Baſi- „ lii, quem eſſe verum ſuum ſocium exiſtimabat: quumque „ ſolitis peractis precibus obdormiſſet, ecce videt Angelum „ (malus genius hic fuit) oſtendentem locum in ſpelunca Va- „ ragorum, docentemque ibidem eſſe theſaurum abſcondi- „ tum. Credidit ex ſimplicitate Theodorus, & revera egeſta „ humo, ingentem auri argentique copiam invenit. Dum „ cogitabat, quid faceret cum theſauro, rediit interea verus „ Baſilius, qui videns Theodorum totum cogitabundum, ſu- „ ſpicatus, aliquam in animo ejus latere adverſitatem, dixit: „ Quid tibi frater? cur turbatum te video? Obſtupuit ipſe ad „ hanc petitionem, reſponditque admirabundus: At tu cur „ me ludis? tu enim mihi author fuiſti, ut impetrarem a Deo „ inventionem ejus. Expavit ad hæc verba Baſilius, & ſtatim „ repoſuit: ſeductus es, frater mi, ab infernali ſupplantato- „ re, qui meam fingens perſonam, peſſima tibi ſuggeſſit con- „ ſilia: tota enim, ſi vis, communitas teſtabitur, me hiſce „ diebus longe abfuiſſe a Cœnobio. Pœnituit Theodorum er- „ roris, quem ex ſimplicitate commiſerat, & idcirco cadens „ in terram, ploravit diu. Quem tandem quum ſublevaſſet

Digitized by Google

„ Baſilius, verbiſque conſolatoriis, dolentem animum confor-
„ taſſet, intravere ambo in ſpeluncam Varagorum, ſed nec
„ theſaurum, nec locum ejus invenere. Rediit ad cellam
„ Theodorus, & longe cautior in poſterum vixit: nec enim
„ admittebat quemquam in cubiculum, niſi prius ſolitam ad
„ januam recitaret jaculatoriam: Precibus Sanctorum Patrum
„ noſtrorum Domine Jeſu Chriſte miſerere nobis. Adauxit
„ quoque ſibi labores, & abſolutis conſuetis exercitiis, reli-
„ quum quod ſupererat temporis conſumebat diu noctuque in
„ frendendis ſaxo frugibus. Semel Procurator Cœnobii adve-
„ xit ei quinque ſaccos tritici, & Theodorus canens Pſalmos
„ ac laborans, quum fatigatus tantiſper quieviſſet, en audit
„ noctu ingentem rumorem, & intelligens quid eſſet, jubet
„ dæmonem molere triticum, qui obediens tota nocte molam
„ movebat cum tanta celeritate, ut mane facto invenerit Theo-
„ dorus quinque ſaccos impletos farina. Sentiens tamen pon-
„ dus ſenectutis Theodorus, voluit ſibi conſtruere novam
„ cellam ex lignis, quæ in montem comportari curavit, & fa-
„ bros lignarios conduxit: at dæmon noctu præcipitavit ligna
„ deorſum. Videns ſummo mane Theodorus trabes in ripa
„ Boryſthenis jacentes, deſcendit è monte, ac alta voce dæmoni
„ præcepit, ut rurſus in ſuum locum eas reportaret. Satis fa-
„ ctum precepto: nam nocte ſequenti viſa ſunt ligna in ſuo loco
„ jacere. Exſtructa ſibi cella Theodorus, & aliquot aliis pro-
„ pter nonnullos confratres adjunctis, vivebat in pace: quam
„ tamen interrumpens veterator antiquus, aſſumpto Baſilii
„ habitu, acceſſit Principem Mſtislaum filium Svatopelci, &
„ dixit: Theodorus meus ſocius invenit magnum theſaurum
„ in ſpelunca per Varagos olim excavata: animadverte ergo
„ in ipſum, & ditabis ærarium tuum notabili auri argentique
„ acceſſione. Erat Mſtislaus juvenis ferox, opumque cupi-
„ dus. Actutum igitur juſſit vocari Theodorum, quem blan-
„ de alloquens, ſciſcitabatur de theſauro, orabatque, ut ſuo
„ ærario reſtitueret. At quum Theodorus reſponderet, ap-
„ ruiſſe quidem ſibi theſaurum, ſed hanc fuiſſe illuſionem dia-
„ bolicam; Princeps haud præbens dictis fidem, juſſit venire
„ Baſilium, qui quum confirmaret dicta Theodori, inſurrexit
„ Mſtislaus: quid mentiris, ſordide ſenecio? Nonne paucis
„ ab hinc horis ſponte huc veniſti, & ſocium tuum incuſans,
„ inven-

,, inventum ab eo theſaurum palam aſſeruiſti? Subridens ad
,, hæc Baſilius, reſpondit: Dæmon proculdubio mentitus
,, eſt meam perſonam, ut te ſeduceret, & me cum meo con-
,, fratre in aliquam ærumnam gravem conjiceret. Tergiverſa-
,, tionem hanc eſſe inclamans Mſtislaus, juvenili ſuccenſus fu-
,, rore, juſſit utrumque vinculis mancipari, & carceri includi.
,, Triduo innocui Monachi ſine cibo & potu horridas inter te-
,, nebras exacto, iterum conducti ad Principem, jubente ipſo,
,, exquiſitis cruciati fuere tormentis; quæ quum illi forti ani-
,, mo ſuſtinuiſſent, Princeps præ ira impotenti, arripuit te-
,, lum, vulnuſque inflixit Baſilio. At vir ſanctus extrahens
,, telum è vulnere, dixit: Scito Princeps, te pauco poſt tem-
,, pore ictu ſagittæ periturum. Magis offenſus his verbis Mſtis-
,, laus, juſſit atrociores parari cruciatus, & Monachos interea
,, reduci in carcerem: in quo illi tota nocte orantes, animas
,, ſanctas Deo reddiderunt. Venientes è Cœnobio Monachi,
,, tulerunt ſacras exuvias, & reverenter eas componentes, ho-
,, norifice in Cryptis ſepeliverunt. Expletum fuit paulo poſt
,, vaticinium Baſilii: nam Mſtislaus pugnans cum Davide Ihori-
,, de prope urbem Uladimiriam, percuſſus ſagitta, & ſentiens
,, vulnus mortale, ingemuit, dixitque: En morior pro mor-
,, te injuſte illata ſanctis Monachis Baſilio & Theodoro. Cum
,, his vocibus animam exhalavit,,. Hæc Culcinius. In Præter-
miſſis Tom. 2. Auguſti ad XI. diem pag. 607. ,, Beatiſſimi
,, P. N. Theodori & Baſilii Petſchiuricorum, paſs. Kioviæ ob
,, theſaurum a Principe Mſtislavo, Sviatopolski filio. Legi-
,, tur ita in noſtro Menologio MS. Slavo-Ruſſico Sparwenfel-
,, diano. Plura de his neſcimus ex aliis hoc die Faſtis ſacris,
,, præter hoc unum, quod in Synaxario Ruthenorum MS. pe-
,, culiari Diœceſis Kioviensis, a noſtro P. Georgio David huc
,, miſſo, aliter ſignetur Memoria *VV. PP. NN. Theodori & Ba-*
,, *ſilii Peczerienſium Monachorum*.

XII.

Photius. Nicetas.

Kalendarium Moſcoviticum: *Mutzenica Photia*, *Mart. Photii*. Ita & Poſſevinus: *S. Mart. Photii*. Papebrochius: *Photius. Nicetas*. A Græcis *Anicetus* appellatur pro *Niceta*; & a Latinis *Photinus*; pro *Photio*. Menæa: τῶν ἁγίων Μαρτύρων Φωτίου καὶ Ἀνικήτου, *SS. Martyrum Photii & Aniceti*, cum

offi-

officio, & Synaxario in utroque Menologio. Paſſi Nicomediæ ſub Diocletiano. Martyrologium Romanum ad XII. Auguſti: *Nicomediæ SS. Martyrum Aniceti Comitis, & Photini ejus fratris, cum aliis pluribus ſub Diocletiano.* In Menologio Baſiliano *Photius* dicitur Nicetæ ex fratre vel ſorore nepos. Acta Græca *Photii, Aniceti & ſociorum*, ἔτυς δευτέρυ Διοκλητιανῦ, Græce, & Latine apud Bandur. Antiqu. Conſtantinop. pag. 647. Alia: Διοκλητιανῦ τῦ βασιλέως ἐν Νικομηδείᾳ, Lambec. Tomo VIII. pag. 127. Græce, & Latine in Act. Sanct. Tom. 2. Auguſti pag. 707.

XIII.

Kalendarium Moſcoviticum: *Prepod. Maxima, S. Maximi.* Poſſevinus: *S. P. Maximi.* Papebrochius: *Maximus.* Ephemer. Metricæ.

Μαξίμυ ἀμφὶ τρίτῃ δεκάτῃ νεκρὸς μετέθηκε

Tertia poſt decimam te nobis, Maxime, transfert.

Menæa: μνήμη τῦ ὁσίυ πρς ἡμων Μαξίμυ, τῦ ὁμολογητῦ. ἡ τύτυ ἀκολυθία ἐγράφη ὄπισθε ἐν τῇ ιβ΄. διὰ τὸ ἀποδίδοσθαι ἐνταῦθα τὴν ἑορτήν. *Commemoratio S. P. N. Maximi Confeſſoris, cujus officium ante eſt ſcriptum ad diem* XII., *propterea quod hic de Feſto agitur.* Subjicitur Synaxarium, quod iiſdem verbis habetur in Menologio Baſiliano Tom. 3. pag. 201. ad diem XIII. Auguſti cum hac epigraphe: ἡ μετάθεσις τῦ λειψάνυ τῦ ὁσίυ πρς ἡμῶν Μαξίμυ τῦ ὁμολογητῦ, *Translatio Reliquiarum Sancti P. N. Maximi Confeſſoris.* Martyrologium Rom. „ Conſtantinopoli Sancti Maximi Monachi, doctrina, & zelo catholicæ veritatis inſignis, qui quum adverſus Monothelitas ſtrenue decertaret, a Conſtante Imp. hæretico præciſis manibus ac lingua, in Cherſoneſum relegatus, reddidit ſpiritum. Tunc etiam duo Anaſtaſii ejus diſcipuli, aliique plures diverſa tormenta & dura exilia ſunt experti „. Maximi Homologetæ, qui anno 662. obiit, Vita: καὶ πάλαι [al. πάντων] μεν τῶν κατὰ Θεὸν πολιτευσαμένων ὁ βίος λυσιτελὴς καὶ ὠφέλιμος, auctore Anaſtaſio Apocriſario, Maximi diſcipulo. Græce & Latine Tom. 1. Operum ejuſdem Sancti Maximi ex edit. Combefiſii, qui Latine vertit pag. 1. ad 28. Pariſ. 1675. Acta & Collationes, ſive Relatio motionis factæ inter Sanctum Maximum & ſocium ejus, atque Principes in Secretario: τῇ ἡμέρᾳ, ᾗ προσωρμίσθησαν, ante Tom. 1. Operum Sancti Maximi pag. 29. ad 86.

Græce.

Græce & Latine. *Epitome certaminis*: ὁ ὅσιος καὶ τρισμακάριστος πατὴρ ἡμῶν Μάξιμος, MS. Lambec. Tom. VIII. pag. 127. Officium SS. Maximi & Anaſtaſii ex Menæis XIII. Aug. pag. 87. ad 106. ante Tom. I. Operum S. Maximi.

XIV.

PROPHETA MICHÆAS.

Vaticani Ruthenici vacant. Slavicus noſter. *S. Hieromartyris Marcelli Epiſcopi, & Profeſtus dies Dormitionis S. Deiparæ*. Kalend. Moſcovit. *Proroka Michea, Prophetæ Michææ*. Ita & Poſſev. & Papebr. Ephemerides metricæ.

Μιχαίας δεκάτῃ ξύλῳ ἤρθη ἠδὲ τετάρτῃ.

Michæas decima ligno quartaque pependit.

Menæa: Προεόρτια τῆς κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, καὶ τοῦ ἁγίου Προφήτου Μιχαίου: *Profeſtus dies Dormitionis Sanctiſſimæ Deiparæ: & S. Prophetæ Michææ*: cum officio de utroque: & Synaxario de Michæa, de quo Menol. Baſilianum ad V. Januarii, & ad XXI. Aprilis cum Synaxario; Latini vero in Martyr. Rom. ad XV. Jan. hoc elogio: „ In Judæa Sanctorum Habacuc & Mi„ chææ Prophetarum quorum corpora ſub Theodoſio ſeniore di„ vina revelatione reperta ſunt „ quemadmodum ſcribit Sozom. lib. 7. capit. ultim. & S. Hieronymus cap. 27. ait, ſepulcrum quondam Michææ Moraſthi poſitum, mutatum fuiſſe in Eccleſiam, quam ſancta Paula [ut ſcribit] inviſit religionis ergo.

In Menæis & in Menol. Baſiliano ad hanc diem legitur etiam Synaxarium *de S. Marcello Apameæ Epiſcopo*: de quo & Martyr. Rom. ad eand. diem XIV. Aug. „ Apameæ in Syria „ S. Marcelli Epiſc. & Mart. qui quum Jovis delubrum diruiſ„ ſet, a furentibus gentilibus occiſus eſt „. Ejus Acta deſcribit Sozom. lib. 7. cap. 15. Theodoretus lib. 5. cap. 21. Paſſus eſt anno XI. Theodoſii Imp. Extant Græca ejuſdem Acta γενόμενοι πολλάκις καὶ τοῖς ἀπὸ γῆς. MS. Lambec. VIII. pag. 128. & Bandur. Antiquit. Conſtantinop. pag. 647.

XV.

DORMITIO DEIPARÆ.

Vaticani Ruthenici, Slavicus noſter, Kalendarium Moſcoviticum, & Tabulæ Papebrochianæ, *Uſpenie Bogorodiczi, Dormitio Deiparæ*, quæ Latinis dicitur, *Aſſumptio Sanctiſſimæ Dei genitricis Virginis Mariæ*. Marmor Neap. *Adſumptio Sanctæ Mariæ*. Menæa: ἡ κοίμησις τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεο-

Digitized by Google

Θεοτόκου, *Dormitio Sanctiſſimæ Dominæ noſtræ Deiparæ*, cum officio ſolemni, & Synaxario in utroque Menologio. Ephemerides metricæ.

Ζῇ ἀεὶ θεομήτωρ κἂν δεκάτῃ θάνε πέμπτῃ.

Mortua non moritur decima quintaque Maria.

Culcinius pag. 91. „ Adeſt in meo Anthologio pulchra Imago: „ In medio conſpicitur Sacrum Corpus ſuper feretro jacens, „ quod Petrus thurificat, alii vero Apoſtoli circumſtant lugen- „ tes. Deſuper cernitur Chriſtus tenens animam Matris ſuæ „ (*in forma puellulæ*) aëra vero nubeſque occupant Chori An- „ gelorum. Ab utroque Imaginis latere adſunt quatuor mino- „ res imagunculæ. In prima, Virgo fidei magiſtra docet ex „ Cathedra Apoſtolos. In ſecunda decumbens in lecto, extre- „ mam impertitur benedictionem iiſdem Apoſtolis, qui ejus „ pedes devote oſculantur. In tertia ferunt Apoſtoli ſacrum „ Corpus jam exanime, quod dum vult e feretro dejicere qui- „ dam temerarius Hebræus, Angelus vibrato ictu, utramque „ manum ei amputat. In quarta Virgineum corpus ab Angelis „ in aëra tollitur. Apoſtoli vero vacuum reperientes loculum, „ mirantur, ſtupentque, & ſindonem cum reliquis veſtibus, „ pro documento aſſumptionis in cœlum animæ & corporis „ Deiparæ, ad Eccleſiam referunt „. Exſtant de eadem celebritate plures Græcorum ſermones, quos recenſet Fabricius Tom. 9. Bibl. Græcæ pag. 116. & ſeq. nimirum I. Modeſti Patr. Hieroſol. ἄφατος ἡ πανίερος γνῶσις τῶν σεπτῶν. Bibl. Coislin. pag. 389. II. Juvenalis Hieroſolym. apud Niceph. XV. cap. 14. III. Jo: Damaſceni ἔθος ἐστὶ τοῖς ἐρωτικοῖς. IV. ejuſdem, ἔστιν μὲν ἀνθρώπων οὐδεὶς. V. ejuſdem, μνήμη δικαίων μετ' ἐγκωμίων. VI. Iſidori Theſſalonicen. εἰ δὲ οὐρανοῦ κάλλους καὶ αὐγὴν ἡλίου. VII. Joannis Metrop. Euchaitor. ἐπὶ τὴν μητέρα τοῦ λόγου μετὰ τὸν λόγον ὁ λόγος. VIII. Jo. Geometræ. θαῤῥεῖν μὲν τὸν λόγον ἐπ' ὀλίγον. IX. Leonis Imp. μητρὸς Θεοῦ ἑορτὴν τιμῶμεν. X. Andreæ Cretenſis, καλεῖ πάλιν ἡμᾶς τὸ συνεχές. XI. ejuſdem, μυστήριον ἡ παροῦσα πανήγυρις. XII. ejuſdem, οἱ τὴν ἐν πνεύματι θεωρίαν τῇ αὐλῷ. XIII. ejuſdem, ὅσοι τὸ σεπτὸν τοῦτο. XIV. Simeonis Metaphraſtæ. οἱ κατὰ καιρὸν πεντηκοστῆς. XV. Germani Patr. Conſtantinop. ὁ χρεωστῶν πάντοτε τὸν ἴδιον. XVI. ejuſdem, πανσάλευσαν τῶν αἱρετικῶν οἱ ἀμαθεῖς. XVII. ejuſdem, φήμη καλὴ καὶ ἀγαθὴ λιπαίνει κατὰ τὸ γεγραμμένον ὀστᾶ. XVIII. Anonymi,

nymi, περὶ τῆς ἐν χρόνῳ μὲν γενομένης ἀκεραίας διαλύσεως, αἰωνίου δὲ εἰς οὐρανοὺς ἀναλήψεως. Demum narratio Apocrypha, τῆς ἁγίας ἐνδόξου θεοτόκου, falſo tributa Sancto Joanni Apoſtolo.

XVI.

Non manufacta Imago Domini.

Vaticani Ruthenici: *Diomedis Martyris, & Translatio Imaginis non manufactæ Chriſti Domini ex urbe Edeſſa*. Slavicus vacat. Kalend. Moſcov. *Nerukotvor Obraza, Non manufacta Imago*. Poſſev. perperam: *Beatæ Veronicæ*. Papebrochius & Culcin. *Nerukotvorenny Obraz. Diomid. Non manufacta Imago. Diomedes*. Idem Culcinius pag. 90. XVI. Aug. *Premeſenie*, ideſt, *Translatio non manufactæ Imaginis D. N. J. C., quæ eſt eadem ac ſacra Sindon*. Fallitur, ſi intelligat Sindonem ſepulcralem. Verum dicit, ſi deſignet *Velum* ſeu *Sudarium*, in quo dicitur Chriſtus Dominus faciem ſuam expreſſiſſe. Pergit loc. cit. Culcinius. *Hæc autem fuit translata Edeſſa Conſtantinopolim anno 992. curante Romano Porphyrogenito Imp.* Alter hic error eſt Culcinii. Translatio enim illa contigit non anno 991. neque Romano Porphyrogenito curante; ſed anno 944. curante Conſtantino Porphyrogenito, quemadmodum tum in Synaxariis, tum in Hiſtoria illius Translationis narratur. Vide Baron. & Pagium ad ann. 944. Menæa: ἡ ἐξ Ἐδέσσης ἀνακομιδὴ τῆς ἀχειροποιήτου εἰκόνος τοῦ Χυ̃ ἡμῶν Ιυ̃ Χυ̃, ἤτοι τοῦ ἁγίου μανδηλίου: καὶ τοῦ ἁγίου Μάρτ. Διομήδους: *Translatio ex Edeſſa, non manufactæ Imaginis Domini noſtri Jeſu Chriſti, ideſt Sancti Sudarii. Item Sancti Mart. Diomedis*. Ephemerides metricæ de S. Diomede:

> Ἕκτῃ καὶ δεκάτῃ νέκυς ἐτμήθη Διομήδους.
> *Scinditur ad decimam ſextam corpus Diomedis.*

Synaxarium in utroque Menol. de Diomede paſſo Nicææ ſub Dioclet. de quo & Martyrol. Rom. ad XVI. Aug. „ Nicææ in „ Bithynia S. Diomedis medici, qui in perſecutione Diocletia„ ni pro Chriſti fide gladio cæſus Martyrium complevit „. Acta Græca, ἄξιον μὲν ἔχει θαύματος, apud Bandur. Antiquit. Conſtantinop. pag. 648. Alia: χθὲς ἡμᾶς ἡ πανύμνητος, MS. Lambec. VIII. pag. 199. Alia: ὁ ἅγιος Μάρτυς Διομήδης, Lambec. VIII. pag. 199. Encomium in eundem S. Diomedem, Maximi Planudæ: ἐμοὶ δὲ ὑποχρίσει Διομήδην τὸν μέγαν, Lambec. IV.

pag. 57. Eccleſiam S. Diomedis a Conſtantino magno ædificatam ſcribit Codinus pag. 51. E. R. exinde Baſilius variis donis ac reditibus exornavit, uti Porphyrogen. in ejus vita cap. 52. & Scylitzes pag. 586. E. R.

Menologium Baſilianum de Translatione non manufactæ Imaginis ſilet. In Menæis excuſis agitur officium cum Synaxario, cui præmittuntur hi verſus.

Ἐν σινδόνι ζῶν ἐξεμάξω σὴν θέαν,
Ὁ νεκρὸς εἰς δὺς ἔσχατον τὴν σινδόνα.
Ἀχειροτεύκτον χειροτεύκτος σὸν τύπον,
Φέρει κέραμος παντοτεύκτα Χριστέ μου.
In Sindone vivens expreſſit ſuum vultum,
Ille qui mortuus induit funeralem Sindonem.
Non manufactæ tuæ o Chriſte effigiei,
Refert manufactum linteum veram expreſſionem.

Narratio de Imagine Chriſti ab ipſo ad Abgarum [Edeſſæ Regem] miſſa, & Edeſſa Conſtantinopolim translata anno 944. *διήγησις περὶ τῆς πρὸς Αὔγαρον ἀποσταλείσης ἀχειροποιήτου θείας εἰκόνος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν*, Conſtantino Porphyrogenito auctore, *οὐκ ἄρα μόνος ἀκατάληπτος ἦν*. Græce MS. Lambec. VIII. pag. 195. Latine apud Lipom. & Sur. ad 16. Auguſti. Græce & Latine apud Combefiſ. in faſciculo Originum & Antiquitatum Conſtantinopol. pag. 75. ad 101. Pariſ. 1664. In eandem non manufactam Imaginem: *παράδοξος ἡ πανήγυρις*, Georgii Archidiaconi & Referendarii magnæ Eccleſiæ apud Allat. de Simeon. pag. 105. In Imaginem translatam a Germano Patriarcha Conſtantinopolitano, *τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ Πατριάρχου Γερμανοῦ*, Bibl. Coislin. pag. 414.

XVII.

MYRON.

Ruthenici Vaticani, & Slavicus noſter vacant. Kalendar. Moſcovit. *Muc. Myrona*, *Mart. Myronis*, Poſſev. *S. Mart. Myroni*. Papebr. *Myron.* Ephemer. metricæ.

Ἑβδομάτῃ δεκάτῃ Μύρωνα τάμε ξίφος ὀξύ.
Enſe Myrona ferit decimæ quæ ſeptima lux eſt.

Menæa: *τοῦ ἁγίου Μάρτ. Μύρωνος*, *S. Mart. Myronis*, cum officio & Synaxario, in quo dicitur Presbyter Eccleſiæ in Achaja, ſub Decio Imp. & Antipatro præſide gladio cæſus. Martyr. Rom. „ In Achaja S. Myronis Presbyteri & Mart. qui ſub Decio Imp.

„ & An-

Digitized by Google

„ &Antipatro præſide,poſt multa tormenta Cyzici capite truncatus eſt„. Menologium Baſilianum de eo agit ad diem antecedentem. Papebrochius not. in Auguſtum metricum Græcorum, *Epiſcopus Martyr in Cypro*: fallitur: fuit *Presbyter*, non Epiſcopus, neque in Cypro, ſed in Achaja, & paſſus Cyzici. Myronis ſub Decio Presbyteri Achajæ Acta Græce: ἔτους ζ'ἰτα ἀνθυπατεύοντος Ἀντιπάτρου, apud Bandur. Antiquit. Conſtantinopolit. pag. 647. Alia: ὁ ἅγιος Μάρτυς τοῦ Χριστοῦ Μύρων, apud Lambec. VIII. pag. 200.

Culcinius pag. 38. ad XVIII. Auguſti, de Sancto Alypio, quem Ruſſi *Alimpium* vocant, Monacho Cryptenſi, ex Uſtavo & Vitis Patrum Cryptenſium hæc tradit. „ Sub Hegumeno Cœnobii Pieczarenſis (a) Nicone oblatus a parentibus hic Alimpius adhuc puer aliquibus Monachis pictoribus, ut artem ab ipſis diſceret, non ſolum picturæ, ſed & monaſtici inſtituti regulas facile didicit. Hinc amplexus vitam regularem, & animam ſuam virtutibus ornabat, & ut cultum accreſceret pauperioribus Eccleſiis, pingendo Imagines, aſſidue laborabat. Diſtributionem temporis pulcherrime obſervabat: nam & choro, ceteriſque communibus exercitiis ſatisfaciebat: & quieti tempus ſurripiens, Imagines pingebat. Longo temporis tractu judicavit Præpoſitus Alimpium eſſe digniſſimum gradu Sacerdotali, ad quem humilis Dei Servus ex obedientia promotus, longe altiora perfectionis monaſticæ faſtigia petebat. Contigit ſemel quendam paralyticum advectum fuiſſe ad cœnobium, quem videntes monachi nonnulli, & commiſerantes, rogarunt Alimpium, ut ipſum ſanaret. Humilis Servus Dei etſi longas feciſſet excuſationes, tamen victus precibus, linivit faciem & pectus infirmi coloribus, quibus pingebat, & ſanum domum remiſit. Incláreſcente fama de ſanctitate Alimpii, vir quidam nobilis exſtructo novo Templo, voluit in illo habere opus Alimpii, ſcilicet Imaginem Deiparæ. Idcirco duobus monachis ſibi familiaribus dedit pro hac re notabilem pecuniam, qua illi pro uſu proprio retenta, nil dixerunt Alimpio. Quum vero immineret feſtivitas ſolemnis Dormitionis Deiparæ, & vir nobilis promiſſio-

 „ nem

(a) Hic fuit diſcipulus Sancti Antonii, qui obiit anno 1073. Vide ſupra ad 14. Maji & 10. Julii.

„ nem duorum monachorum fruſtrari, imaginemque ab Alim-
„ pio tranſmitti haud ſperaret, adit Hegumenum, eoque co-
„ ram conqueritur. Vocatur Alimpius, vocantur & monachi
„ teſtes falſi ac malitioſi contra ipſum: quos ille confundere
„ nolens, pollicetur ſe paraturum pro feſto imminenti Imagi-
„ nem. Acceptatur promiſſio. Interea lethaliter decumbit
„ Alimpius. Quis pinget Imaginem? Ecce adeſt Angelus in per-
„ ſona juvenis, qui præſente Alimpio pingit & abſolvit Imagi-
„ nem: quam Alimpius viro nobili tranſmittit, & ipſe cum
„ magna devotione recipiens, novum experitur miraculum.
„ Nam conſurgens media nocte, dum accedit Templum no-
„ vum cum Capellano ſuo ſuiſque familiaribus, vident Imagi-
„ nem Deiparæ lumine ingenti radiantem, & trementes in ter-
„ ra procidunt. Ceſſavit lux: ipſi peracto officio, monaſterium
„ Pieczarenſe petunt, prodigium nunciant: at jam Alimpium
„ defunctum reperiunt: quem monachi Cryptis intulere, &
„ cum reliquis Sanctis Patribus honorifice tumulavere.

XVIII.

Florus. Laurus.

Vaticani Ruthenici, & Slavicus noſter, *Flori & Lauri Martyrum*. Kalend. Moſcovit. *Muc. Phlora, i Laura, Martyrum Flori & Lauri*. Poſſevinus perperam, *Trolaiboni*, pro, *Flori & Lauri*. Papebrochius. *Florus, Laurus*. Ephemerides metricæ.

Φλώρῳ ἀμφ᾽ ὀγδοάτῃ δεκάτῃ φρέαρ εἰσέδυ Λαῦρος.
Cum Lauro Florus decima octavaque necatur.

Menæa: *τῶν ἁγίων Μαρτύρων Φλώρου ϗ Λαύρου*, *SS. Martyrum Flori & Lauri*, cum officio & Synaxario in utroque Menologio, in quo fratres germani dicuntur uno eodemque partu editi, ſculpturam exercentes. Poſt exantlatum vero a ſuis magiſtris Martyrium, Byzantio ſecedentes, in Illyricum veniſſe: ubi apud Præfectum in quibuſdam elaborandis metallis propriæ artis operam impendebant. Ab eodem poſtea ad Licinium miſſi, quum nummos ad fanum idolis erigendum accepiſſent, pauperibus pecunias diſtribuentes, templum ad Dei gloriam conſtruxiſſe. Quo comperto, Licinius eos in profundum puteum demerſiſſe, ubi ſpiritum Deo tradidere. Sub Conſtantino magno revelatæ eorum Reliquiæ, Conſtantinopolim translatæ, & in loco, ubi nunc jacent, depoſitæ. Martyr. Rom. 18. Aug. „ In

„ Illy-

Digitized by Google

„ Illyrico SS. Mart. Flori & Lauri artis lapicidinæ, qui conſumptis martyrio eorum magiſtris Proculo & Maximo, ſub Licinio præſide poſt multa tormenta in profundum puteum ſunt demerſi „. Acta Græca Lauri & Flori in urbe Ulpiana Dardaniæ ſub Hadriano 18. Aug. καλῶς διδάσκει ἡμᾶς, Bandur. Antiq. Conſtantipol. pag. 649. Alia: οἱ ἅγιοι Χριςῦ λαῦρος καὶ φλῶρος, Lambec. VIII. pag. 200.

XIX.

ANDREAS STRATILATES ET SOCII.

Vaticani Ruthenici cum Slavico noſtro vacant. Kalendar. Moſcovit. *Muc. Andrea Strat. Martyris Andreæ Stratilatæ.* Poſſev. *S. Mart. Andreæ.* Marmor Neapol. *S. Andreas miles.* Papebr. *Andreas.* Ephemerides metricæ.

Εἰνάτῃ καὶ δεκάτῃ τάμεν Ἀνδρέυ αὐχένα λαμπρόν.
Cervicem Andreæ decima nonaque reſcindunt.

Menæa: τῶν ἁγίων Μαρτύρων Ἀνδρέυ τῦ ςρατηλάτυ καὶ τῶν σὺν αὐτῷ δισχιλίων πεντακοσίων ἐννενήκοντα τριῶν: *SS. Martyrum Andreæ Sratilatæ, & ſociorum bis millium quingentorum nonaginta trium*, cum officio & Synax. in utroque Menologio. Romanum Martyrologium: „ In Cilicia natalis S. Andreæ tribuni, & ſociorum militum, qui victoria de Perſis divinitus adepta, ad fidem Chriſti converſi, & hoc nomine accuſati, ſub Maximiano Imp. in anguſtiis Tauri montis ab exercitu Seleuci Præſidis trucidati ſunt. *Baron.* Græci item de his in Menol. hac die, adduntque, duo millia quingentos & nonaginta tres ſocios qui cum eo ſunt paſſi „. Acta Latine ex Metaphraſte edidit Lipom. tom. 7. & Surius tom. 4. Græce incipiunt: ἐν τοῖς χρόνοις τῆς τῦ ἀσεβεςάτυ Μαξιμιανῦ βασιλέως, MS. Lambec. VIII. pag. 201. Bandur. Antiq. CP. pag. 647. Epitome: ὁ ἅγιος μεγαλομάρτυς Ἀνδρέας, Lambec. VIII. pag. 201.

XX.

PROPHETA SAMUEL.

Vaticanus Ruthenicus primus: *Samuelis Prophetæ.* Secundus cum Slavico vacat. Kalen. Moſcovit. *Proroka Samuila, Prophetæ Samuelis.* Ita & Poſſev. & Papebroch. Ephemerides metricæ.

Βῆ δ' ὁρόων μέλλοντα Σαμυὴλ εἰκάδι ἔνθεν.
Vicena hinc abiit Samuel, cui nota futura.

Menæa: τῦ ἁγίυ Προφήτυ Σαμυὴλ. *S. Proph. Samuelis*, cum officio

officio & Synax. in utroque Menol. Martyrol. Rom. „ In Judæa „ S. Samuelis Prophetæ, cujus ſacra oſſa [ut B. Hieronymus „ ſcribit] Arcadius Auguſtus Conſtantinopolim tranſtulit, & „ prope Septimum collocavit „. Sub Attico ſcil. Conſtantinopolitano Epiſcopo, Ind. IV. Arcadio Aug. VI. & Probo Coſs. XIV. Kal. Jul. uti adnotat Chronicon Alexandrinum. De qua Translatione Hieron. lib. adverſus Vigilantium, Niceph. lib. 14, cap. 10. Theodorus Lector lib. 2. De templo in honorem Samuelis Prophetæ Conſtantinopoli erecto, Procop. lib. 5. ædific. In Samuelem Proph. ὄυτος ὁ μακάριος Σαμουήλ, MS. Lambec. VIII. pag. 201.

XXI.

Thaddæus. Sancta Bassa.

Vaticani Ruthenici ab hac die ad 24. hujus vacant: Slavicus noſter: *S. Apoſtoli Thaddæi, & Proph. Samuelis*, quorum primus ad hanc, alter ad diem antecedentem pertinet. Kalend. Moſcoviticum: *Apoſtola Thaddea, Apoſtoli Thaddæi*. Marmor Neapol. ad diem XX. hujus: *Nt. S. Taddei Apoſtoli*. Poſſevin. perperam, *S. Apoſtoli Thordii*, pro, *Thaddæi*. Papeb. *Thaddæus, Baſſa*. Ephemerides metricæ.

Εἰκάδι πρώτῃ Θαδδαῖος βιότοιο ἀμέμπτῳ.
Vicena prima Thaddæus ad aſtra volavit.
Βάσσαν σὺν τοκέεσσι τάμε ξίφος εἰκάδι πρώτῃ.
Baſſam cum natis gladius conſumpſit eadem.

Menologium Baſilianum de ſola Baſſa & filiis agit hac die: de Thaddæo vero Apoſtolo, qui & Judas, & Jacobi frater, ad diem 19. Junii, ut ſupra dictum eſt. Qui colitur a Latinis 28. Octobris unacum Sancto Simone Apoſtolo. Menæa ad XXI. Augusti: τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Θαδδαίου, καὶ τῆς ἁγίας Μάρτυρος Βάσσης, *S. Apoſtoli Thaddæi, & S. Martyris Baſſæ*, cum officio, & Synaxario. Menologium Ruſſo Slavicum Sparvenfeldianum: „ S. Apoſtoli Thaddæi Letvienſis, filii Joſephi, genere Cyre- „ nii, in urbe Beryto in Phœnicia ab infidelibus ſuſpenſi & ſa- „ gittis perfoſſi „. Nugæ. Vide ſupra de Thaddæo ad 19. Junii. Martyrologium Romanum: „ Edeſſæ in Syria SS. Martyrum „ Baſſæ & filiorum ejus Theogonii, Agapii, & Fidelis, quos „ in perſecutione Maximiani pia mater exhortans, martyrio „ coronatos, præmiſit ad palmam, & truncato capite gaudens „ ſecuta eſt cum victoria „. Ejus martyrium Græce, ἡ ἁγία

Μάρ-

Μάρτυς Βάσσα ἦν ἐπὶ Μαξιμιανοῦ Βασιλέως, MS. Lambec. VIII. pag. 203.

Culcinius pag. 40. ad XXI. Auguſti de *Sancto Abrahamo Archimandrita*. „ Anthologium meum aſſerit hunc Sanctum
„ fuiſſe Archimandritam Smolenſcenſem, ornatque eum titulo
„ Thaumaturgi. Sed nec Troparium nec Contacium habet „.
Hunc Ephemerides Moſcorum figuratæ apud Papebrochium ponunt die 25. Octobris. Herberſteinius pag. 70. „ Smoletzko
„ civitas Epiſcopalis, ad Boryſthenem fluvium ſita, caſtrum in
„ ulteriore fluminis litore Orientem verſus habet, roboribus
„ conſtructum, quod plurimas domos in civitatis formam com-
„ plectitur. Hoc qua in collem porrigitur (nam parte alia
„ Boryſthene alluitur) foſſis, adhuc ſtipitibus acutis, quibus
„ hoſtium incurſus arcetur, munitum: Baſilius Joannis ſæpius
„ graviſſime oppugnavit, nunquam tamen illud capere potuit.
„ At poſtremo militum præfectique cujuſdam Bohemi (*a*) pro-
„ ditione eo potitus eſt. Civitas in valle ſita, colles circum-
„ quaque fertiles habet ſilviſque vaſtiſſimis cingitur, ex quibus
„ pellium diverſarum magnus proventus. Templum in caſtro
„ Divæ Virgini ſacrum, alia vero ædificia lignea. In civitatis
„ ſuburbio monaſteriorum è lapidibus conſtructorum ruinæ
„ complures videntur. Ex Moſcovia porro ad Smolentzcum,
„ inter meridiem & occidentem euntibus, 18. milliarium iti-
„ nere, Moſaisko primum occurrit; inde 26. Wieſma: poſt 18.
„ Drogobuſch: atque inde totidem, in Smolentzko perveni-
„ mus: totumque hoc iter 80. milliaribus Germanicis conſtat,
„ quamvis Lithuani & Moſcovitæ 100. computent. Ego autem
„ ter loca illa peragravi, nec plura obſervavi. Hunc Princi-
„ patum, Baſilio imperante, Witoldus Magnus Dux Lithua-
„ niæ Moſcis anno 1413. ademerat. Eundem Baſilius Joannis
„ an. 1514. die 30. Julii, Sigiſmundo Regi Poloniæ eripuit.

XXII.

AGATHONICUS.

Slavicus noſter: *S. Agathonici*. Kalendarium Moſcoviticum: *Muc. Agathonika*, *Mart. Agathonici*. Ita & Poſſevinus, & Papebrochius. Ephem. metricæ.

Ἔκτανε δευτερίῃ ξίφος εἰκάδι Ἀγαθόνικον
Bis undena dies gladio necat Agathonicum.

Menæa:

a. Uti ſupra dixit Herberſtein. pag. 12.

Menæa : τοῦ ἁγίου Μάρτ. Ἀγαθονίκου, *S. Mart. Agathonici*, cum officio partim de Sancto Agathonico, partim de Sancto Lupo, de quo fit commemoratio ad XXIII. hujus. Synaxarium tamen hodie de *Sancto Agathonico & ſociis Zotico*, *Theoprepio*, *Acindyno*, *& Severiano*, in utroque Menologio, de quibus Martyrologium Romanum ad XXII. Auguſti: „ Nicomediæ „ paſſio Sanctorum Agathonici, Zotici, & ſociorum Martyrum „ ſub Maximiano Imperatore, & Eutholomio Præſide „. Qui *Eutolmius* in Menæis dicitur. Acta Agathonici & ſociorum Græce: ὁ ἅγιος Μάρτυς τοῦ Χριστοῦ Ἀγαθόνικος, Lambec. VIII. pag: 205. Græce & Latine in Act. Sanctor. Tom. IV. Auguſti pag. 522. Alia: ἐν ἀρχῇ διδάσκων τοὺς, Bandur. Imper. Oriental. pag. 642. Alia: λαμπρὰ μὲν τὰ τῆς ὑποθέσεως διηγήματα. Lambec. VIII. pag. 206. Agathonici Templum forma dromica ædificatum Conſtantinopoli a Conſtantino Magno ex Cedreno pag. 284. & Codino pag. 38. Deinde in ampliorem formam excitatum a Juſtiniano, ex Procop. lib. I. de Ædific. cap. 5.

XXIII.

LUPUS.

Kalendarium Moſcoviticum: *Muczenika Luppa*, *Mart. Lupi*. Ita & Poſſevinus, & Papebrochius, *Lupus*. Ephemerides metricæ.

Εἰκάδι ἐν τριτάτῃ πέφνε Λοῦπον φασγάνου ἀκμή
Enſe Lupum ſævo vigeſima tertia mactat.

Menæa : τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Λούππου. ἡ ἀκολουθία τούτου ἐγράφη ὄπισθεν ἐν τῇ κβ'. *S. Mart. Lupi*, *cujus officium pridie*, *hoc eſt ad* XXII. *hujus*. Synaxarium neque in Menæis excuſis, neque in Menologio Baſiliano, ſed hoc diſtichon dumtaxat.

Ὑπῆρχε Λοῦππος δοῦλος. ἐκ δὲ τοῦ ξίφου
Ἐλεύθερος προσῆλθε τῷ Χριστῷ φίλος
Servus erat iſte Luppus: at gladio fuit
Libertus una factus & amicus Chriſti.

In Martyrol. Romano: „ Item Sancti (*a*) Luppi Martyris, qui „ ex ſervili conditione, Chriſti libertate donatus, martyrii „ quoque corona dignatus eſt „. Cuperus recte obſervat ad XXIII. Auguſti pag. 594. num. 6. hunc Lupum ſeu Luppum, non alium eſſe ab eo famulo vel ſervo Sancti Demetrii Martyris,

a Lupus, & Luppus a Græcis vocatur. Item Luppus a Latinis in Romano Martyrologio.

Digitized by Google

ris ; in cujus Actis apud Surium die VIII. Octob. cap. 10. narrantur ſequentia. „ Quidam ex ſancti famulis ſtans prope eum, „ quando beatam illam ſubiit cædem, quum, ut potuit, divinum illum ſanguinem collegiſſet in ſacro Martyris ſuperhumerali, & quem manu geſtabat annulum accepiſſet, & Martyris ſanguine tinxiſſet, per ipſa faciebat plurima miracula. „ Adeo ut tali fama miraculorum impleretur tota civitas Theſſalonicenſium. Quocirca nec erat conſentaneum ea latere Maximianum, nec ferre poſſe invidiam: & ideo capitur protinus famulus, horum bonorum procurator, & interficitur: „ Tribunal locus, in quo fuit occiſus: Lupus autem vocabatur „ egregius ille famulus „. Quocirca Menologium Sparvenfeldianum Ruſſo-Slavicum non eſt audiendum, dum ad hanc diem hæc habet: „ S. Mart. Luppi, coætanei SS. Apoſtolorum, „ quem dicunt multi reliquiſſe libros Eccleſiæ. Paſſus eſt autem „ anno 205. ſub Severo; incluſus ſub fundamento muri juſſu „ Juſtiniani poſt dies quadraginta obiit „. Quæ verba ſibi ipſis repugnare oſtendit laudatus Cuperus num. 4. & 5.

Tabulæ Papebrochianæ repræſentant *Sanctum Epiſcopali habitu indutum*, cum epigraphe, Λυππ. Unde Papebrochius poſt Ephemeridum verſiculum ſubjunxit hæc verba: „ Menæis „ & Romano hodierno Λῦππος Luppus, Martyr & Epiſcopus „ Sirmii in Pannonia fuit. Acta necdum apparuerunt „. Decepit doctum Papebrochium Pictor Moſchus, qui duas hic Sanctorum Imagines apponere debuerat: primam *Luppi* Martyris, conditione ſervi, ut ſupra, cum epigraphe, Λυππ. Alteram *Sancti Irenæi Epiſcopi* Sirmii in Pannonia, de quo Menæa Græca, & Menologium Baſilianum hac die: „ Sacer Chriſti Martyr Irenæus, imperante Diocletiano, fuit; edocens autem „ eos qui ad ipſum adventabant atque in Chriſti veritate inſtituens, & Chriſtum aperte prædicans, delatus eſt ab Idololatris apud Probum Præfectum, ac detentus & catenis devinctus, ſtetit ante illum „. Cetera. Agit de eo Martyrologium Romanum ad 25. Martii, hoc elogio: „ Sirmii paſſio S. Irenæi Epiſcopi & Martyris, qui tempore Maximiani Imperatoris ſub Præſide Probo primum tormentis acerrimis vexatus, „ deinde diebus plurimis in carcere cruciatus, noviſſime abſciſſo capite conſummatus eſt „. Hunc Irenæum habitu Pontificali repræſentare debuerat Pictor Moſchus. At vero Auctor

Digitized by Google

Menologii Sparvenfeldiani quum ob oculos habuiſſet hinc *Lupum* ſervum cum *Irenæo* Epiſcopo confuſum; inde vero pro Irenæo Sirmienſi Irenæum illum Lugdunenſem Epiſcopum, & Martyrem, Beati Polycarpi Smyrnenſis Epiſcopi diſcipulum, & Apoſtolicorum temporum vicinum (cujus fit in Martyrologio Romano ad diem 28. Junii, & in Menæis æque ac in Menologio Baſiliano ad hanc ipſam diem 23. Auguſti commemoratio) accepiſſet, id ad Lupum perperam retulit, quod de Lugdunenſi legitur in Martyrologio Romano. „ Is quum adverſus „ hæreticos verbis ac ſcriptis plurimum decertaſſet, in perſe„ cutione Severi cum omni fere civitatis ſuæ populo coronatus „ eſt glorioſo martyrio „. Et in utroque Menologio: „ Ex„ titit hic imperantibus Marco & Antonino, priſcæ ætatis vir, „ Apoſtolorum ſucceſſor, Epiſcopi munere in Lugduno Galliæ „ civitate functus. Plures etiam conſcripſit libros ad orthodo„ xam fidem confirmandam „. Cetera. Quod autem oſcitanter additur a Sparvenfeldiani Menologii conſarcinatore, *Incluſus ſub fundamento muri juſſu Juſtiniani, poſt die 40. obiit*; hoc etiam neque ad Sanctum Lupum, neque ad Sanctum Irenæum Sirmienſem aut Lugdunenſem ſpectat; ſed ad Sanctum Callinicum Patriarcham CP. qui in Menæis hac etiam die cum SS. Lupo, & Irenæo colitur: de quo Callinico in ejus Vita Tomo 4. Auguſti pag. 646. legitur „ quod juſſu Juſtiniani Rhi„ notmeti, in porticu quadam fundamentorum muri injectus „ ſit, lapidibus extrorſum calce etiam oblitis, & poſt 40. dies „ ſublata calcis cruſta, vivens adhuc & ſpirans repertus, qua„ tuor poſt diebus vita producta, ad Dominum migravit, & „ in ſacra Apoſtolorum æde ſepultus fuit „. Itaque quum in Menæis hac die de quatuor Sanctis agatur, nimirum de S. Lupo conditione ſervo, de S. Irenæo Epiſcopo Sirmii, de S. Irenæo Epiſcopo Lugduni, & de S. Callinico Patriarcha Conſtantinopolitano, Moſchus Menologii conſarcinator, tamquam de uno Sancto loquens, res a quatuor hiſce Sanctis geſtas, ad unum perperam Lupum retulit.

XXIV.

EUTYCHIUS.

Slavicus noſter: *S. P. N. Callinici*. Primus Vaticanus Ruthenicus: *Bartholomæi Apoſtoli*, de quo tamen cæteri agunt ad diem ſequentem. Secundus Vaticanus vacat. Kalendarium Moſco-

Digitized by Google

Moſcoviticum: *Sbatago Muczenika Eutycha*, *S. Martyris Eutychii*. Poſſev. perperam: *S. Apoſtoli Eutichii*, pro, *S. Martyris*. Papeb. *Eutychius*. Ephem. metr.

Εἰκάδι, Εὔτυχε, ἀμφεκάλυψε λίθος σε τετάρτῃ

Eutyche, te ſaxo condit vigeſima quarta.

Menæa: τοῦ ἁγίου Ἱερομάρτ. Εὐτυχοῦς, μαθητοῦ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου, *Sancti Sacromartyris Eutychii*, *diſcipuli Sancti Joannis Theologi*, cum officio, & Synaxario in utroque Menologio; quod Synaxarium cl. Cuperus ad trutinam revocans, in Act. Sanctor. Tom. 4. Auguſti a pag. 751., recte concludit, & duas præcipue difficultates continere, & ſecum etiam pugnare. Nam dicitur Sanctus Eutyches Martyr, quum in pace quieverit; dicitur etiam *poſt tranſitum S. Joannis Evangeliſtæ*, adhæſiſſe Sancto Paulo Apoſtolo, quum Paulus ante Joannem martyrio coronatus ſit. Dicitur demum in Menæis capite plexus, & in Synaxario poſt reditum in patriam Sebaſten plenus dierum requieviſſe in Domino. Datus etiam feris ad devorandum, ex quibus una loquens humana voce, omnes obſtupefecit. Quæ omnia a vero abhorrent. Præterea in Menæis ad 28. Maji fit de *Sancto Eutychio Melitinæ Epiſcopo & Martyre* idem plane officium, quod hic ad 24. Auguſti de Sancto Eutychio Jo. & Pauli Apoſtolorum diſcipulo. Videtur ergo confuſus hic Apoſtolicus Epiſcopus, cum illo Melitinenſi Antiſtite, dum patria ei Sebaſte tribuitur. Nam ille Melitinenſis mari demerſus, martyrio defunctus eſt: hic in pace quievit; de quo proinde Romanum Martyrologium ad hanc 24. Auguſti. „ Eodem die „ Sancti Eutychii diſcipuli Beati Joannis Evangeliſtæ, qui ob „ Evangelii prædicationem in multis regionibus carceres, ver„ bera, & ignes perpeſſus, in pace tandem quievit „. Raderus conjectatur, hunc Sanctum Eutychium eundem fuiſſe cum illo Eutyche adoleſcente, de quo S. Lucas cap. 20. in Act. Apoſtolorum hæc narrat: „ Nos vero navigavimus poſt dies Azy„ morum a Philippis, & venimus ad eos Troadem in diebus „ quinque, ubi demorati ſumus diebus ſeptem. Una autem „ Sabbati, quum conveniſſemus ad frangendum Panem, Pau„ lus diſputabat cum eis profecturus in craſtinum, protraxitque „ ſermonem uſque in mediam noctem. Erant autem lampa„ des copioſæ in Cænaculo, ubi eramus congregati. Sedens „ autem quidam adoleſcens, nomine Eutychus, ſuper fene-

 „ ſtram,

Digitized by Google

„ ſtram, quum mergeretur ſomno gravi, diſputante diu Pau„ lo, ductus ſomno cecidit de tertio Cænaculo deorſum, & ſub„ latus eſt mortuus. Ad quem quum deſcendiſſet Paulus, in„ cubuit ſuper eum; & complexus dixit: nolite turbari; anima „ enim ipſius in ipſo eſt. *Et poſt pauca*. Adduxerunt autem „ puerum viventem, & conſolati ſunt non minime „. Hic vides, adoleſcentem illum, quem Sanctus Paulus vitæ reſtituit, Eutychum nominari. „ Hunc ergo Paulus (inquit Raderus) „ rurſus in vitam excitavit, qui videtur poſtea Paulum ſecutus, „ &, capto Paulo, Joannem „. Quod autem Eutyches ille, qui Paulum & Joannem ſecutus dicitur, in Menologio Baſiliano & in Menæis aſſeratur *civis Sebaſtopolitanus* fuiſſe, quum iſte quem Paulus ſuſcitavit, incola vel accola Troadis fuerit, mirum non eſt: nam, ut ſupra dicebam, Menæa Apoſtolico Eutychio ea perperam tribuunt, quæ ſunt ad Melitinæ Epiſcopum & Martyrem referenda.

Qui in Codice noſtro Slavico ad diem 24. hujus colitur, *S. P. N. Callinicus*, is eſt *Callinicus Patriarcha Conſtantinopolitanus*, de quo in MS. Codice Bibliothecæ Vindobonenſis: μηνὶ Αὐγούστῳ κδ΄. μνήμη τοῦ ἁγιωτάτου Καλλινίκου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, *menſe Auguſto* XXIV. *Commemoratio Sanctiſſimi Callinici Archiepiſcopi Conſtantinopolitani*. At in Menæis excuſis de eo agitur ad diem antecedentem XXIII. poſt *Sanctos Lupum, Irenæum Sirmii, & Irenæum Lugduni Epiſcopos*, hoc titulo: τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τοῦ ὁσίου πρς ἡμῶν Καλλινίκου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως. *Eadem die Sancti P. N. Callinici Patriarchæ Conſtantinopoleos*, cum Synaxario, in quo ſumma ejus vitæ continetur. Vita ejuſdem, à Synaxario haud abſimilis, MS. exſtat apud Lambec. VIII. pag. 210. Initium: οὗτος ὁ μακάριος Καλλίνικος. Altera paulo fuſior Vita, auctore Laurentio quodam Monacho Rutienſi in Calabria, ex Codice MS. Ambroſiano *F. N. num.* 52. inſcripta: βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου πρς ἡμῶν Καλλινίκου Ἀρχιεπισκόπου ΚΠ. *Vita, & converſatio Sancti P. N. Callinici Archiepiſcopi Conſtantinopolitani*. Initium: ἡ μεδαπὸς ὁ Καλλίνικος, καὶ τῆς Κωνσταντίνου, καὶ οὗτος γέννημα, θρέμμα, καὶ παίδευμα, Latine, interprete Joanne Pinio: „ Noſtras eſt Callinicus, & Con„ ſtantinopolitanus, ac progenies, alumnus, & diſcipulus fi„ delium atque honeſtorum parentum eſt hic Callinicus „. In

Act. Sanctor. Tom. IV. Auguſti pag. 645. Paulo defuncto ſucceſſit in Conſtantinopolitana ſede Callinicus anno Chr. 693., rexitque Eccleſiam uſque ad annum 705. quo Juſtinianus Rhinotmetus in Imperium reſtitutus, Tiberium captum fratremque illius Heraclium & Patricium Leontium ſupplicio affecit; Callinicum vero oculis privatum, & in exilium Romam miſſum, ibi in antrum undequaque exterius lapidibus & calce obtectum injici juſſit. Sed poſt 40. dies (uti in Actis hiſce, atque in Synaxario Menæorum legitur, non tamen in Cod. Vindobonenſi) ſublata calcis cruſta vivens repertus, poſt 4. dies ad Dominum migravit, & in ſacra Apoſtolorum Petri & Pauli æde ſepultus fuit, poſtquam id per apparitionem ipſi Apoſtoli Romano Pontifici ſignificaſſent. „ Huic tamen Apparitioni, & miraculo ſervati „ per 40. dies Callinici majorem haberemus fidem (inquiunt „ Bollandiani tom. cit. pag. 647.) ſi confirmata ea videremus „ ex auctoribus antiquis ac majoris auctoritatis, quam ſint Me„ næa magna Græcorum impreſſa, quæ dictum etiam miracu„ lum memorant, ac Sanctum Callinicum in æde ſacra Sancto„ rum Apoſtolorum Petri & Pauli depoſitum referunt, ſicut „ SS. Apoſtoli præceperant Papæ, qui tunc temporis erat, ur„ bis Romanæ „. Certum videtur, loco Romæ Veteris intelligendam eſſe Romam novam, ideſt, Byzantium; & loco Romani Pontificis, & Templi SS. Petri & Pauli, Epiſcopum Conſtantinopolitanum, & Templum SS. Apoſt. Byzantii.

XXV.

Bartholomæus. Titus.

Vat. Ruthen. ſecundus: *Tranſlatio Bartholomæi Apoſtoli, & commemoratio Titi Apoſt.* Primus de *S. Bartholomæo* ad diem antecedentem; hac autem die vacat. Marmor Neap. ad XXIV. *Nr. S. Titu Epiſcopi Critis*; & ad XXV. *Paſ. S. Barthol. Apoſt.* Slavicus noſter: *S. Apoſt. Titi Epiſc. diſcipuli Magni Apoſt. Pauli, & SS. PP. NN. Archiepiſcoporum Regiæ urbis (Czarigrada) Epiphanii, & Menæ.* Kal. Moſcov. *Apoſtola Bartholomea, Apoſtoli Bartholomæi.* Poſſev. perperam, *S. Apoſtoli* (a) *Volphromi*, pro,

a Culcinius pag. 93. XXV. Auguſti. Hac die colitur Tranſlatio Reliquiarum Sancti Apoſt. Bartholomæi, cujus ſacræ Reliquiæ delatæ fuerunt Liparam, deinde Amalphim in Italia (dicere debuit, deinde Beneventum:) Ruthenice ſeu Moſcovitice Bartholomæus exprimitur Varſtolomey. Hinc valde miror Poſſevinum virum adeo illuſtrem, prout dictionem Volphremi, ſic & alias plurimas ineptas, inſulſas, & plane monſtruoſas, auſum fuiſſe in publicum producere; debuit enim ſane meliorem adhibuiſſe diligentiam, aut fideliorem quæſiviſſe Interpretem.

Digitized by Google

pro, *Bartholomæi*. Papebr. *Vozwraſcenie Moſcey Bartholomea, Tit.Relatio Reliquiarum Bartholomæi. Titus*. Ephem. Metricæ.

> Σὸν νέκυν εἰκάδι πέμπτῃ, Βαρθολομαῖε, ἔφευρον
> *Bartholomæi aperit vigeſima quinta cadaver.*

Menæa: ἡ ἐπάνοδος τῦ λειψάνυ τῦ ἁγίυ ἀποςόλυ Βαρθολομαίυ, καὶ τῦ ἁγίυ ἀποςόλυ Τίτυ. *Relatio Reliquiarum Sancti Apoſtoli Bartholomæi, & Sancti Apoſtoli Titi*, cum officio de utroque, & Synaxario gemino. Menologium Baſilianum nihil hac die de Sancto Bartholomæo, ſed tantum de S. Tito. Porro Sancti Bartholomæi commemoratio recurrit tam in Menæis, quam in Menologio Baſiliano ad XI. Junii unacum Sancto Barnaba, ubi breviter etiam narratur translatio Sancti Bartholomæi ab Albano Armeniæ urbe ad Liparam inſulam, & inde ad urbem Beneventanam. Vide obſervata ad XI. Junii. Hic autem in Menæis fuſius narratur eadem Translatio; tametſi fabulis admixta; de urna ſcilicet in mare unacum 4. aliis urnis *SS. Pappiani, Luciani, Gregorii, & Acacii*, projecta, & per anguſta Helleſponti, Ægeum & Adriaticum mare ſupernatante, atque ad inſulam Liparam delata, ibique, Apoſtolo revelante, ab Agathone Epiſcopo depoſita; ac demum, temporibus Theophili Imperatoris, capta a Saracenis Lipara, a Principe Beneventano advocatis Amalphitanis, inde ad urbem Beneventum translata: quum Pappiani quidem Reliquiæ ad (*a*) Amyllam, Luciani ad Meſſanam, urbes Siciliæ deportatę fuiſſent; Acacii vero ad Aſcalam, & Gregorii ad Columnam urbes Calabriæ. Satius fuiſſet, ut opinor, dixiſſe, a fidelibus in navim impoſitam, ex Ponto Euxino uſque ad Liparam inſulam, divino nutu, arcam illam fuiſſe delatam, ibique depoſitam: eo ſcilicet pacto, quo è Lipara per fideles fuit poſtea Beneventum translata. Iſtud Menæorum Synaxarium Latine redditum exhibent Bolland. Tomo v. Auguſti ad diem XXV. pag. 54. & ſeq. ubi fuſe de Translatione ad urbem Beneventanam diſſerunt, oſtenduntque eam contigiſſe an. Chr. 839. „ Oratio Encomiaſtica Theodori Studitæ de prædicatione Sancti Bartholomæi Apoſtoli, ejuſque „ martyrio, & Corporis Translatione ad Liparam inſulam „. Prologus: „ Beati Bartholomæi Apoſtoli venerabile omnium-„ que

a In orat. Theodori Studitæ, *Papinus* dicitur *in Mylas*, & *Cyriacus* in Meſſinam Siciliæ urbes, Gregorius vero in Columnam Rheginam, hoceſt Rhegium, & Acacius in Squillace, ideſt Scyllacium, Calabriæ civitates, translatæ.

Digitized by Google

„ que laudum ſolemni attollendum corpus præconio , qualiter „ de Armena Indorum provincia, poſt deceſſum Polimii Re- „ gis „ . Incipit Oratio: *Maximum quidem certamen , ut ita dicam , gloriæ .* Tom. v. Act. Sanctor. ad xxv. Auguſti a pagina 39. *Translatio Corporis Beneventum* , auctore, ut videtur, S. Berthario Abb. Caſinenſi: „ Hæc de B. Bartholomæi laudi- „ bus ejuſque mirabili adventu corporis in Liparam Theodo- „ rus fama Sanctitatis ac Sacerdotii dignitate conſpicuus fido re- „ latu explicuit „ . Tom. cit. pag. 42. *Oratio auctore Joſepho* , ut videtur , Hymnographo , in Sanctum Bartholomæum , & de ejus Corpore Liparam delato . „ Hujus concionis auctor , & „ diei feſti jucunditatem ſpiritualem nobis afferentis hilaritas , „ eſt B. Apoſtolus Bartholomæus „ . Tom. cit. p. 43.

De Sancto Tito Ephemerides metricæ .

> *Οὐράνιον δάπεδον λάχες εἰκάδι Τίτ' ἐνὶ πέμπτῃ*
> *Cæli dat campos Tito vigeſima quinta .*

Colitur a Latinis IV. *Januarii* Apoſtoli Pauli diſcipulus , Gortynæ in Creta Epiſcopus . Menæa : *τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Τίτου Ἐπισκόπου Γορτύνης τῆς κατὰ Κρήτην* , *S. Apoſtoli Titi* , *Epiſcopi Gortynæ in Creta* , cum Synaxario in utroque Menologio , quod emendatione indiget: nam & genus ejus ex Minoë Cretæ Rege, & hiſtoria de ipſa a Zenanomico ſcripta , & vox ab illo audita , ut inde abiret , ſuamque animam ſervaret , & locus Eſaiæ Prophetæ ab ipſo lectus, & miſſio ipſius in Hieruſalem a Cretæ Præfecto , ut de Chriſti miraculis inquireret: hæc , inquam , omnia fabulam ſapiunt . De Tito frequenter Paulus Apoſtolus meminit , ad quem & ſcripſit Epiſtolam .

Menæa ad hanc eandem diem xxv. Auguſti : *μνήμη τῶν ἁγίων πατρῶν ἡμῶν , Ἐπιφανίου , Μηνᾶ , Γενναδίου , καὶ Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου* ΚΠ. *Memoria SS. PP. NN. Epiphanii , Menæ , Gennadii , & Joannis , Archiepiſcopi Conſtantinopolitani* , cum tribus diſtichis , & Synaxario de ſolo *Mena Patriarcha Conſtantinopolitano* , de quo & Menologium Baſilianum ad diem XXIV. antecedenter agit cum Synaxario; ad diem vero præſentem XXV. ſine Synaxario hæc habet : „ Et memoria SS. PP. NN. Gen- „ nadii , Joannis , Stephani , & Menæ Archiepiſcoporum Con- „ ſtantinopolis „ . Ex his *Gennadius* ſedit ab anno 458. ad 471. *Epiphanius* ab anno 520. ad 535. *Menas* ab anno 536. ad 552. *Joan-*

Digitized by Google

Joannes Protecdicus ſub Conſtantino Pogonato Imp. ab anno 669. ad 674. *Stephanus* ab anno 886. ad 893. De his Acta Sanctorum Tom. 4. Maji ad 17. Tom. 5. Maji pag. 377. Tom. I. Aprilis ad diem VI. pag. 548. Ut vero Joannem non alium a Protecdico fuiſſe dicamus, id efficit, quod alii hujus nominis Patriarchæ Conſtantinopolitani aliis diebus in Menæis coluntur; nimirum *Cappadox* die 30. Aug. *Scholaſticus* 21. Febr. *Jejunator* die 2. Sept.

XXVI.

Adrianus. Natalia.

Vaticanus Ruthenicus primus: *Adriani*, *Nataliæ*. Secundus vacat. Slavicus noſter: *S. Mart. Adriani*, *& qui cum eo* XXIII. *& uxoris ejus Nataliæ*. Kalendarium Moſcoviticum: *Adriana*, *i Natalii*. *Adriani & Nataliæ*. Poſſevinus oſcitanter: *S. Mart. Andreæ*, pro *Adriani*. Marmor Neapolitanum: *Paſ. S. Adriani & Natal.* Papebroch. *Adrianus*. *Natalia*. *Exceptio Iconis B. V. Mariæ*. Culcinius: *Adrian. Natalia*, *Stritenie Ikony Preſviatya Boborodycy*. *Adrianus*. *Natalia*. *Occurſus Imagini Sanctiſſimæ Deiparæ*. Et ad XXVI. Auguſti pag. 93. „ Additur hodie in Tabulis figuratis, *Stritenie*, ideſt, Occur„ ſus Imagini S. Deiparæ. Sic verbatim explico: ſed quum non „ habeam hac de re notitiam, puto hoc feſtum proprium eſſe „ Metropolitanæ in urbe Moſcua Eccleſiæ, cui forſan donata „ fuerat a Græcis ſacra Imago, & excepta reverenter a Metro„ polita Moſcoviæ. Quo vero tempore id factum fuerit, non „ divino, ſed addo, plurimas Deiparæ Iconas è Græcia adve„ ctas fuiſſe diverſis temporibus in Ruſſiam, e quibus nos Ru„ theni cum S. R. E. uniti hactenus retinemus antiquitate ce„ leberrimas Vilnenſem, Chelmenſem, Uladimirienſem, & „ alias. Polocenſem vero non ita pridem Moſchi per vim ac„ cepere, & Smolenſcum aſportavere „. Hæc Culcinius: qui de Imagine Vilnenſi pag. 128. ubi de Hypatio Pocyey Metropolita a Schiſmatico Vicario ictu gladii anno 1609. percuſſo ſic ſcribit: „ Hypatius vero appendit coram Icona Deiparæ Vil„ nenſi argenteam tabellam cum hac epigraphe: Caſtigans caſti„ gavit me Dominus; morti autem non tradidit me „. De Smolenſco vero capto ab Alexio Michaëlide pag. 131. in Appendice: „ Adfuit præſens huic expeditioni ipſemet Alexius, „ qui capto Smolenſco, in ſuamque poteſtatem redacto an„ no 1655.

Digitized by Google

„ no 1655. in Lithuaniam penetravit, editiſque magnis cladi-
„ bus, Vilnam Metropolim Lithuaniæ expugnavit, impoſito-
„ que præſidio domum rediit. Sed non diu Alexio ſors felix
„ arriſit; Poloni enim ac Lithuani toto ſexennio pugnantes, plu-
„ rimis præliis Moſcos debilitarunt, Vilnam anno 1661. rece-
„ perunt, & partim cæſis, partim exturbatis præſidiis, Lithua-
„ niam integram ac Albam Ruſſiam recuperarunt. Smolen-
„ ſcenſis tamen provincia cum urbe, ac arce munitiſſima, to-
„ taque fere Ukrainia ſub ditione Moſcovitica remanſit „. Itaque circa ann. 1656. Imago Poloceníis eſt Smolenſcum a Moſcis translata. Ad feſtum Occurſus Imaginis quod ſpectat. Papebrochius: „ Apparet (inquit) ex habitu Græcos eſſe Epiſco-
„ pos, qui eam [*Imaginem Deiparæ*] adferunt, & quidem
„ diademati velut Sancti; Ruthenos vero eſſe qui eandem cum
„ ſuo Metropolita excipiunt. Reliquam feſti originem, & Ima-
„ ginis prædictæ hiſtoriam, libenter diſcam a Ruthenis „. Jam vero, quod Papebrochius & Culcinius ignorare ſe dicunt, quænam ſit cauſa Occurſus Imaginis Deiparæ, qui a Ruſſis die 26. Auguſti celebratur, hoc nos docet Herberſteinius Rer. Moſcovit. pag. 88. ubi ex vetuſtis Moſcorum monumentis ad an. 1395. narrat, irrupiſſe Tamerlanis duces in Moſcoviam: additque fuiſſe illos copiis maximis inſtructos, ita ut Moſci terrore perculſi, Imaginem Deiparæ Uladimirienſem ad caſtra deducendam curaverint. Hæc ſunt ejus verba: „ Themiraſſak quum
„ exercitum maximum in Retzan ad depopulandam Moſco-
„ viam duxiſſet, tantum terrorem Principibus Moſcoviæ inje-
„ cit, ut deſperata victoria, abjectis armis, ad Divorum tan-
„ tum auxilium confugerent. In Volodimeriam ſtatim pro
„ Imagine quadam Divæ Mariæ Virginis, quæ multis miraculis
„ editis ibi celebris erat, mittunt: quæ quum in Moſcoviam
„ duceretur, Princeps omni cum multitudine honorifice illi
„ obviam procedit; eaque primum ut hoſtem averteret implo-
„ rata, maxima veneratione in civitatem deducit: quo cultu ſe
„ ſe imperaſſe dicunt, quod Tartari ultra Retzan non fuerint
„ progreſſi; in cujus rei perpetuam memoriam eo loci, ubi
„ Imago expectabatur, ſuſceptaque fuit, Templum ædificatum
„ eſt, dieſque is, quem Rutheni *Stretenie*, ideſt, Obviatio-
„ nis diem, vocant, XXVI. Auguſti quotannis ſolemniter cele-
„ bratur. Acta ſunt anno 6903. ideſt, Chr. 1395.

Menæa Græca: τῶν ἁγίων Μαρτύρων Ἀδριανοῦ καὶ Ναταλίας, *SS. Martyrum Adriani, & Nataliæ*, cum officio, & Synaxario, quibus additur, καὶ τῆς συνοδίας αὐτῶν, *& ſociorum eorum*. Menologium Baſilianum: „ Certamen SS. Martyrum Adriani „ & Nataliæ. Adrianus Chriſti Martyr, & Natalia ejus uxor, „ patriam habuere Nicomediam. *Cetera*. Accurrens ad carcerem Natalia, mariti vincula complectebatur, ipſum excitans ad martyrium: domumque ſuam reverſa, pro eo preces „ fundebat, ut certaminis curſum conſummaret. Poſtquam „ autem Martyres coram Maximiano ſteterunt, & fuere membratim obtruncati, adſtans Natalia eorum collegit reliquias, „ ac transferens Byzantium, Argyropoli eas depoſuit. Poſt hæc „ etiam ipſa finem accipiens, prope illos fuit ſepulta „. Martyrologium Romanum diverſis diebus agit de Sancto Adriano, & ſociis, ac de Sancta Natalia ejus uxore. Nan ad 8. Septembris hæc de Sancto Adriano habet: „ Nicomediæ S. Adriani „ Martyris cum aliis XXIII. qui omnes poſt multa ſupplicia ſub „ Diocletiano & Maximiano Auguſtis martyrium (a) crurifragio „ conſummarunt IV. Nonas Martii; eorum reliquiæ a Chriſtianis Byzantium delatæ, reverenti honore ſepultæ fuerunt: „ inde poſtea S. Adriani Corpus Romam hac die translatum „ fuit, in qua ipſius feſtivitas potiſſimum celebratur. *Ad Kalendas autem Decembris*. Eodem die [1. *Decemb.*] S. Nataliæ „ uxoris B. Adriani Martyris, quæ ſub Diocletiano Imperatore „ ſanctis martyribus Nicomediæ in carcere detentis multo tempore miniſtravit; impletoque eorum certamine, Conſtantinopolim profecta, ibidem in pace quievit „. Acta Adriani & Nataliæ ejus uxoris, & XXIII. ſocior.: ἐγένετο ἐν τῇ δευτέρᾳ περιόδῳ τοῦ Τυράννου Μαξιμιανοῦ, Bandur. Antiquit. Conſtantinop. pag. 648. Latine apud Surium 8. Septembris. *In diebus illis quum tyrannus Maximianus*. Alia Græce: ὁ ἅγιος Μάρτυς Ἀδριανὸς καὶ Ναταλία ἡ σύμβιος αὐτοῦ, Lambec. Tomo VIII. pag. 214.

Pob-

---

a Item; de Sancto Adriano ad 4. Martii. Nicomediæ Sancti Adriani Mart. cum aliis XXIII. qui omnes ſub Diocletiano Imp. martyrium crurifragio conſummarunt; cujus memoria VI. Idus Septembris quando ejus Corpus Romam translatum fuit, potiſſimum agitur.

XXVII.

Poemen.

Hac & ſequenti die Vaticani Ruthenici & Slavicus noſter vacant. Kalendarium Moſcoviticum: *Prepod. Pimena*, *S. Pæmenis*. Poſſevinus perperam: *S. Patris Banini*, pro, *Pæmenis*. Papebrochius. *Pæmen*. Ephemerides Metricæ.

Ποίμενα εἰς μέγαν ἑβδόμῃ εἰκάδι ὤχετο ποίμην.
Pæmena Pæmnarchæ vigeſima ſeptima ſiſtit.

Alludit ad vocem *Pæmen*, quæ Paſtorem ſignificat, ad Principem Paſtorum Chriſtum migrantem. Plurima de hoc Sancto Anachoreta in vitis Patrum leguntur. Menæa: τοῦ ὁσίου πρς ἡμῶν ποιμένος: *S. P. N. Pæmenis*, cum officio & Synaxario in utroque Menologio, Martyrol. Rom. ad xxvii. Aug. *In Thebaide S. Pæmenis Anachoretæ*. Acta Græce: ὁ ὅσιος πατὴρ ἡμῶν ποιμὴν Αἰγύπτιος ἦν τῷ γένει. Lambec. viii. pag. 217.

XXVIII.

Moyses.

Kalend. Moſcovit. *Prepod. Moyſea*, *S. Moyſis*. Poſſevin. *S. Patris Moyſi*. Papebroch. *Moyſes*. Ephemerides Metricæ.

Θάψαν ἐν εἰκάδι Μωσῆν ὀγδόῃ Αἰθιοπῆα.
Æthiopem ſepelit vicena octava Moyſem.

Menæa Græca: τοῦ ὁσίου πρς ἡμῶν Μωσέως τοῦ αἰθίοπος, *S. P. N. Moſis Æthiopis*, cum officio & Synaxario in utroque Menologio. Martyr. Rom. xxviii. Aug. *Item S. Moyſis Æthiopis, qui ex inſigni latrone inſignis Anachoreta, multos latrones convertit, & ſecum duxit ad monaſterium*. Acta ejus in vitis Patrum. Græce apud Lambec. viii. pag. 218. οὗτος ὁ μακάριος Μωϋσῆς τῷ μὲν γένει ἦν Αἰθίοψ.

XXIX.

Decollatio Joannis Præcursoris.

Vaticani Ruthenici: *Decollatio Joannis Baptiſtæ*. Slavicus „ Decollatio S. Joannis Præcurſotis & Baptiſtæ. Eadem die „ commemoratio Sanctorum qui in Strumiza, Timothei, Theo„ dori, Euſebii, & Sociorum; & S. Theodoræ Theſſalonicen„ ſis „. Kalend. Moſcovit: *Uſiknovenie Preditekzi*, *Decollatio Præcurſoris*. Poſſev. *Decollatio S. Jo. Præcurſoris*. Marmor Neapolit. *Paſ. S. Joh. Bapt.* Paſſio S. Joann. Baptiſtæ. Papebrochius.

çhius. *Amputatio Capitis Jo. Prodromi*. Ephemerides Metricæ:

Εἰκάδι ἀμφ' ἐνάτῃ Προδρόμου τάμεν αὐχένα ξίφος.

Cervicem Prodromi vigeſima nona revellit.

Menæa Græca: ἡ ἀποτομὴ τῆς τιμίας κεφαλῆς τοῦ τιμίου Προφήτου Προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου. *Amputatio pretioſi Capitis venerandi Prophetæ Prodromi & Baptiſtæ Joannis*, cum officio & Syn. in utroque Menologio. Martyr. Romanum: „ Decollatio S. Jo-„ annis Baptiſtæ, quem Herodes circa feſtum Paſchæ decollari „ præcepit: quæ tamen hoc die ſolemniter colitur, quando „ ejus venerandum caput ſecundo inventum fuit, &c. *Baronius*. „ Conſtat cædem S. Jo Baptiſtæ contigiſſe imminente feſtivitate „ Paſchali, ut Beda in Marc. cap. 6. teſtatur, & alii. At quo-„ niam illis temporibus (ut diximus) feſta Martyrum agi veti-„ tum erat, idcirco, ſicut natalis dies S. Jacobi Apoſtoli, ita „ etiam ejuſmodi celebritas in aliud tempus tranſlata eſt, ut „ idem Beda teſtatur, in ipſum diem, quando Edeſſæ (*leg.* „ *Emeſſæ*) inventum fuit venerandum caput ipſius. Ad hæc ad-„ dimus, hac etiam die IV. Kal. Septemb. totius orbis lætitia „ dedicatam eſſe Baſilicam illam Alexandriæ ſuper dirutum Se-„ rapidis Templum magnificentiſſime excitatam, Theodoſio „ imperante, per Theophilnm Epiſcopum Alexandrinum, il-„ lucque prædicti S. Joannis ſacras Reliquias allatas fuiſſe atque „ reconditas. Jam vero ſuperius VI. Kal. Martii commemora-„ tio agitur, quando in Palæſtina primum inventum eſt Præ-„ curſoris ſacrum caput apud Herodis olim Regiam. Porro „ non tantum Latini, ſed & Græci etiam ſecundam ejuſdem Ca-„ pitis celebrant Inventionem, ſed alia die, VIII. Kal. Junii. Conſtat etenim jam temporibus Valentis Imp. inventum iterum ſacrum Caput, illudque eundem Imperatorem tentaſſe Conſtantinopolim deferre; ſed minus licuit homini Ariano Sancta tractare; quod tamen ejus ſucceſſor Theodoſius Imp. religioſiſſimus implevit: Anno ſcil. 13. Theodoſii, Domini vero 391. ſub Conſulatu Tatiani & Symmachi. In Joannis Decollationem exſtant orationes I. Anatolii Epiſcopi Theſſalonicenſis ὥσπερ τις ἀνὴρ φιλέρημος: Chryſoſtomo tribuitur Tom. VII. Savil. p. 549. & in Cod. noni ſæculi Bandur. Antiq. Conſtantinop. pag. 649. II. Ejuſdem Anatolii: ἔτι μου τῇ μνήμῃ τὰ Βαπτιστοῦ κρατεῖ. III. Jo: Chryſoſt. πάλιν ἡρωδιὰς μαίνεται. Tom. VII. Savil. pag. 745. IV. ejuſdem Chryſoſtomi: ὁ λόγος τῆς ἀληθείας φέρει μοι τινα,

Bibl.

Bibl. Coiſl. p. 183. v. Michaëlis Pſelli. *λύει κἀμοὶ τὴν γλῶσσαν ὁ Βαπτιστής*, Lambec. VIII. pag. 218. VI. Anatolii Theſſalonic. *πάλιν ἡμᾶς ἡ μεγαλόφωνος φωνή*. VII. Macarii Chryſocephali: *πάλιν Ἰωάννης ὁ μέγας ὁ Πρόδρομος*, Bibl. Coiſlin. pag. 181. VIII. Andreæ Cretenſis: *πηδᾷ ϗ γῆρας ὡς τὰ πολλά*. Lamb. VIII. pag. 218. IX. Baſilii Seleuciæ in Iſauria, *τὴν τῆς Ἡρωδιάδος ὄρχησιν*, Lambec. VIII. pag. 219. X. Leonis Imperat. *τίς δώσει Δαβίδι προφητικῇ διεστομῶσθαι*. XI. Narratio anonymi, qui ſe profitetur Euripum, Jo. Baptiſtæ diſcipulum: *ἔτους τεσσαρακοστοῦ τῆς Βασιλείας Αὐγούστου*. XII. In Joannis deſcenſum ad inferos, Euſebii Alexandrini. *Ἀναγκαῖον ἐστὶ πάλιν σήμερον*. XIII. In Capitis Joannis Inventionem in urbe Emeſena, Marcelli Archimandritæ: *Μοναχοὶ δύο ἐκ τῆς ἑώας*. XIV. De tribus Inventionibus Capitis S. Jo. Baptiſtæ: *πάλιν ἡμῖν ὁ θεῖος ὑφέστηκε πρόεδρος*. XV. In Joannis manum allatam Antiochia, Theodori Daphnopatæ: *ἰδοὺ ϗ πάλιν ἡμῖν ὁ ἱερὸς τοῦ Χριστοῦ ἐπεδήμησε Πρόδρομος*. XVI. Vita & obitus Jo. Bapt. *πληρωθέντων ἐτῶν πεντακισχιλίων* MS. Lambec. VIII. pag. 219. Cetera in Joannem Baptiſtam vide apud Fabric. Tom. IX. Biblioth. Græcæ pag. 99. & ſeq. & apud Combef. Tom. VII. Biblioth. Concionat. pag. 780. ad 818.

In Strumiza ſeu Tiberiopoli martyres *Timotheus*, *Theodorus*, *Euſebius & Socii* in ſolo Codice noſtro Slavico memorantur. Quum autem Strumiza in Bulgaria ſita ſit, videntur non alii eſſe ab iis, qui in Menæis quidem excuſis cum ſola *Murtyrum in Bulgaria interfectorum* commemoratione ſine Synaxario; in Menologio vero Baſiliano ad 23. Julii cum hoc elogio coluntur:
,, Imperante Nicephoro Stauracii patre, Romæos inter & Bul-
,, garos bellum contigit. Quum autem victoriam de hoſtibus
,, Imperator retuliſſet, exhilaratus populus cibis & potibus in-
,, dulgebat. Sed & concitati a Diabolo fuerant Bulgari; Ro-
,, mæaſque copias noctu adorti, Imp. quidem captum occide-
,, runt; cæteros vero, qui ſub eo militabant, partim interfecere,
,, partim captivos abduxere. Hinc qui tempus nacti non ſunt, ſta-
,, tim periere. Qui vero ad proximos montes fugere potuerunt,
,, incolumes evaſere. Ii vero, qui in poteſtatem hoſtium vene-
,, runt, impulſi Chriſtum abnegare (nondum enim eum Bulgari
,, agnoverant) nec id facere volentes, variis duriſque mortis ge-
,, neribus ſubjecti fuere: & alii quidem gladio obtruncati, alii
,, vero ſuſpenſi & ſuffocati, alii telis confoſſi, alii denique ad

,, carce-

Digitized by Google

„ carcerem & inediam damnati, martyrii curſum conſummarunt „. De iis ſub nomine *SS. Martyrum Anonymorum in Bulgaria* agit cl. Sollerius in Act. Sanctorum Tom. v. Julii ad diem XXIII. a pag. 484. ubi illos anno Chr. 811. martyrium ſubiiſſe contendit. Sunt & alii Martyres XXXVII. Philippopoli in Thracia pro Chriſti fide cæſi ſub Apulliano præfecto, quorum præcipui Severus, & Memnon Centurio. Horum martyrium deſcribitur in Menæis in Synaxario, & in Menol. Baſilii ad XX. Augusti; ibique etiam commemoratio agitur *Sanctæ Theoclitæ Thaumaturgæ*, ſed ſine elogio.

At vero *Theodora Theſſalonicenſis* colitur in Menæis die v. Aprilis cum Synaxario, & hoc elogio: *μνήμη τῆς ὁσίας μητρὸς ἡμῶν Θεοδώρας τῆς ἐν Θεσσαλονίκῃ: commemoratio S. Matris noſtræ Theodoræ in Theſſalonica*. Ubi Sanctimonialis fuiſſe, & virtutibus omnibus, ſed præſertim obedientia claruiſſe dicitur, ita ut longo tempore poſtquam ſepulta fuit, quum Antiſtita illius cœnobii in eodem loco eſſet tumulanda, perinde acſi Theodora viva eſſet, paululum recedens, Antiſtitæ ſuæ locum ceſſit.

XXX.

ALEXANDER, JOANNES, PAULUS.

Kalendarium Moſcoviticum: Κν. Αλεξανδρα Νεβ. *Principis Alexandri Nevenſis*. Poſſevinus: *S. Joannis, Pauli*, leg. *SS. Joannis, & Pauli*. Slavicus noſter: *S. Sacromartyris Philondi*, ſeu *Philonidis*. Pabebrochius. *Alexander, Joannes, Paulus. Felix*, Tres priores habitu Patriarchali tam in Capponianis, quam in Papebrochianis tabulis. Fuere enim Patriarchæ Conſtantinop. de quibus Menæa hac die: *μνήμη τῶν ἁγίων Πατριαρχῶν Ἀλεξάνδρου, Ἰωάννου, καὶ Παύλου τοῦ νέου*, *Commemoratio Sanctorum Patriarcharum, Alexandri, Jo., & Pauli junioris*: cum officio, & ſine Synaxario: & *Alexander* quidem is eſt, qui ſub Conſtantino magno Arium confecit precando; *Metrophani* ſucceſſit, ſedemque Byzantinam rexit ab anno 317. ad annum 340. De eo Martyrol. Romanum agit ad XXVIII. Aug. hoc elogio: „ Conſtantinopoli S. Alexandri Epiſcopi, glorioſi „ ſenis, cujus orationis virtute Arius divino judicio damnatus, „ crepuit medius, & effuſa ſunt viſcera ejus. S. Athanaſius de ipſo ſcripſit ad Serapionem. Greg. Nazianz. in orat. de Cathedra Conſtantinopolitana non affectata, his verbis: „ Egregie illius „ Alexandri diſcipuli eſtis, magni Trinitatis propugnatoris, qui

„ & re-

Digitized by Google

„ & rebus,& verbis impium errorem depulit & profligavit &c. „ De eodem Theodoretus lib. 1. c. 14. Socrates lib. 1. c. 25. & lib. 3. cap. 3. Sozom. lib. 1. cap. 17. lib. 2. cap. 29. & lib. 3. cap. 3. Acta Græc. *Metrophanis & Alexandri* : ἐν τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ἔτει τῆς Διοκλητιανοῦ βασιλείας. Confer Photium Cod. 256.

Joannes (ut ait Papebroch.) vel eſt *Cappadox*, & colitur ſeorſim XVIII. hujus cum prædicto Alexandro : vel *Jejunator*, & colitur 2. *Septembris*. Hoc quidem poſtremum de *Jo. Jejunatore* verum eſt: cujus in Menæis ad 2. Sept. exſtat Synaxarium, in quo diſerte *Jejunator*, Νηστευτὴς appellatur: Sedit autem ab anno 582. ad 595. Cyriaco ſibi ſuccedente. At quod dicitur a Papebrochio de *Joanne Cappadoce*, *colitur ſeorſim* XVIII. *hujus cum prædicto Alexandro*; hoc, inquam, falſum eſt: nam *Alexander* in Menæis ad XXX. Aug. dumtaxat memoratur: die vero XVIII. Auguſti non Joannes cum Alexandro, ſed cum Georgio colitur, hoc elogio: μνήμη τῶν ἁγίοις πατέρων ἡμῶν Πατριαρχῶν ΚΠ. Ἰωάννου, καὶ Γεωργίου, *memoria SS. PP. NN. Patriar. CP. Joannis & Georgii*, cum duobus diſtichis ſine Synaxar. Sedit *Joannes Cappadox* ab anno 517. ad 520. Timothei ſucceſſor, & Epiphanii deceſſor. Georgius autem Cyprius, cujus tempore Synodus VI. Conſtantinopoli habita eſt, ab anno 678. ad 683. Denique alter *Joannes* Patriarcha Conſtantinopolitanus, cognomento *Scholaſticus*, colitur cum ſola commemoratione, & diſticho ad XXI. Febr. ſic τοῦ ἐν ἁγίοις πρς ἡμῶν Ἰωάννου Πατριάρχου ΚΠ. ὁ ἀπὸ Σχολαστικῶν, ἐν εἰρήνῃ τελεῦται, *S. P. N. Joannis ex Scholaſtico, in pace conſummatur*. Sedit poſt Euthychium ab anno 565. ad 577. quo mortuo die 31. Auguſti, iterum Eutychius reſtitutus ſedit ad VI. April. anni 582. quo deceſſit.

Paulus junior dictus, ut a primo ac Seniore Paulo Patriarcha Conſtantinopolitano diſtinguatur, qui *Confeſſor* dicitur & a Latinis ad 7. Junii colitur, hoc elogio: „ Conſtantinopoli natalis „ S. Pauli ejuſdem civitatis Epiſcopi, qui ſæpe ab Arianis ob fidem catholicam pulſus, & a S. Julio Romano Pontifice reſtitutus, demum a Conſtantio Imp. Ariano ad Cucuſum oppidulum Cappadociæ relegatus, ibidem Arianorum inſidiis crudeliter ſtrangulatus, ad cæleſtia regna migravit: cujus corpus Theodoſio Imperat. Conſtantinopolim ſummo honore translatum fuit „. De eodem agunt Græci in Men. ad 6. Novembris cum Synaxario. Baronius quoque in notis ad diem VII. Junii:

Digitized by Google

Junii: ubi ſic: *De eodem hac die Beda*, *Uſuardus*, *Ado*, *ac cæteri Latinorum*: *Græci autem in Menologio octavo Idus Septembris*, lege, *Novembris*, hoceſt, die VI. Novembris, qua die tam in Menæis quam Men. Baſil. *S. Paulus Confeſſor* colitur. Tres alii *Pauli* in Catalogo Patriarcharum Conſtantinopolitanorum occurrunt. nimirum, *Paulus* Presbyter, qui ſub Conſtante Imperat. Monothelitis faviſſe viſus eſt, ſeditque ab anno 641. ad 655. *Paulus* e Laico ſub Juſtiniano Rhinotmeto, ſub quo Trullanum Concilium habitum, ſedit ab ann. 686. ad 693. *Paulus Cyprius* ſub Conſtantino & Irene ab anno 780. ad 784. ſuccedente ſibi Taraſio. Quis horum trium ſit, qui *Paulus junior* appellatur, aliis divinandum relinquo: nam in Menæis ter *Pauli junioris* fit commemoratio, ſed ſine Synaxario: nimirum ad XX. Auguſti, ad XXX. Auguſti, & ad 2. Septembris. Quod autem ait Papebrochius ad hanc diem in Auguſto Moſcorum Figurato: *Puulus cognomento junior*, *colitur* VII. *Junii*, *quando dabimus gemina ejus ut Confeſſoris ac pene Mart. Acta ex Græcis*: fallitur vir doctus: non enim is *Paulus* Confeſſor a Græcis dicitur ὁ νέος *Junior*, ſed unus aliquis eorum, qui poſt hunc Confeſſorem, & *Pauli* nomen geſſerit & ſedem Conſtantinopolitanam obtinuerit. Joannes Pinius in Act. Sanct. Tom. IV. Aug. ad XX. ejuſdem menſis pag. 96. *Juniorem Paulum*, qui in Menæis colitur, intelligit *Cyprium*, qui Conſtantinopolitanæ Cathedræ præfuit ab anno 780. ad 784. qui palam quidem damnare non auſus eſt hæreſim Iconoclaſtarum; ſed in morbum incidens, ſolio Conſtantinopolitano nuncium remiſit, & aſſumpto monaſtico habitu, in Flori monaſterio ignaviam ſuam publice & non ſine lacrymis confeſſus eſt, & orthodoxam fidem utiliter profeſſus.

Qui in Slavico noſtro Codice *Sacromartyr Philonides* dicitur, hic Epiſcopus Curii in Cypro inſula & martyr appellatur in Menol. MS. Chiffletiano ad diem XVII. Junii, his verbis: μνήμη τοῦ ἁγίου Ἱερομάρτυρος Φιλονείδους Ἐπισκόπου τοῦ κορίου. *Memoria S. Hieromartyris Philonidis Epiſcopi Corii*, pro, *Curii*. Eſt enim *Curium* civitas Cypri, de qua Cellarius lib. 3. antiq. Geograph. cap. 7. pag. 165. „ Ab Amathunte proximum Straboni & Ptolemæo eſt Κυρίας, *Curias* promontorium: & deinde Κύριον, „ Curium oppidum, inter quod & promontorium Ptolemæus „ habet Lyci amnis oſtia. Oppidum Plinius lib. 5. cap. 31. Curiadem vocat communi nomine cum promontorio „. In eo-

„ dem

dem Menol. Chiffletiano Philonides Epiſcopus & Martyr recurrit ad xxx. Aug. ἄθλησις τοῦ ἁγίου Ἱερομάρτυρος Φιλονείδους: *Certamen S. Hieromartyris Philonidis.* Refertur etiam in Menæis MSS. Bibliothecæ Ambroſianæ Mediolani Cod. F. N. num. 178. & additur hæc narratio, quæ etiam habetur in Chiffletiano ad XVII. Junii. Οὗτος ὁ ἅγιος ἐν ταῖς ἡμέραις Διοκλητιανοῦ ἀποκεκλεισμένος φυλακῇ διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν μετὰ τοῦ Ἀριστοκλέους, Δημητριανοῦ καὶ Ἀθανασίου: κἀκείνων τελειωθέντων ἐν Μαρτυρίῳ, οὐ μετὰ πολλὰς ἡμέρας ὁ μιαρὸς Μαξιμιανὸς δόγμα ἐξέθετο. *Hoc Sancto in diebus Diocletiani incluſo carceri propter confeſſionem Chriſti, cum Ariſtocle, Demetriano, & Athanaſio, illiſque conſummatis in martyrio, non multos poſt dies impurus Maximianus edictum edidit.* Cetera vide apud Bolland. in Act. Sanct. Tom. VI. Auguſti ad diem xxx. pag. 545.

Pictor Moſchus in Tabula Papebrochiana, poſt Sanctos tres Patriarchas Byzantinos, exhibet Sanctum Martyrem, laico habitu indutum, crucem manu geſtantem, cum Epigraphe ſupra caput Φηληξ *Felix*. Marmor Neapolit. *Paſſ. S. Felici Epiſcopi.* Paſſio S. Felicis Epiſcopi. Papebrochius: *Felix martyr: hoc ut ſummum indicat habitus.* „ Quis, aut cujas, non eſt facile divi„ nare; nam Menæa nullum hoc die nominant. Aliquis hodie a „ Latinis colitur *S. Felix*, ſed *Presbyter*, *via Oſtienſi*, *occiſus* „ *cum S. Adaucto* „: Culc. pag. 94. ad xxx. Aug. „ De S. Feli„ ce, hodie appoſito, & Indiculo Sanctorum Ruthenorum in„ ſerto, nil habent mei libri, nec puto ipſum eſſe indigenam: „ nam hoc nomen eſt peregrinum Ruthenis. Putarem igitur, „ *Felicem* irrepſiſſe loco *Fantini*, quem e Græcis Menæis, vel „ etiam Polonis Slavonicis inſeruit forſan Pictor Moſcus tabulis „ ſuis „. Huic Culcinianæ conjecturæ obſtare poſſit, quod *S. Fantinus* & *monachus* fuit, & *Confeſſor* ad Deum migravit. Verùm jam vidimus, Pictorem Moſchum ſæpe allucinatum fuiſſe in repræſentandis Sanctorum Imaginibus, necnon in apponendis inſcriptionibus: adeoque mirum non eſt, ſi pro Fantino monacho depinxit *Martyrem* cum Epigraphe Φηληξ loco Φαντιν; aut certe pro Φηλονιδ, *Philonide* Epiſcopo & Mart. de quo ſupra dixi. De S. autem Fantino hæc habet Menolog. Baſilianum ad xxx. Aug. „ Memoria B. Fantini (a) Thaumaturgi. Hic

a Vitam huic Menologio ſimilem vide apud Bolland. in Act. Sanct. Tom. VI. Aug. ad diem xxx. pag. 623. & Cod. MS. Bibliothecæ Ambroſianæ.

„ originem duxit ex Calabrorum regione, Georgio & Bryene „ natus parentibus. Ab ipſis vero faſciis Deo conſecratus, mo„ naſterio dicatur; omnemque aſſecutus virtutem, ac factus „ probus operarius mandatorum Dei, divinis dignus revelationi„ bus efficitur. Ad dies viginti jejunus permanſit. Nudus etiam „ per quatuor annos perſeveravit, innumeris conflictatus cala„ mitatibus ob Saracenorum incurſiones. Quum ita ſexaginta „ annos perſtitiſſet, Vitalium ac Nicephorum diſcipulos ſecum „ aſſumens, ad Peloponneſum appulit: & diu Corinthi verſa„ tus, multis ad ſalutem anſam dedit. Athenas petens, tem„ plumque Genitricis Dei veneratus, Lariſſam ſe contulit; atque „ longo temporis intervallo ad Sancti Achillii ſepulcrum immo„ ratus, Theſſalonicam proficiſcitur, magni Martyris Demetrii „ prodigiis delectatus: perque integros octo annos conſuetum „ abſtinentiæ inſtitutum retinens, in bona ſenectute e vita mi„ gravit „. Joannes Pinius in not. ad vitam S. Fantini, ait, eum ſeculo nono vixiſſe: „ ex eo enim quod in ejus vita dicitur: „ In ſolitudinibus & montibus lubenter habitans, totos viginti „ dies ſæpe tranſigebat jejunus, innumeriſque cum afflictationi„ bus luctatus eſt in Saracenorum incurſibus: ex hoc, inquam, quod de Saracenorum incurſibus dicitur, ſic pergit: „ De Cala„ bria & Apulia a Saracenis infeſtata, actum eſt apud nos in S. Jo„ anne Theriſte, ordinis S. Baſilii monacho ad diem XXIV. Febr. „ pag. 480. & ibidem indicavimus, ab Africanis Saracenis occu„ patam fuiſſe Siciliam ad annum circiter 828. ex inde vero Ca„ labriam & Apuliam cum vicinis ditionibus, Saracenorum de„ prædationi patuiſſe „. Demum de periodo ejus vitæ: Octen„ nis Deo conſecratus fuit, ut ſupra dicitur; deinde narratur, „ per Saracenorum captivitatem multa dura pertuliſſe per an„ nos 60. Sequuntur varia ejus itinera, quibus quantum tempo„ ris impenderit, non additur. His adjunge annos octo Theſ„ ſalonicæ tranſactos, & forte pervenire poteris ad annos æta„ tis ultra octoginta, & ad finem ſeculi noni, quo potuit obiiſ„ ſe „. Habetur de eodem Synaxarium in Menæis excuſis, cum hoc diſticho.

Καὶ γῆν ὑπελθὼν Θαυματουργὸς Φαντῖνος
Ἄνωθεν ἡμῖν μάννα θαυμάτων βρύει.

Miraculorum factor, etiam humi abditus
Fantinus ab alto manna miraculorum pluit:

Ephe-

Ephemerides metricæ ad hanc diem xxx. Auguſti:

Φαντῖνος βιότυ ἀνεχάζετο ἐν τριακοςῇ.

Fantinum ex oculis movit trigeſima noſtris.

Kalendarium Moſcoviticum pró Patriarcha Conſtantinopolitano Alexandro ad hanc diem ponit *Alexandrum* Ruſſiæ Principem, cognomento *Nevenſem*, de quo hæc Culcinius in ſerie Chronologica Ruſſiæ Principum num. xxx. pag. 117. „ Alexander Nevenſis ab anno 1253. ad ann. 1265. Is fuit filius Jaroslai, frater vero Andreæ, poſt cujus obitum, quum jam ætate provectus eſſet, imperium ſuſcepit, & feliciſſime tenuit: nam non jam vicinos domuit hoſtes, ſed etiam cum Svecis ſtrenue pugnavit, eoſque ad fluvium Nevam devicit, unde Nevenſis cognomentum accepit. Nec hoc prætermittendum, quod quum etiamnum juvenis eſſet, profectus ad Battum Tartarorum Regem, qui ejus Avum [*Georgium Uſevolidem*] interfecerat, inermis & abſque milſitibus, editis prodigiis eum perterruit, utque a crudelitate deſiſteret, acriter monuit. Duodecim annis utile multum religioni ac ſubditis imperium geſſit. Mortuus vero, quum patraret, ut fertur apud Moſcos, miracula, tantam ab eiſdem promeruit venerationem, ut honori ejus dicato Templo ac monaſterio Petropoli ad latus Nevæ fluminis, Ordine inſuper equeſtri ſub ejus inſignibus inſtituto, ſemper illum tamquam Sanctum coluerint, & hodie colant „. In ſerie Ducum Ruſſiæ apud Langlet Dufreſnoy Par. 2. pag. 427. poſt *Uſevolodum*, quem anno 1116. Ruſſis imperaſſe aſſerit, hos ſubjungit Duces, non adnotato imperii anno: „ Georgius, Demetrius, Georgius, Andreas, Jaroslaus, Andreas, Michael, Daniel, S. Alexander Nufski [*ideſt*, *Nevenſis*, *de quo agimus*] tum vero: Anno 1300. Daniel filius S. Alexandri, qui titulum magni Ducis ſibi vindicavit. Anno 1327. Georgius Danielowitz [ideſt Danielis filius,] e throno dejectus. Anno 1330. Demetrius Michaëlowitz: Iwan Danielowitz, & Iwan Iwanovitz „. Cetera. At Culcinius ſeriem eorum Ducum aliter texit: nam poſt Alexandrum Nevenſem, quem, ut ſupra dixi, ab anno 1253. ad 1265. imperaſſe ſcribit, ſubjicit *Jaroslaum*, ipſius Alexandri fratrem, Tuerenſium Ducem, ſimulque Uladimirienſem unacum Baſilio altero fratre Caſtromenſium Domino, ab an. 1265. ad 1277. Poſtea *Demetrium*, Alexandri filium primogenitum, ab

Digitized by Google

ab anno 1277. ad 1294. Deinde *Andream*, ſecundogenitum Alexandri filium, ab anno 1294. ad 1305. Tum vero *Michaelem* Tuerenſem, filium Jaroslai, nepotem Alexandri, ab an. 1305. ad 1319. Deinde *Georgium* Danielidem, ideſt filium Danielis, filii Alexandri, ab anno 1319. ad 1328. qui *Daniel* is fuit, quem Innocentius IV. anno 1254. per Opizonem Abbatem corona Regia inſigniri juſſit; quique anno 1286. moriens, inter alios filios hunc *Georgium* reliquit Uladimirienſem poſt Michaelis obitum Principem, necnon filium alterum *Joannem*, qui quum ſedem imperii è Uladimiria Moſcuam tranſtuliſſet, regnavit ab an. 1328. ad 1341. Verba Culcinii de Daniele Alexandri Nevenſis filio hæc ſunt pag. 119. „ Alexander ille Nevenſis, ſi pietatem, ſi „ fortitudinem ſpectes, vere magnus, præter filios Demetrium „ & Andream, qui ſolium ejus ſucceſſive unus poſt alterum, „ præmiſſis duobus patruis (*Jaroslao & Baſilio*) tenuerunt, „ habuit quoque tertium filium Danielem, quem Ruſſi Kio„ vienſes, Czernihovienſes, Halicienſes, cæterique per Bat„ tum Tartarum Ducibus ſuis orbati, peramanter ad imperan„ dum quum invitaſſent, inſtructus ipſe a patre ſufficienti co„ mitatu, occupavit illas ampliſſimas ditiones, & rexit felicif„ ſime. Hic eſt Daniel, qui late regnans in Ruſſia meridionali, „ miſerat Legatos ſuos ad Innocentium IV. & ad Concilium „ Lugdunenſe primum, petens, ut coronaretur in Regem Ru„ thenorum, promittenſque ſtrenuam defenſionem Chriſtianæ „ Religionis contra Tartaros, acceptata libenter tali legatione „ Summus Pontifex, miſit in Ruſſiam Opizonem Abbatem, „ qui Sedis Apoſtolicæ Legatus, aſſumptis ſecum Prandota ac „ nonnullis aliis Epiſcopis Polonis, venit Kioviam, ibidemque „ Danielem anno 1254. ſolemni ritu coronavit, quum prius „ neocoronatus victurum ſub obedientia Romanæ Eccleſiæ, ju„ ramento ſeſe obſtrinxiſſet. Deceſſit hic Daniel anno 1286. „ relictis filiis, ex quibus alii Kiovienſi, Czernihovienſi, cæte„ riſque Ducatibus præfuerunt: alii ad Principatum Uladimi„ rienſem aſſumpti regnarunt. Ex his Georgius Danielides, de „ quo præſens eſt ſermo, poſt deceſſum Michaelis I. Tueren„ ſis, Uladimiriæ annis 8. imperavit „. Verum cum bona Culcinii venia, Daniel, juſſu Innocentii Papæ IV. coronatus Ruſſiæ Rex, alius fuit a Daniele filio Alexandri Nevenſis. Nam *Daniel* ille *Romanum* patrem habuit, filioſque genuit *Leonem &*

Ro-

Romanum, non Georgium & Joannem. Præterea jam Halicienſium Dux erat ab anno Chr. 1210. quemadmodum Miechovius docet lib. 3. cap. 32. ubi ad ann. 1208. narrat Ruthenos ad ſedandum civilia bella inter eos orta, rogaſſe Andream Hungariæ Regem, ut filium ſuum Colomanum ſibi præficeret. „ Quo „ (inquit) in Halicz veniente, & in Regem Gallaciæ (*Halicia*) per Vincentium Cracovien. & alios Hungariæ Epiſcopos coronato atque in uncto, Rutheni in odium & alienationem verſi ſunt; veriti, ne per hoc ritus & genus eorum in „ exterminium deduceretur. Mſcislaus itaque Mſcislavicz, Chrobry a Ruthenis ob præſtantiam appellatus, Polowczorum „ adjutus auxiliis, expugnavit arcem Halicienſem, Rege Colomano, Vincentio Epiſcopo Cracovienſi, & Ivone Cancellario „ Poloniæ per turpem fugam elapſis, plurimiſque Hungaris & „ Polonis occiſis aut captis & in ſervitutem venumdatis. Ad „ ulciſcendum ergo ejectionem Colomani filii ſui, Andreas Rex „ Hungariæ miſit notabilem exercitum, miſit & Lesko Albus „ exercitum Polonicum, quem Rex Hungariæ mitti ab eo precatus fuit. Quatuor autem Ducibus Ruſſiæ cum ſuis & omnium Principum Ruſſiæ exercitibus, ſcil. Mſcislao Mſcislavicz, Uladimiro Ruricovicz, Roſcislao Davidovicz, & altero Roſcislao Mſcislavicz, venientibus, advenit & Polowczorum exercitus, geminato Hungaricum & Polonicum agmen „ excedens „. In ſumma a Ruſſis Halicia capta, Colomanus cum uxore a Mſcislao in Torozsko ad aſſervandum miſſus, nec de captivitate ſolutus, niſi poſt plures tractatus anno Dom. 1210. habitos, his conditionibus adjectis, ut Bela filius Regis Hungariæ in conjugem Mariam filiam Mſcislai acciperet, & quod Mſcislaus poſt triennium Colomano Haliciam cederet, & quod libere ſolveret e captivitate Colomanum & uxorem ejus omneſque captivos ſuæ poteſtatis: „ quæ omnia fuere conſummata, „ quia Mſcislaus in Torozsko ſeceſſit, annoque ſequenti mortuus, ſepultus eſt in Eccleſia S. Crucis in Kiow, quam vivens fabricaverat. Colomano vero Principatus Halicienſis „ non fuit diuturnus: Nam (*a*) Daniel Romanovicz occupa- „ ta

a Cromerus Polonicar. rer. lib. 9. pag. 555. „ Poſt mortem Colomani Ungari Halicienſium Regis, Daniel Romani Ducis filius, adverſæ factionis Ducibus vel domitis, vel in ſuam ſententiam adductis, magnam ſibi potentiam & monarchiam fere „ in Ruſſis Auſtralibus uſurpabat. Et quo majorem ſibi authoritatem compararet, le- „ gatio-

Digitized by Google

„ ta arce Halicienſi, Colomanum exinde abegit & fugavit:
„ quem Andreas Rex Hungariæ vix poſt binam expeditionem
„ in Ducatum Halicienſem reſtituit, Duce Daniele Romano-
„ wicz non audente ſeſe potentiæ Hungarorum opponere. Se-
„ ditque Colomanus in Halicz tribus annis, & anno Chr. 1225.
„ mortuus eſt, morbo, an veneno, incertum eſt. Poſt quem
„ Daniel Romanowicz Halicz occupavit „. Idem Miechovius
lib. 3. cap. 43. ad ann. 1246. narrat primam hujus Danielis, Romani filii, coronationem: „ Anno (inquit) 1246. per Craco-
„ viam in Pruſſiam & Pomeraniam Opizo Abbas de Meſſano
„ S. A. L. ex Lugdunenſi Concilio per Innoc. Papam miſſus
„ tranſit. *Et poſt pauca*. Danielem autem Drohicien. & Kio-
„ vien. Principem inter Principes Ruſſiæ potentiorem, rogan-
„ tem & pollicentem ſe cum omnibus Ruſſorum terris, Græco
„ ritu derelicto, in obedientiam & communionem Eccleſiæ
„ Romanæ tranſiturum, præfatus Legatus Opizo anno eodem
„ 1246. in Regem ſuper Ruſſiam in caſtro coronavit, & inunxit;
„ quod omnes Pontifices Poloniæ diſſuadebant, ſcientes Ducis
„ Danielis fidem eo fluxam, veluti poſtea compertum eſt „. &
cap. 54. de iterata Danielis coronatione: „ De mandato Inno-
„ centii Papæ IV. anno Dom. 1253. Opizo de Meſzano S. A. L.
„ aſſumpto ſecum Prandotha Epiſcopo Cracovien. & nonnullis
„ aliis Epiſcopis, Danielem Ducem Ruſſiæ, altera vice prio-
„ rem coronationem innovando, in caſtro Drohicien. in Regem
„ Ruſſiæ inunxit, accepto ab eo juramento, quod ritu Græco
„ deſerto, tam ipſe, quam natio Ruthenica, ritum Romanum
„ fideliter ſectaretur „. Et eodem lib. 3. cap. 45. ad ann. 1259.
de Polonia minore a Tartaris vaſtata, deque Ruthenorum
fraude: „ Ecce ingens Tartarorum exercitus ex multis legio-
„ nibus conflatus, & per gentes Ruthenorum ac Lithuanorum
„ adauctus, cum Ducibus Tartarorum Nogay & Thelebuga,
„ poſt feſtum S. Andreæ anno Dom. 1259. in terram Sando-
„ mirien. advenit, tranſienſque per glacies concretas fluvii Vi-
„ ſtulæ, civitatem Sandomirien. incendit, & eam cum Eccle-
„ ſiis conflagravit. Caſtrum quoque, in quod univerſa Sandomi-
„ rien-

„ gatione ad Opiſſonem Legatum Apoſtolicum in Poloniam miſſa, quum promitteret
„ ſe cum univerſa gente ſua ad Romanæ & Catholicæ Eccleſiæ ſocietatem ſive unita-
„ tem acceſſurum, & Chriſtianas regiones adverſus Tartaros . . . defenſurum, nomen
„ ac diadema Regium ſibi & poſteris ſuis, nequicquam diſſuadente Opiſſoni Prendo-
„ tha Epiſcopo Cracovienſi, & nonnullis aliis, impetravit.

„ rienſium regio cum uxoribus, pignoribus, & fortunis confu-
„ gerat, cinxit, & illud nocte ac interdiu oppugnavit: ſed
„ quum non prævaluiſſet, Vaſilko (*a*) Dux germanus Danie-
„ lis, inſuper Leo & Romanus, filii Danielis Regis Ruſſiæ, ad
„ Petrum de Krampa Sandomiriæ Capitaneum miſerunt, ut
„ potius humiliatus tributum imponendum ſecurus pendat,
„ quam arcem & qui in eam confluxerunt, omnes perdat. Cre-
„ didit Petrus de Krampa, doloſitatis & fraudis Ruthenorum
„ expers atque ignarus: factaque tregua pacis cum Sbigneo ger-
„ mano ſuo & inſignioribus militibus, e caſtro deſcendit, & in
„ ſtativa Tartarorum per Duces Ruthenorum deductus eſt „.
Cetera de Ruthenorum fraude, & magna ſanguinis Sandomirienſium effuſione per Tartaros facta. Ex his habemus, Danielem quidem, qui Ruſſiæ Rex de mandato Innocentii IV. Papæ coronatus fuit, Romani, non Alexandri filium fuiſſe: habemus etiam, ipſius Danielis Regis filios Leonem & Romanum, non Georgium & Joannem: ac proinde Danielem horum, ideſt Joannis & Georgii patrem, filium fuiſſe Alexandri Nevenſis, a primo Daniele Ruſſiæ Rege Romanoviczio, omnino diverſum.

XXXI.

Depositio Zonæ Deiparæ.

Vaticani Ruthenici: *Depoſitio Zonæ Deiparæ*. Slavicus noſter: *Depoſitio venerabilis SSmæ Deiparæ Cinguli, quod jacet in Sancto Scrinio in Chalcopratiis*. Kalendar. Moſcoviticum: *Prep. Pojaſa Bogorodyky: Sancta Zona Deiparæ*. Poſſevinus: *Poſitio Cinguli B. Virg. Mariæ*. Papebrochius & Culcinius: *Polozenie Pojaſa Preſviatya Boborodycy: Depoſitio Zonæ SSmæ Deiparæ*. Ephemerides metricæ.

Εὖ γε σόρῳ Ζώνην πρώτῃ πανάγνε τριακοστῇ.
Virgineam condit prima & trigeſima Zonam.

Repoſitio ea facta eſt Conſtantinopoli in Chalcopratiis ſub Juſtiniano Imp. Fuerat autem ipſa ſacra Zona illuc allata Hieroſolymis ſub Arcadio, unacum ſacra Veſte ejuſdem Deiparæ, de qua fit feſtum die 2. Julii. Hæc autem Repoſitio facta eſt ſub Leone Imp. cujus uxorem Verinam ſanitati reſtituit ſuper eam explicata per manus Patriarchæ, puta, S. Gennadii. Hæc Papebrochius. Menæa ad XXXI. Aug. τὰ καταθέσια τῆς τιμίας Ζώνης, τῆς ὑπερα·

---

a Eadem apud Cromerum lib. 9. pag. 554. „ Ibi Ruſſorum Duces Leo & Romanus Danielis filii, & Baſiliſcus frater, qui in caſtris Tartaror. erant &c.

ὑπεραγίας Θεοτόκου: *Depoſitio pretioſæ Zonæ*, *SSmæ Deiparæ*, cum officio & Synaxario in utroque Menologio, quod ſupra recitatum eſt ad diem 2. Julii, in qua agitur *de depoſitione veſtis Deiparæ in Blachernis*. Ibi oſtenſum eſt, ſub Pulcheria Auguſta tam *Veſtem*, quam *Zonam* Deiparæ, fuiſſe Hieroſolymis Conſtantinopolim translatas, & hanc in æde Chalcopratiana, illam vero in Blachernenſi depoſitam. Falconius ad hanc diem pag. 132. Ruthenica hæc verba recitat: *Poloxenie ceſtro pojaja Bogorodici*: peſſime: nam dicere debuiſſet, *Polozenie*, non *Poloxenie*; & *Czeſtnago*, non *ceſtro*: demum *Pojaſa*; non *Pojaja*: niſi in verbis etiam, uti & in ſenſu, nugari voluiſſet. Certe Rutheni ad hæc, quæ a Falconio ſcribuntur, verba horreſcunt. Exſtant Encomia & in Blachernenſem, & in Chalcopratianam ædem; Nimirum. I. In Templi S. Mariæ dedicationem & reliquiarum venerationem, Zonæ & Faſciarum, Germano Patriarcha Conſtantinopolitano auctore: δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ, Græc. & Latine apud Combefiſ. in Manipulo Rerum Conſtantinopol. pag. 232. Latine Tom. 6. Lipom. & apud Surium ad XXXI. Aug. II. In venerationem Deiparæ & Encænia novi Loculi in Chalcopratiis, Euthymio monacho auctore. πρόκειται σήμερον ἡμῖν εἰς προσκύνησιν, Latin. Tom. 6. Lipom. pag. 217. & Sur. 31. Aug. III. In Zonam B. Mariæ, Germani Patriarchæ: τίς ὁ φαιδρὸς σύλλογος οὗτος; Græc. & Lat. apud Combefiſ. in Auctar. novo pag. 789. qui mavult hanc orationem Andreæ Cretenſi tribuere. IV. In depoſitionem pretioſæ veſtis Deiparæ in Blachernis, Georgio Metrop. Nicomedien. auctore: θεῖα τινὰ καὶ μεγάλα μυστήρια. Græc. & Latin. Combefiſ. Tom. 2. Auctar. nov. pag. 752. A Poſſevino tribuitur Theodoro Presbytero & Syncello magnæ Eccleſiæ. His addi poſſunt, I. Nicephori Calliſti in Templum S. Mariæ ad perennem Fontem, & de miraculis ibi factis, ideſt de æde Pegana εἶτα πηγῆς μὲν ἡδύ. II. Narratio Germani Patriarchæ de miraculoſa reſtitutione Ectypæ Imaginis Deiparæ Romanæ ex Archetypo a S. Luca depicto: καὶ πάντα μὲν ὁ χρόνος, Lamb. VIII. pag. 325. III. Miracula Deiparæ in Choziba: Ἀλλ' ἐπὶ τὰ θαύματα τῆς ἐνδόξου, Biblioth. Coiſlin. pag. 416.

EPHE-



Digitized by Google

EPHEMERIDUM RUTHENICARUM.

TABULA QUINTA

CONTINENS FESTA PER ANNI CIRCULUM MOBILIA

A Dominica quarta ante Jejunium Quadrageſimale, uſque ad Dominicam poſt Pentecoſten.

I.

Triodium, *&* *Pentecoſtarium*.

RUSSOS a Græcis & fidem Chriſti, & Eccleſiaſticos Ritus accepiſſe, omnibus compertum eſt, & Rituales eorum libri teſtantur. Quemadmodum autem in *Kalendario* per anni circulum, ita & in ordine *Dominicarum* atque *Hebdomadarum*, ideſt Feſtorum mobilium, Græcos imitantur: id quod conferenti tum manu exaratos, tum typis editos Slavico ſermone Codices Evangeliorum patebit, in quibus Codicibus Lectiones Evangelicæ per annum, eodem ordine, ac in Græcorum *Typico*, ſunt deſcriptæ. Verum hoc inter *Typicon*, & inter *Evangelicos Græcos Ruſſòſque Codices* diſcriminis intercedit, quod in Codicibus Evangelicis ordo Lectiònum per anni circulum deſcribitur initio ducto a *Dominica Paſchatis Reſurrectionis*, & finem habet in *Sabbato Sancto*. *Typicon* vero (præter ordinem recitandi divini officii a Kalendis Septembris ad finem Auguſti,) præſcribit reliqua officia Eccleſiaſtica a *Dominica Publicani & Phariſæi*, quæ *Septuageſimam* (*a*) Latinorum antecedit, uſque ad *Dominicam omnium Sanctorum*, quæ prima eſt poſt *Dominicam Pentecoſtes*. Quamobrem *Typicon* duos complectitur Eccleſiaſticos Græcorum libros, quorum primus Τριώδιον, *Triodium* appel-

a Fallitur Caveus, dum in Append. ad hiſtor. Literar. diſſert. 2. de Libris & officiis Eccleſiaſticis Græcorum pag. 191. *Triodium*, ait, initium ducere *a Dominica Septuageſima*. Lege ipſum Triodium, & videbis illius initium deſumi a Dominica ante Septuageſimam.

appellatur, alter Πεντηκοστάριον, *Pentecoſtarium*. *Triodium* eſt liber Eccleſiaſticus, in quo officium a Dominica Septuageſimam antecedente, quam vocant *Publicani & Phariſæi*, uſque ad *Sabbatum Sanctum*, continetur: *Triodium*, ideſt, *Trium Odarum* liber dictus, quod quum Canones & Hymni, qui in reliquis Divinis officiis uſurpantur, *novem* habeant Odas, hic liber *tribus* tantum conſtet, imo neque ſemper tres habet. Primus hanc officii formam in figuram, ut videtur, Sanctiſſimæ Trinitatis, Coſmas Melodus excogitaſſe dicitur, qui pro magna ſanctaque Hebdomada, cantus ad cujuslibet fere diei appellationem per Acroſtichides concinnavit. Ad cujus exemplum, Theodorus & Joſephus Studitæ in reliquis Sanctæ Quadrageſimæ Hebdomadis in Monaſterii ſui uſum compoſuerunt. Poſtea multa addiderunt Nicephorus Calliſti, & Philotheus Patriarcha. Vide Allatium diſſert. 2. a pag. 114. ubi, antiqua fere omnia, inquit, plana ſunt, nihilque in ſe continent quod pias aures offendat; recentia multis ſcatent erroribus, quos refert & refellit idem clariſſimi nominis Auctor, quique proinde in nova, quæ nuper Romæ curata eſt, Triodii editione ſublati ſunt, redacto ad antiqua exemplaria eodem libro. *Pentecoſtarium* eſt alter Eccleſiaſticus Triodio ſubjunctus Liber, quo officium ab ipſo Paſchatis die, uſque ad Octavam Pentecoſtes, nempe ad Dominicam (ut Græci vocant) omnium Sanctorum, continetur. Multa etiam in hoc Libro carpit, & virga cenſoria notat clar. Allatius diſſert. 2. pag. 229.

Antequam ad Tabulas Capponianas veniam, illud ante omnia præmittendum eſt, diem Dominicum ejuſque Hebdomadam alium apud Græcos locum, ac apud Latinos, habere. Latinis enim (ut verbis utar clariſſimi Allatii mei in Bibliothecæ Vaticanæ Præfectura deceſſoris) primus eſt, dies Dominicus, & qui poſt illum ſubſequitur dies Lunæ ſecundus, hinc & Feria ſecunda, & dies Martis tertius, feria tertia, & ſic de aliis. Feriam enim primam, Dominicam ſcilicet, omnes reſpiciunt, quam præeuntem ſequuntur: & tota illa Hebdomas, ab illa eadem Dominica ſibi nomen ſumit. Hebdomas enim tota Paſſionis dicitur, quia præcedens Dominica Paſſionis eſt; & Hebdomas quarta Quadrageſimæ, quia Dominica quarta eſt; & ſic de aliis. Apud Græcos tamen aliter fit. Hebdomas namque a ſubſequente Dominica, tamquam termino, nomen & nume-

Digitized by Google

merum habet. Verbi gratia, Palmarum Hebdomas non erit ea, quæ ſubſequitur Palmarum Dominicam, ſed quæ præcedit, quæ Latinis Paſſionis eſt. Quarta Hebdomas Quadrageſimæ non erit quæ Dominicam quartam excipit, ſed quæ antevertit. Quare quæ Latinis erit tertia Hebdomas Quadrageſimæ, Græcis erit quarta; quæ illis quarta, Græcis quinta, & ſic de ceteris; exceptis iis Hebdomadis, quæ a Paſchate ad Pentecoſten excurrunt: illæ enim a primo & præcedente Dominico die, non a ſubſequente nominantur. Sic Feria ſecunda, quæ proxima eſt Dominicæ, a Græcis *Antipaſchæ*, a Latinis *in Albis* appellatæ, *Feria ſecunda Antipaſchæ* dicitur, & ita conſequenter *Feria tertia Antipaſchæ*, uſque ad ſubſequentem Dominicam, quæ nominatur *ſecunda Dominica ſecundæ Hebdomadæ Antipaſchæ*, Κυριακὴ δευτέρα τῆς δευτέρας ἑβδομάδος τοῦ ἀντιπάσχου, nimirum reſpectu primæ Hebdomadæ quæ a Dominica Reſurrectionis ad Dominicam in Albis excurrit, quæque Διακαινήσιμος, *Diacæneſima* Hebdomas vocatur.

His igitur, quæ & Græcis & Ruſſis communia ſunt, prænotatis, duo ſunt nobis præſtanda, ut Ruſſicorum Rituum plena atque integra [rem hanc quod ſpectat] notitia habeatur. Primum nempe conferendus ordo Evangelicarum Lectionum Eccleſiæ Ruſſicæ cum Græcanicis. Deinde comparandæ item cum Græco Ritu, ſimulque exponendæ Dominicæ, Hebdomadæ & Feriæ, quæ in Tabulis Capponianis ſunt deſcriptæ.

I I.

Evangelia Eclogadia, ſive Lectiones Evangelicæ per anni circulum.

VETUSTISSIMOS Evangeliorum Codices duos ad manus habemus in locupletiſſima Vaticana noſtra Bibliotheca. Primus eſt *Græcus* Membraneus in folio, pergamenas continens 343. literis, ut vocant, cubitalibus exaratus, cum notis muſicis minio ſive cinnabari delineatis. In fine hujus Codicis hæc adnotatio legitur. Κῦρ Φραγκίσκος Ακκίδας, εὐγενὴς Κολλασεὺς πολίτης Μεσσήνης, ἐν τῇ Βασιλευούσῃ τῶν πόλεων Ῥώμῃ, τὸ παρὸν ἐκομίσατο βιβλίον, ἔτει ἀπὸ Ἀδὰμ ξζώ, μηνὶ Ιουνίῳ, Ινδικτίωνος ιά. *Dominus Franciſcus Accidas, Nobilis Coloſſenſis, civis Meſſanenſis,*

ſis, *in Regina urbium Roma*, *præſentem librum comparavit*; *anno ab Adam* 7091. *menſe Junio*, *Indictione undecima*, hoc eſt, Chr., 1583. Codex eſt nongentorum annorum, hoc eſt exeuntis noni Chriſtiani ſæculi, quantum ex characterum forma, & ex Sanctorum Kalendario colligi poteſt; primus inter Codices MSS. Græcos Bibliothecæ Otthobonianæ, quos unacum Latinis manu exaratis, numero termille & trecentos, nuper pro Vaticana Bibliotheca comparavimus. Titulus Libri eſt: Εὐαγγέλιον ἐκλογάδιν, hoc eſt, Quatuor Evangelia Joannis, Matthæi, Lucæ, Marci, in ſectiones diſtributa, eo ordine, quo juxta Eccleſiæ Græcæ Ritum Lectiones per anni circulum legi ſolent, a Dominica Paſchatis Reſurrectionis, uſque ad Sabbatum Sanctum inclusive. Εὐαγγέλια Ἐκλογάδια [inquit cl. Bernardus de Montfaucon in Palæographia Græca lib. 6. pag. 386.] „ ſunt Libri „ Evangeliorum per annum. Vocantur autem Ἐκλογάδια, quia „ pro temporis & ſolemnitatum ratione Evangelia illa delecta „ ſunt „ nempe Evangelicæ Lectiones.

Alter Codex *Ruthenicus*, item Membraneus in folio, continens pergamenas ſcriptas 275., duabus aut tribus in fine mutilus, vetuſtiſſimus quoque eſt, uti ex Sanctorum Kalendario, & ex iis, quæ Tom. 1. a pag. 109. de eodem Codice a nobis ſunt obſervata, manifeſtum fit. Titulus libri: Εὐαγγελιε Bceдневн, ideſt, *Evangelia Quotidiana*: quæ ſunt eodem ordine, ac Græcum Εὐαγγέλιον Ἐκλογάδιν, diſpoſita. Idque ut clarius appareat, Græcum Codicem cum Ruthenico confero.

Græcus Codex: Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ Κυριακῇ τοῦ Πάσχα, Εὐαγγέλιον ἐκ κατὰ Ἰωάννην. ἡ ἀρχή. ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος. *Sancta & magna Dominica Paſchæ*. *Evangelium ex Joanne*. Initium. *In principio erat verbum*. fol. 1. pag. 1. Ruthenicus: Исконн (a) βια σλοβο, *In principio erat Verbum*. fol. 1. pag. 1.

Græcus. Τῇ δευτέρᾳ τῆς διακαινησίμου. ex Joan. capit. 5. Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακεν πώποτε. fol. 2. *Feria ſecunda Diacæneſimi*: ideſt, Hebdomadæ poſt Paſcha. *Deum nemo vidit unquam*. Ruthenicus: fol. 1. pag. 2. διακαινήσιμος. Quæ feſtum Paſchæ ſequitur tota Hebdomas, διακαινήσιμος dicitur, hoc eſt, *Diacæneſima*: nomen habet ex SSmo Reſurrectionis Chriſti triumpho, qua

a Al. leg. B ысконе, *u nacelo*. pro, искони. Vide Cod. Ruthenicum Vaticanum ſecundum pag. 182.

quo omnia renovantur, inſtaurantur, & meliorem in ſtatum reducuntur. Hanc ob cauſam νέα ἑβδομὰς, *nova Hebdomada*, a nonnullis nuncupatur. Vide Allat. de Dominicis & Hebdomadibus Græcorum num. XXIII. pag. 1455. edit. Coloniæ Agrippinæ 1658.

Græc. Τῇ γ'. τῆς διακαινησίμου. ex Jo: cap. 52. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ὁ Πέτρος ἀναστὰς ἔδραμεν ἐπὶ τὸ μνημεῖον fol. 3. Ruthen. fol. 2. *Feria 3. Diacæneſimi. In illo tempore exſurgens Petrus cucurrit ad Monumentum.*

Græc. Τῇ δ'. τῆς διακαινησίμου. ex Joan. cap. 15. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ εἱστήκει ὁ Ἰωάννης, καὶ ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ δύο. fol. 5. Ruthenicus fol. 3. pag. 2.

Græc. Τῇ ε'. τῆς διακαινησίμου. ex Joan. cap. 24. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἄνθρωπός τις ἦν ἐκ τῶν φαρισαίων. fol. 6. pag. 2. Ruthenicus fol. 4. pag. 2.

Græc. Τῇ παρασκευῇ τῆς διακαινησίμου. ex Joan. cap. 20. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς καπερναούμ. fol. 8. Ruthen. fol. 5.

Græc. τῷ Σαββάτῳ τῆς διακαινησίμου, Jo. cap. 24. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὴν ἰουδαίαν γῆν. fol. 9. Ruthenicus fol. 5. pag. 2.

Græc. Κυριακὴ τοῦ Ἀντιπάσχα. Joan. cap. 213. οὔσης ὀψίας τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τῶν Σαββάτων. fol. 10. Ruthenicus fol. 6. pag. 2. Latinis *Dominica in Albis* dicitur, nempe, *depoſitis*, ut in Miſſa Ambroſiana ſcribitur: pridie namque a baptizatis albæ, ſive alba veſtimenta deponebantur. Græcis dicitur καινὴ, ἢ νέα κυριακὴ, *nova*, ſive, *nova Dominica*. Item, Κυριακὴ τοῦ Θωμᾶ, ἤγουν τοῦ Ἀντιπάσχα, *Dominica Thomæ*, *hoc eſt*, *Antipaſchæ*. Vide Allat. lib. cit. num. XXIV. pag. 1457. & ſeq.

Græc. Τῇ β'. τῆς β'. ἑβδομάδος, Feria ſecunda ſecundæ Hebdomadis. Jo. cap. 20. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ γάμος ἐγένετο ἐν κανᾶ. fol. 11. pag. 2. Ruthenicus fol. 7.

Græc. Τῇ γ'. τῆς β'. ἑβδομάδος. Jo. cap. 24. εἶπεν ὁ κύριος τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς. οὕτως ἠγάπησεν ὁ Θεός. fol. 12. p. 2. Ruthenicus fol. 7. p. 2.

Græc. Τῇ δ'. τῆς β'. ἑβδομάδος. Joan. 39. εἶπεν ὁ κύριος πρὸς τοὺς ἐληλυθότας πρὸς αὐτὸν ἰουδαίους. ὁ πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται. fol. 13. Ruthen. fol. 8. deeſt Finis antecedentis, & tota lectio feriæ quintæ, & initium lectionis feriæ ſextæ. Initium hujus & ſequentis lectionis.

Græc.

Digitized by Google

Græc. Τῇ ε. τῆς β' ἑβδομ. Joan. εἶπεν ὁ κύριος πρὸς τοὺς ἐληλυθότας πρὸς αὐτὸν ἰουδαίους. Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ὁ τὸν λόγον μου ἀκούων, καὶ πιστεύων τῷ πέμψαντί με. fol. 14. Ruthenicus fol. 9. pag. 2.

Τῇ παρασκευῇ τῆς β' ἑβδομάδος, Jo. 41. εἶπεν ὁ κύριος πρὸς τοὺς ἐληλυθότας πρὸς αὐτὸν ἰουδαίους. καθὼς ἀκούω, κρίνω, καὶ ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ, δικαία ἐστίν. fol. 15. Ruthen. 10.

Τῷ Σαββάτῳ τῆς β'. ἑβδομ. Jo. 50. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἰδόντες οἱ ἄνθρωποι ὃ ἐποίησε σημεῖον οἷς, ἔλεγον. fol. 16. pag. 2. Ruthen. fol. 8. pag. 2.

Τῇ Κυριακῇ τῆς γ'. ἑβδομάδος ἐκ κατὰ Μάρκον. κεφ. σκδ' Dominica Tertiæ Hebdomadæ. ex Marco cap. 224. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐλθὼν Ἰωσὴφ ὁ ἀπὸ Ἀριμαθαίας. fol. 18. Ruthenicus fol. 9. pag. 2. Poſt Dominicam Antipaſchæ, locum habet κυριακὴ γ' ἀπὸ τοῦ Πάσχα, ſeu τῶν ἁγίων μυροφόρων γυναικῶν, καὶ Ἰωσὴφ τοῦ δικαίου, *Dominica Tertia a Paſchate, ſeu Sanctarum unguenta ferentium mulierum, & Joſephi juſti.*

Τῇ β'. τῆς γ'. ἑβδομ. Feria ſecunda, Tertiæ Hebdomadæ. Jo. 37. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἦν τις βασιλίσκος, οὗ ὁ υἱὸς ἠσθένει ἐν καπερναούμ. fol. 19. Ruthen. fol. 10.

Τῇ γ'. τῆς γ'. ἑβδ. Jo. 52. εἶπεν ὁ κύριος πρὸς τοὺς πεπιστευκότας αὐτῷ ἰουδαίους. ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην. fol. 20. Ruthen. fol. 10. pag. 2.

Τῇ δ'. τῆς γ'. ἑβδ. Jo. 55. εἶπεν ὁ κύριος πρὸς τοὺς πεπιστευκότας αὐτῷ ἰουδαίους. ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς. fol. 20. p. 2. Ruthen. fol. 11.

Τῇ ε. τῆς γ'. ἑβδ. Jo. 55. εἶπεν ὁ κύριος πρὸς τοὺς πεπιστευκότας αὐτῷ ἰουδαίους. τοῦτό ἐστιν τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με πατρός. fol. 21. Ruthen. fol. 11. p. 2.

Τῇ παρασκευῇ τῆς γ'. ἑβδ. Jo. 63. εἶπεν ὁ κύριος πρὸς τοὺς πεπιστευκότας αὐτῷ ἰουδαίους. ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς. οἱ πατέρες ὑμῶν ἔφαγον τὸ μάννα. fol. 22. Ruthenicus fol. 11. p. 2.

Τῷ Σαββάτῳ τῆς γ'. ἑβδ. Jo. 138. εἶπεν ὁ κύριος τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς. ταῦτα ἐντέλλομαι ὑμῖν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. fol. 2. pag. 2. Ruthen. fol. 12.

Κυριακὴ τετάρτη ἐκ κατὰ τοῦ Ἰωάννου, κεφ. λη'. Dominica Quarta, ex Jo. cap. 38. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἀνέβη ὁ Ἰησοῦς εἰς Ἱεροσόλυμα. fol. 23. pag. 2. Ruthenicus fol. 12. pag. 2. Quarta Dominica, & ſequens Hebdomas vocatur, Κυριακὴ τετάρτη ἀπὸ

τοῦ

Digitized by Google

τοῦ πάσχα, ἤτοι τοῦ παραλυτικοῦ, Dominica Quarta a Paſchate, vel Paralytici: cujus officium canitur Dominica, ac Feria ſecunda, & tertia terminatur: quarta enim a matutino incipit Feſtum *Mediæ Pentecoſtes*, quod Græci Μεσοπεντηκοστὴν vocant. Meſopentecoſtes autem ſolemnitas per dies octo celebratur, Feria autem Quarta ſubſequentis hebdomadæ terminatur: quam poſtea ſequuntur officia *Samaritanæ*, cujus etiam Hebdomas eſt. Typicon: Δεῖ γινώσκειν, ὅτι ἡ ἀκολουθία τῆς σαμαρίτιδος ψάλλεται τῇ Κυριακῇ, τῇ πέμπτῃ, καὶ τῇ παρασκευῇ, καὶ τῷ Σαββάτῳ. τῇ δὲ δευτέρᾳ, τρίτῃ, καὶ τῇ τετράδι ψάλλεται ἡ ἀκολουθία τῆς Μεσοπεντηκοστῆς, καὶ ἀποδίδοται. „ Sciendum eſt, officium Samari-
„ tanæ cani die Dominico, Feria Quinta, Sexta, & Sabbato.
„ Nam Feria ſecunda, tertia & quarta, officium fit mediæ Pen-
„ tecoſtes.

Τῆς β′. τῆς δ′. ἑβδομάδος. Jo. 68. Feria 2., hebdomadis Quartæ. εἶπεν ὁ κύριος πρὸς τοὺς πεπιστευκότας αὐτῷ ἰουδαίους. ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα καὶ πίνων μου τὸ αἷμα. fol.25. Ruthenicus fol.13. pag.2.

Τῇ γ′. τῆς δ′ ἑβδ. Jo. 75. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ περιεπάτει ὁ Ἰησοῦς ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ. fol.26. Ruthen. fol.13. p.2.

Εἰς μεσοπεντηκοστήν. Jo. 75. In Mediam Pentecoſten, hoc eſt, Feria quarta, Hebdomadis Quartæ a Paſchate. τῆς ἑορτῆς μεσούσης ἀνέβη ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸ ἱερόν. fol. 27. pag. 2. Ruthenicus fol. 14.

Τῇ ε′. τῆς δ′. ἑβδομ. Jo. 86. εἶπεν ὁ κύριος, πρὸς τοὺς ἐληλυθότας πρὸς αὐτὸν ἰουδαίους. ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ Κόσμου. Ruthenicus fol.15.

Τῇ παρασκευῇ, τῆς δ′. ἑβδ. Jo. 89. εἶπεν ὁ κύριος πρὸς τοὺς ἐληλυθότας πρὸς αὐτὸν ἰουδαίους. ἐγὼ ὑπάγω, καὶ ζητήσετέ με. f.29. pag.2. Ruthen. fol.15. p.2.

Τῷ Σαββάτῳ, τῆς δ′. ἑβδ. Jo. 89. εἶπεν ὁ κύριος πρὸς τοὺς ἐληλυθότας πρὸς αὐτὸν ἰουδαίους: ἐὰν ὑμεῖς μείνητε ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐμῷ: fol. 30. p.2. Ruthen. fol.16.

Κυριακὴ ε′. τῆς σαμαρείτιδος. Dominica Quinta, Samaritanæ. Jo. 33. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἔρχεται ὁ Ἰησοῦς εἰς πόλιν τῆς σαμαρείας. fol.31. p.2. Ruthen. fol.17. p.2.

Τῇ β′. τῆς ε′. ἑβδομάδος. Feria ſecunda, Hebdomadis Quintæ. Joann. 85. εἶπεν ὁ κύριος πρὸς τοὺς ἐληλυθότας πρὸς αὐτὸν ἰουδαίους. εἰ ὁ Θεὸς πατὴρ ὑμῶν ἦν, ἠγαπᾶτε ἂν ἐμέ. f.35. Ruthen. fol.19. p.2.

Τῇ

Digitized by Google

Τῇ γ'. τῆς ε. ἑβδομ. Joann. 89. εἶπεν ὁ κύριος &c. Ἀμὴν, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν. ἐάν τις τὸν λόγον τὸν ἐμὸν τηρήσῃ. fol.36. Ruthen. fol.20.

Τῇ δ'. τῆς ε. ἑβδ. Jo. 49. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐπάρας ὁ Ἰησοῦς τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ θεασάμενος, ὅτι πολὺς ὄχλος ἔρχεται πρὸς αὐτόν. fol.37. Ruthen. fol.20. p.2.

Τῇ ε. τῆς ε. ἑβδ. Jo. 89. εἶπεν ὁ κύριος πρὸς τοὺς ἐληλυθότας πρὸς αὐτὸν ἰουδαίους. εἰς κρίμα ἐγὼ εἰς τὸν κόσμον τοῦτον ἦλθον. fol. 38. Ruthen. fol. 21.

Τῇ παρασκευῇ τῆς ε. ἑβδομ. Jo. εἶπεν ὁ κύριος πρὸς τοὺς ἐληλυθότας πρὸς αὐτὸν ἰουδαίους. διὰ τοῦτο ὁ πατήρ με ἀγαπᾷ. f.39. p.2. Ruthen. fol.21. p.2.

Σαββάτῳ πέμπτῳ. Jo. 92. εἶπεν ὁ κύριος &c. τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούει. fol.44. pag.2. Ruthen. fol.22.

Κυριακὴ ἕκτη. Jo. 89. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ παράγων ὁ Ἰησοῦς, ἴδεν ἄνθρωπον τυφλόν. fol.41. pag.2. Ruthenicus fol.22. pag.2. Κυριακὴ ἕκτη τοῦ τυφλοῦ, Dominica ſexta, Cæci nati: de qua: *Hac eadem ſexta Dominica in cæcum a nativitate Domini & Dei & Salvatoris noſtri J. C. miraculum celebramus*, Finit feria 3. ad Veſperas. Nam Feria 4. officia Aſcenſionis Dominicæ inchoantur. Allatius loc. cit. num. XXVII. & ſequenti, obſervat, in Triodio errorem irrepſiſſe, ut pro Dominica V. Samaritanæ, legatur, *Dominica Quarta*: & pro Dominica VI. Cœci, dicatur, *Dominica Quinta*.

Τῇ β' τῆς ϛ'. ἑβδομάδος, Feria ſecunda, Hebdomadis ſextæ. Joann. 94. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ συνήγαγον οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ φαρισαῖοι συνέδριον κατὰ τοῦ Ἰησοῦ. fol. 45. Ruthenicus fol. 24. pag. 2.

Τῆς γ'. τῆς ϛ'. ἑβδομ. Joann. 102. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ συμβούλιον ἐποίησαν οἱ φαρισαῖοι κατὰ τοῦ Ἰησοῦ. fol. 46. Ruthenicus fol. 25.

Τῆς δ'. τῆς ϛ'. ἑβδ. Jo. 108. εἶπεν ὁ κύριος πρὸς τοὺς ἐληλυθότας πρὸς αὐτὸν ἰουδαίους ἕως τὸ φῶς ἔχετε, πιστεύετε εἰς τὸ φῶς. fol.48. pag. 2. Ruthen. fol.26.

Εἰς Ἀνάληψιν. ἐκ κατὰ λοῦκαν κεφ. τμ. In Aſcenſionem, ex Luca cap.340. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἀναστὰς ὁ Ἰησοῦς ἐκ νεκρῶν, ἔστη ἐν μέσῳ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ λέγει αὐτοῖς. εἰρήνη ὑμῖν. Ruthenicus fol. 26. pag. 2. Aſcenſio Domini celebratur uſque ad Feriam VI. ante Pentecoſten. Greg. Nyſſenus: *Vernaculo Cappado-*

Digitized by Google

padocam uſu, ἐπισωζομένη λέγεται ἡ ἀνάληψις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, *Epiſozomene dicitur Aſcenſio D.N.J.C.* Hebdomas iſta ἀναλήψιμος a feſtivitate Ἀναλήψεως Aſcenſionis vocatur. Allat. num. XXVIII.

Τῇ παρασκευῇ τῆς ϛ'. ἑβδομάδος. Jo. 127. εἶπεν ὁ κύριος τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, μὴ ταρασσέσθω ὑμῶν ἡ καρδία. fol. 50. Ruthen. 27. pag. 2.

Τῷ Σαββάτῳ τῆς ϛ'. ἑβδ. Jo. 127. εἶπεν ὁ κύριος τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς. τὰ ῥήματα, ἃ ἐγὼ λαλῶ ὑμῖν, ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐ λαλῶ. 51. Ruthen. 28.

Κυριακὴ ζ'. τῶν ἁγίων πατέρων ἐν Νικαίᾳ τιη'. *Dominica* VII. *Sanctorum Patrum Nicææ* 318. ex Joann. cap. 153. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐπάρας ὁ Ἰησοῦς τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανόν. fol. 52. Ruthen. 29. Synaxarium: *Eadem die Dominica* VII., *a Paſchate, Synodum Nicænam* 318. *Deiferorum Patrum celebramus*. Ita & Typicum: *Dominica* VII. *a Paſchate, Sanctorum* 318. *Deiferorum, qui Nicææ congregati ſunt*.

Τῇ β'. πρὸ τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς, *Feria* 2. *ante Sanctam Pentecoſten.* ex Joan. εἶπεν ὁ κύριος τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς. μὴ ταρασσέσθω ὑμῶν ἡ καρδία, μὴ δὲ δειλιάτω. fol. 53. p. 2. Ruthen. 30.

Τῇ γ'. πρὸ τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς. Jo. 8. εἶπεν ὁ κύριος τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς. ἔρχεται ὥρα, ἵνα πᾶς ὁ ἀποκτείνας ὑμᾶς δόξῃ λατρείαν προσφέρειν τῷ Θεῷ. 54. p. 2. Ruthen. 30. p. 2.

Τῇ δ'. πρὸ τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς. Jo. εἶπεν ὁ κύριος τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς. πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, ἐμά ἐστιν. 55. pag. 2. Ruthen. 31.

Τῇ ε'. πρὸ τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς. Joan. εἶπεν ὁ κύριος τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς. Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ὅσα ἂν αἰτήσητε τὸν πατέρα ἐν τῷ ὀνόματί μου, δώσει ὑμῖν. 56. p. 2. Ruthenicus 31. p. 2.

Τῇ παρασκευῇ πρὸ τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς. Joann. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐπάρας ὁ Ἰησοῦς τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ εἰς τοὺς μαθητὰς, εἶπεν. καθὼς σὺ πάτερ ἐμὲ ἀπέστειλας εἰς τὸν κόσμον 57. p. 2. Ruthen. 32.

Τῷ Σαββάτῳ πρὸ τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς. Jo. 226. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν ὁ Ἰησοῦς τοῖς μαθηταῖς ἑαυτοῦ, ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν. καὶ λέγει τῷ Σίμωνι Πέτρῳ. Σίμων Ἰωνᾶ, ἀγαπᾷς με. 59. Ruthen. 33.

Κυριακὴ τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς. εἰς λειτουργίαν. Jo. 81. *Dominica Pentecoſtes ad Liturgiam*. Τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῇ μεγάλῃ 60. Ruthen. 34. eſt Dominica Octava a Paſchate, de qua Typicum: *Univerſa hac Hebdomada carnibus veſcimur, ex conſuetudine, non tamen ex exacta integritate dogmatum*. Hoc eodem Dominico die, [quum vetitum ſit a Paſchate ad Pentecoſten genu flectere,] demiſſo corpore preces eaſque longiſſimas, per Baſilium magnum compoſitas, recitant.

Τὴν ἐπαύριον τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς, *Poſtridie Sanctæ Pentecoſtes*: ideſt, Feria ſecunda poſt Dominicam octavam. Ex Matthæo. εἶπεν ὁ κύριος. ὁρᾶτε, μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν τούτων. 61. p. 2. Ruthen. 34. 2.

Τῇ γʹ. μετὰ τὴν πεντηκοστήν. ex Matthæo. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἠκολούθησαν τῷ Ἰησοῦ ὄχλοι πολλοὶ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας καὶ δεκαπόλεως καὶ ἱεροσολύμων, καὶ ἰουδαίας. 63. Ruthen. 35. pag. 2.

Τῇ δʹ. μετὰ τὴν πεντηκοστήν. Matth. εἶπεν ὁ κύριος τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς. ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλεῖον τῶν γραμματέων καὶ φαρισαίων. 63. 2. Ruthen. 35. 2.

Τῇ εʹ. μετὰ τὴν πεντηκοστήν. Matth. εἶπεν ὁ χς τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς. ὃς ἂν ἀπολύσει τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, παρεκτὸς λόγου πορνείας. 65. Ruthen. 36.

Τῇ παρασκευῇ μετὰ τὴν πεντηκοστήν. Matth. εἶπεν ὁ κύριος. τίς ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος, ὃν ἐὰν αἰτήσῃ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἄρτον. 66. Ruthen. 36. 2.

Σαββάτῳ Αʹ. μετὰ τὴν Νʹ. *Sabbato primo poſt Pentecoſten*. Matth. 139. εἶπεν ὁ χς. τῷ αἰτοῦντι σε δίδου, καὶ τὸν θέλοντα ἀπὸ σου δανείσασθαι μὴ ἀποστραφῇς. 67. Ruthen. 37.

Κυριακὴ αʹ. τῶν ἁγίων πάντων. *Dominica prima, Omnium Sanctorum*. Matth. 93. εἶπεν ὁ κύριος τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, πᾶς ὅστις ὁμολογήσει ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων. 67. 2. Ruthenicus 37.

Adnotatio Allatii num. XXXI. Apud Græcos Dominicarum nomina ab Evangeliſtis illis, ex quorum Evangelio legitur, deſumuntur, niſi major ſolemnitas diem ſibi vendicaverit. Quare quum a Dominica Filii Prodigi ad ipſam Pentecoſten, ſemper aliquod myſterium ſua dignitate conſpicuum ſingulis Dominicis celebretur, factum eſt, ut Evangeliſtarum nomina ceſſarint, myſteria diem occuparint. Quod poſt Pentecoſten aliter evenit. Tunc enim, quum nullum myſterium ſplendidius die Dominico ce-

Digitized by Google

eo celebretur, Dominicus ipſe dies ab Evangeliſta nomen habet. Evangelia itaque hac ratione leguntur. A prima die Paſchatis uſque ad Pentecoſten legitur Evangelium *Joannis*. A Dominica præſente *Omnium Sanctorum*, uſque ad menſem Septembrem, *Matthæi*. A novo anno, nempe a Dominica poſt Exaltationem S.Crucis, uſque ad Tyrophagum Dominicam, *Lucæ*. A prima Hebdomade Quadrageſimalis jejunii ad ipſam Reſurrectionis diem, in Sabbatis & Dominicis, *Marci*. Idque ut exactius intelligatur, Joannis Evangelii textus univerſus, ſeptem integris Hebdomadibus legitur, quæ a Dominica Paſchatis [tribus diebus exceptis) numerantur: Matthæi, a Feria 2. poſt Dominicam Pentecoſtes ad Paraſceven ſubſequentem feſtum diem Exaltationis S. Crucis, abſolviturque Hebdomadibus ſeptem & decem. Harum undecim, ſingulis diebus Matthæi Evangelium legunt: a duodecima, quinque diebus hebdomadis, Marci Evangelium recitatur. Sabbata & Dominicos lectione ſua Matthæus occupat uſque ad decimam & ſeptimam: & decima ſeptima, ſi illa infra Paſcha fuerit, Matthæum habet; ſi ultra, nequaquam, ſed aliud ex aliis legitur, & *Chananææ* eſt. Lucæ Evangelium inchoatur a ſecunda Feria poſt Dominicam Exaltationis, legiturque integris Hebdomadis duodecim; Ab initio vero decimæ tertiæ, diebus Ferialibus, Marci Evangelium recitatur; Sabbatis & Dominis, Lucæ. Marci tandem pars potiſſima inter Matthæum & Lucam abſumitur: quod reliquum eſt, Quadrageſimæ Sabbatis & Dominicis recitatur. Poſt *Dominicam* igitur Primam, quæ eſt *Omnium Sanctorum*, a Feria ſecunda inchoantur lectiones ex Matthæo, ſimulque *Jejunium*, quod Græci obſervant in honorem SS. Apoſtolorum Petri & Pauli.

Σαββάτῳ β'. *Sabbato ſecundo* poſt Pentecoſten. Matth. εἶπεν ὁ κύριος, μὴ κρίνετε καὶ οὐ μὴ κριθῆτε. 68. 2. Ruthen. 39.

Κυριακὴ β' *Dominica* 2. poſt Penſtecoſten. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ περιπατῶν ὁ Ἰησοῦς παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας, εἶδεν δύο ἀδελφοὺς, Σίμωνα τὸν λεγόμενον Πέτρον, καὶ Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. 69. Ruthen. 39. Adnotatio. A prima Dominica poſt Pentecoſten per anni circulum uſque ad Sabbatum ante Dominicam Palmarum, in Cod. Græc. *Sabbata* ſolum & *Dominicæ* enumerantur, atque Evangelicæ in iis Lectiones diſponuntur, uti ex Indiculo patebit. At in Codice Ruthenico per integras Hebdoma-

Digitized by Google

das Evangelicæ Lectiones ordinantur. Exempli gratia, *Dominica ſecunda* poſt Pentecoſten. fol.38. *Feria* 2. hebdomadæ ſecundæ. *Fer.* 3. *hebd.* 2. fol.39. *Fer.* 4. *hebd.*2. fol.39. *Feria* 5. *hebd.* 2. fol. 39. 2. *Feria* 6. *hebd.* 2. fol. 39. 2. *Sabbato hebdomadæ tertiæ*, 40. & ſic *de Hebdomada Tertia*, *Quarta*, *Quinta*, & reliquis, uſque ad XVII. a fol.40. p.2. uſque ad fol.98. 2. Hoc ipſum de *Hebdomadis* XIX. in quibus Lucæ Evangelium legitur, a fol. 98. 2. uſque ad fol. 178.

Σαββάτῳ γʹ. εἶπεν ὁ κ̄ς. πᾶς ὅςις ἀκούει μου τοὺς λόγους τούτους καὶ ποιεῖ αὐτούς. 72.

Dominica 3. *εἶπεν ὁ κ̄ς. ὁ λυχνὸς τοῦ σώματος ἐςὶν ὁ ὀφθαλμός. 71.*

Sabbato 4. *τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐλθὼν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν οἰκίαν Πέτρου, εἶδεν τὴν πενθερὰν αὐτοῦ. 72.*

Dominica 4. de Centurione. *τῷ καιρῷ ἐκείνῳ εἰσελθόντι τῷ Ἰησοῦ εἰς καπερναούμ. 73.*

Sabbato 5. *τῷ καιρῷ ἐκείνῳ παράγων ὁ Ἰησοῦς, εἶδεν ἄνθρωπον καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον, Ματθαῖον λεγόμενον. 74.*

Dominica 5. de duobus vexatis a dæmone. *τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐλθόντι τῷ Ἰησοῦ εἰς τὴν χώραν τῶν γεργεσηνῶν. 74. 2.*

Sabbato 6. *τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἄρχων τις προσελθὼν τῷ Ἰησοῦ, προσκύνει αὐτῷ. 75. 2.*

Dominica 6. de Paralytico. *τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐμβὰς ὁ Ἰησοῦς εἰς πλοῖον, διεπέρασε, καὶ ἦλθεν εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν. 76.*

Sabbato 7. *εἶπεν ὁ κ̄ς. ὁ φιλῶν πατέρα, ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμοῦ. 77.*

Dom. 7. de duobus Cœcis. *τῷ καιρῷ ἐκείνῳ παράγοντι τῷ Ἰησοῦ, ἠκολούθησαν αὐτῷ δύω τυφλοί. 77. 2.*

Sabbato 8. *εἶπεν ὁ κύριος. ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ, κατ' ἐμοῦ ἐςι. 78. 2.*

Dom. 8. de quinque panibus & duobus piſcibus. *τῷ καιρῷ ἐκείνῳ εἶδεν ὁ Ἰησοῦς πολὺν ὄχλον. 79. 2.*

Sabbato 9. *τῷ καιρῷ ἐκείνῳ προσκαλεσάμενος ὁ Ἰησοῦς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ εἶπεν, σπλαγχνίζομαι. 80.*

Dom. 9. de ambulatione in mari, *τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἠνάγκασεν ὁ Ἰησοῦς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ. 81.*

Sabbato 10. *τῷ καιρῷ ἐκείνῳ προσῆλθον οἱ τὰ δίδραχμα λαμβάνοντες. 82.*

Dom.

Dom. 10. de Lunatico. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἄνθρωπός τις προσῆλθεν τῷ Ἰησοῦ γονυπετῶν. 83.

Sabbato 11. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ προσῆλθον οἱ φαρισαῖοι τῷ Ἰησοῦ. 84.

Dominica 11. de Parabola Regis. εἶπεν ὁ κύριος τὴν παραβολὴν ταύτην, ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ βασιλεῖ. 85.

Sabb. 12. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ πορευομένου τοῦ Ἰησοῦ ἀπὸ ἱεριχώ. 85.

Dom. 12. de divite Jeſum interrogante. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ νεανίσκος τις προσῆλθε τῷ Ἰησοῦ. 85. 2.

Sabb. 13. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ συμβούλιον ἔλαβον οἱ φαρισαῖοι κατὰ τοῦ Ἰησοῦ. 87. 2.

Dom. 13. de Parabola vineæ. εἶπεν ὁ κύριος τὴν παραβολὴν ταύτην. ἄνθρωπός τις ἦν οἰκοδεσπότης. 88.

Sabbato 14. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς τοῖς ὄχλοις. 83. 2.

Dom. 14. de vocatis ad nuptias. εἶπεν ὁ κς τὴν παραβολὴν ταύτην. ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. 90.

Sabbato 15. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ προσῆλθον οἱ μαθηταὶ τῷ Ἰησοῦ ἐπιδεῖξαι αὐτῷ τὰς οἰκοδομὰς τοῦ ἱεροῦ. 91. 2.

Dom. 15. de Juriſconſulto Jeſum interrogante. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ νομικός τις προσῆλθεν τῷ Ἰησοῦ. 92. 2.

Sabb. 16. εἶπεν ὁ κύριος. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεά. 93. 2.

Dom. 16. de talentis. εἶπεν ὁ κς τὴν παραβολὴν ταύτην: ἄνθρωπός τις ἀποδημῶν, ἐκάλεσε τοὺς ἰδίους δούλους. 94.

Sabbato 17. εἶπεν ὁ κύριος τὴν παραβολὴν ταύτην. ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν δέκα παρθένοις. 96. Adnotatio; ζήτει εἰς ιζ'. τοῦ Σεπτεμβρίου μηνός, *Vide ad* 17. *menſis Septembris*. Et ſubjungitur. Κυριακὴ ιζ'. λέγεις οἷον ἂν θέλεις. p. 96. *Dominica* 17. *Lege quodcumque Evangelium volueris*. Nam quæ a Dominica Pentecoſtes uſque ad Exaltationem S. Crucis, hoc eſt, uſque ad 14. Septembris, excurrunt, non ſemper ſunt XVII. Dominicæ, ſed aliquando XV. vel XVI. Earum tamen ultima nuncupatur *Dominica ante Exaltationem*, *qua ex Joannis Evangelio legitur*, *quemadmodum & quæ ſequitur*, *Dominica poſt Exaltationem*, *& legitur ex Evangelio Marci*. Et hic finis eſt Dominicarum Matthæi. Quæ deinde ſequuntur, Lucæ ſunt.

Σάβ-

Σάββατον πρῶτον τῦ Λυκᾶ. *Sabbatum primum Lucæ*. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἦλθεν ὁ Ἰησῦς εἰς καπερναὺμ πόλιν τῆς γαλιλαίας. 96.

Κυριακὴ ά. *Dominica* 1. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἑςὼς ὁ Ἰησῦς παρὰ τὴν λίμνην γεννησαρὲτ. 96. 2. *de venatione Piſcium*.

Sabbato 2. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἦν διδάσκων ὁ Ἰησῦς, καὶ ἦσαν καθήμενοι οἱ φαρισαῖοι. 97. 2.

Dominica 2. de diligendis inimicis. εἶπεν ὁ κ̄ς. καθὼς θέλετε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι. 99.

Sabb. 3. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ παράγων ὁ Ἰησῦς ἐθεάσατο πλώνην. 99. 2.

Dom. 3. de filio Viduæ. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐπορεύετο ὁ Ἰησῦς εἰς πόλιν καλυμένην Ναΐν. 100.

Sabb. 4. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐπορεύετο ὁ Ἰησῦς τοῖς Σάββασι διὰ τῶν σπορίμων. 100. 2.

Dom. 4. de parabola ſeminis. εἶπεν ὁ κύριος τὴν παραβολὴν ταύτην. ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τῦ σπεῖραι. 101. 2.

Sabb. 5. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ εἰσῆλθεν ὁ Ἰησῦς εἰς καπερναὺμ. ἑκατοντάρχυ δέ τινος δῦλος. 103.

Dom. 5. de divite & Lazaro. εἶπεν ὁ κύριος ἄνθρωπός τις ἦν πλύσιος, καὶ ἐνεδιδύσκετο πορφυρᾶν καὶ βύσσον. 104.

Sabb. 6. εἶπεν ὁ κύριος οὐδεὶς λύχνον ἅψας καλύπτει αὐτὸν σκεύει. 105. 2.

Dom. 6. de habente legiones. Deeſt unum folium: adeoque finis lectionis Sabbati, & initium Dominicæ. 106.

Sabb. 7. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ συγκαλεσάμενος ὁ Ἰησοῦς τὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτοῦ. 106. 2.

Dom. 7. de filia Archiſynagogi. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἄνθρωπός τις προσῆλθε τῷ Ἰησοῦ, ᾧ ὄνομα Ἰάειρος. 107.

Sabbato 8. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ κατελθόντι τῷ Ἰησῦ ἀπὸ τοῦ ὄρυς. 108.

Dom. 8. de Juriſconſulto Jeſum interrogante. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ νόμικός τις προσῆλθε τῷ Ἰησῦ πειράζων αὐτόν. 109. 2.

Sabbato 9. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐγένετο, πορευομένυ τοῦ Ἰησῦ, εἶπεν τὶς πρὸς αὐτόν. 110. 2.

Dominica 9. de divite. εἶπεν ὁ κ̄ς τὴν παραβολὴν ταύτην. ἀνθρώπυ τινος πλυσίυ ἐυφόρησεν ἡ χώρα, καὶ διελόγιζε ἐν ἑαυτῷ. 111.

Sabb. 10. εἶπεν ὁ κ̄ς τοῖς ἑαυτῦ μαθηταῖς. ἰδὺ δίδωμι ὑμῖν τὴν ἐξυσίαν. 111. 2.

Dom.

Digitized by Google

Dom. 10. de muliere habente ſpiritum infirmitatis. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἦν διδάσκων ὁ Ἰησοῦς ἐν μιᾷ τῶν συναγωγῶν. 112.

Sabb. 11. εἶπεν ὁ κύριος. μὴ φοβοῦ τὸ μικρὸν ποίμνιον. 113.

Dom. 11. de vocatis ad nuptias. εἶπεν ὁ κύριος τὴν παραβολὴν ταύτην. ἄνθρωπός τις ἐποίησε δεῖπνον. 114.

Sabb. 12. εἶπεν ὁ κύριος τὴν παραβολὴν ταύτην. ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν κόκκῳ σινάπεως. 115.

Dom. 12. de decem leproſis. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ εἰσερχομένου τοῦ Ἰησοῦ εἰς τινα κώμην, ἀπήντησαν αὐτῷ δέκα λεπροὶ ἄνδρες. 116. 2.

Sabb. 13. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ εἰσῆλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς οἶκόν τινος τῶν ἀρχόντων. 117.

Dom. 13. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἄνθρωπός τις προσῆλθε τῷ Ἰησοῦ πειράζων αὐτὸν καὶ λέγων. διδάσκαλε ἀγαθὲ, τί ποιήσας, ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω. 118.

Sabb. 14. εἶπεν ὁ κ̅ς. ὁ πιστὸς ἐν ἐλαχίστῳ, καὶ ἐν πολλῷ πιστός ἐστι. 119.

Dom. 14. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐγένετο ἐν τῷ ἐγγίζειν τὸν Ἰησοῦν ἐν ἱεριχῷ. 119. 2. De cæco.

Sabb. 15. εἶπεν ὁ κ̅ς. προσέχετε ἑαυτοῖς, ἐὰν δὲ ἁμάρτῃ εἰς σέ. 120.

Dom. 15. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ διήρχετο ὁ Ἰησοῦς τὴν ἱεριχώ. 121. de Zacchæo.

Sabb. 16. εἶπεν ὁ κ̅ς τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς. προσέχετε ἀπὸ τῶν γραμματέων. 121. 2.

Dom. 16. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ εἰσῆλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὰ μέρη Τύρου καὶ Σιδῶνος. 122. 2. de Chananæa.

Sabb. 17. εἶπεν ὁ κ̅ς τὴν παραβολὴν ταύτην. κριτής τις ἦν ἔν τινι πόλει. 123.

Adnotatio. Sunt & aliæ Dominicæ, præter eas quæ uſque ad XVI. ex Luca enumerantur, atque in Dominicam de Publicano & Phariſæo deſinunt: Nimirum, *Dominica ante Chriſti Nativitatem*, *& Dominica poſt Chriſti Nativitatem*. Item *Dominica ante Sancta Lumina*, ideſt, ante Epiphaniam, *& Dominica poſt Sancta Lumina*. Tempus hoc a die Chriſti Natali ad Epiphaniam, Græcis δωδεκαήμερον, vel δωδεκάμερον, *Dodecameron* dicitur: duodecim enim dies inter utramque ſolemnitatem numerantur. Quodſi duæ Dominicæ inter Chriſti Nativitatem & Epiphaniam intercedant, prima Dominica legitur ex Matthæo,

ἀνα-

Digitized by Google

ἀναχωρησάντων τῶν Μάγων: altera ex Marco, *ἀρχὴ τοῦ Εὐαγγελίου Ἰησοῦ Χριστοῦ*. Si vero unum Sabbatum, unaque Dominica, Sabbato quidem legitur id quod Sabbato poſt Nativitatem, & Dominica, id quod Dominica ante Epiphaniam legendum erat.

Adnotatio altera ex Allatio num. XXXIII. Quum Dominicæ poſt Epiphaniam modo plures, modo pauciores ſint, ſi tempus ipſius Paſchæ, pro cujus norma iſtæ diriguntur, conſideres; animadvertendum eſt, ſi Paſcha ſubſequens, 22. aut 23. aut 24. menſis Martii veniet, Dominica poſt Lumina [Epiphaniam] nulla fuerit, ſed ſtatim *Triodium* inchoandum; & Evangelium Dominicæ poſt Lumina ſeptimo Januarii die recitabitur. Si vero Paſcha veniet 25. aut 26. aut 27. aut 28. aut 29. aut 30. aut 31.; tantummodo ſola Dominica poſt Lumina fuerit, & deinde *Triodium* inchoatur. Si veniet 1. Aprilis uſque ad 7., una Hebdomadas inter Dominicam poſt Lumina, & Triodium apponetur: eaque Evangelium XV. Lucæ recitabitur, tum Triodion exordiemur. Si veniet 8. Apr. uſque ad 14., duæ numerabuntur Hebdomades inter Dominicam poſt Lumina & Triodion, & prima, XII. Lucæ; ſecunda, XV. Evangelium recitabitur, tum Triodion incipiemus. Si veniet Paſcha 15. Apr. uſque ad 21., inter Dominicam poſt Lumina & Triodion tres numerabuntur Hebdomades, & recitabitur prima, XII. Lucæ Evangelium, ſecunda XV., tertia XVII. Matthæi, tum Triodion inchoatur. Si vero veniet 22. aut 23. aut 24. aut 25. Apr., inter Dominicam poſt Lumina & Triodion numerabuntur quatuor Hebdomades, & prima recitabitur XII., ſecunda XIV., tertia XV. Lucæ: quarta XVII. Matthæi: tum ſequetur *Triodium*. Porro Triodium incipit a *Dominica Publicani & Phariſæi*, quæ eſt prima Dominica ante Septuageſimam Latinorum.

Dom. *de Publicano & Phariſæo*. *εἶπεν ὁ κ̅ς τὴν παραβολὴν ταύτην. ἄνθρωποι δύο ἀνέβησαν εἰς τὸ ἱερὸν*. 124. *εἰς τὸν φαρισαῖον καὶ τελώνην*.

Dominica de Filio Prodigo. *εἰς τὸν Ἄσωτον. εἶπεν ὁ κ̅ς τὴν παραβολὴν ταύτην. ἄνθρωπός τις εἶχεν δύο υἱούς*. 124. 2. Reſpondet Septuageſimæ Latinorum. f. 124. 2. A feria 2. poſt hanc Dominicam incipit Hebdomas *τῆς ἀποκρέω*, ſic. *τῇ δευτέρᾳ τῆς ἀποκρέω. τῇ γ΄ τῆς ἀποκρέω, ἕως τῆς κυριακῆς*.

Σαβ-

Σαββάτῳ τῆς ἀποκρέω. εἶπεν ὁ κύριος. Βλέπετε μὴ πλανηθῆτε. πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου. 126. 2.

Κυριακῇ τῆς ἀποκρέω. εἶπεν ὁ κύριος. ὅταν ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ. 127. 2. Reſpondet Sexageſimæ Latinorum. Sequitur Hebdomas τῆς Τυροφάγου, ſic, δευτέρᾳ τῆς Τυροφάγου, τρίτῃ τῆς Τυροφάγου, uſque ad Dominicam.

Sabbato τῆς Τυροφάγου. εἶπεν ὁ κ̅ς. προσέχετε τὴν ἐλεημοσύνην ὑμῶν μὴ ποιεῖν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων. 129.

Dominica τῆς Τυροφάγου. εἶπεν ὁ κύριος. ἐὰν ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν. 130. 2. Reſpondet Quinquageſimæ Latinorum. Incipit Jejunium Quadrageſimale Græcorum a Feria ſecunda poſt hanc Dominicam, diciturque hæc Hebdomas prima Jejuniorum, ſic, τῇ δευτέρᾳ τῆς πρώτης ἑβδομάδος τῶν νηστειῶν, *Fer. 2. Hebdomadæ primæ Jejuniorum*, τῇ τρίτῃ τῆς πρώτης ἑβδομάδος τῶν νηστειῶν, τῇ τετάρτῃ τῆς πρώτης ἑβδ. τῶν νηστειῶν &c.

Σαββάτῳ ά. τῶν νηστειῶν, Sabbato primo Jejuniorum. τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Θεοδώρου. *S. Mart. Theodori*. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐπορεύετο ὁ Ἰησοῦς τοῖς Σάββασι διὰ τῶν σπορίμων. 132. In Codice Græco Otthoboniano 1. fol. 131. pag. 2. Depicta eſt Imago S. Marci Evangeliſtæ.

Κυριακῇ ά. τῶν νηστειῶν. Dominica 1. Jejuniorum. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἠθέλησεν ὁ Ἰησοῦς ἐξελθεῖν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, καὶ εὑρίσκει Φίλιππον. 133. Reſpondet Dominicæ Quadrageſimæ Latinor. & ſic deinceps. Incipit ſecunda Hebdomas Jejuniorum. δευτέρᾳ τῆς δευτέρας ἑβδομάδος τῶν νηστειῶν. τρίτῃ τῆς δευτέρας ἑβδ. &c.

Sabbato 2. Jejun. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἀπῆλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς ἔρημον τόπον, κἀκεῖ προσηύχετο. 134.

Dom. 2. Jejun. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ εἰσῆλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς Καπερναοὺμ, καὶ ἠκούσθη, ὅτι εἰς οἶκόν ἐστιν. 134. 2. δευτέρᾳ τῆς τρίτης ἑβδομάδος τῶν νηστ. τρίτῃ τῆς τρίτης ἑβδ. &c.

Sabbato 3. Jejun. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ παράγων ὁ Ἰησοῦς εἶδεν Λευὶν τὸν τοῦ Ἀλφαίου. 135. 2.

Dom. 3. Jejun. εἶπεν ὁ κύριος. ὅστις θέλει ὀπίσω μου ἀκολουθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτόν. 136. 2. τῇ δευτέρᾳ τῆς τετάρτης ἑβδομάδος τῶν νηστειῶν &c.

Sabbato 4. Jejun. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς ἐκ τῶν ὁρίων Τύρου καὶ Σιδῶνος. 137.

Digitized by Google

Dom. 4. Jejun. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἄνθρωπός τις προσῆλθε τῷ Ἰησοῦ, γονυπετῶν αὐτῷ καὶ λέγων· διδάσκαλε, ἤνεγκα τὸν υἱόν μου πρὸς σέ. 137. 2. τῇ δευτέρᾳ τῆς πέμπτης ἑβδομάδος τῶν νηστ. &c.

Sabb. 5. Jejun. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐξῆλθεν ὁ Ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὰς κώμας Καισαρείας τῆς Φιλίππου. καὶ ἐν τῇ ὁδῷ ἐπηρώτα τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ. 139.

Dom. 5. Jejun. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ παραλαμβάνει ὁ Ἰησοῦς τοὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτοῦ. καὶ ἤρξατο αὐτοῖς λέγειν τὰ μέλλοντα αὐτῷ συμβαίνειν. 140. Reſpondet Dominicæ *Paſſionis* Latinorum. τῇ δευτέρᾳ τῆς ἕκτης ἑβδ. τῶν νηστειῶν &c.

Sabb. 6. Jejun. quod *Lazari* appellatur. Σαββάτῳ ϛ΄ τοῦ Λαζάρου. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἦν τις ἀσθενῶν Λάζαρος ἀπὸ Βηθανίας. 141.

Domin. 6. Κυριακὴ τῶν βαΐων, *Dominica Palmarum*. Ad *Matutinum*, εἰς ὄρθρον. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, ὅτε ἤγγισεν ὁ Ἰησοῦς εἰς Ἱεροσόλυμα. 145. Ad *Liturgiam*, εἰς λιτουργίαν. πρὸ ἓξ ἡμερῶν τοῦ Πάσχα, ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς Βηθανίαν, ὅπου ἦν Λάζαρος. 146.

Τῇ ἁγίᾳ β΄. πρωΐ. πρωΐας ἐπανάγων ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν πόλιν, ἐπείνασε, καὶ ἰδὼν συκῆν μίαν. 148. εἰς λιτουργίαν. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ καθημένου τοῦ Ἰησοῦ ἐπὶ τοῦ ὄρους τῶν ἐλαιῶν. 150. 2.

Τῇ ἁγίᾳ γ΄. πρωΐ. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ συμβούλιον ἔλαβον οἱ φαρισαῖοι κατὰ τοῦ Ἰησοῦ 158. 2. εἰς λιτουργίαν. εἶπεν ὁ κ͞ς τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς. περὶ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ ὥρας. 159. 2.

Τῇ ἁγίᾳ δ΄. πρωΐ. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐμαρτύρει ὁ ὄχλος ὁ ὢν μετὰ τοῦ Ἰησοῦ. 165. εἰς λιτουργίαν. τοῦ Ἰησοῦ γενομένου ἐν Βηθανίᾳ ἐν οἰκίᾳ Σίμωνος. 168.

Τῇ ἁγίᾳ ε΄. πρωΐ. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἤγγισεν ἡ ἑορτὴ τῶν ἀζύμων ἡ λεγομένη Πάσχα. 169. εἰς νιπτῆρα. πρὸ τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα, εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς, ὅτι ἦλθεν αὐτοῦ ἡ ὥρα. 172. μετὰ τὸν νιψασμόν. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, ὅτε ἔνιψεν ὁ Ἰησοῦς τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν αὐτοῦ. 173. τῇ μεγάλῃ ε΄. εἰς λιτουργίαν. εἶπεν ὁ κύριος τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς. οἴδατε, ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας τὸ Πάσχα γίνεται. 173. 2.

Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ παρασκευῇ εἰς λιτουργίαν. τῷ καιρῷ ἐκείνῳ συμβούλιον ἔλαβον πάντες οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι. 182.

Τῷ ἁγίῳ Σαββάτῳ. πρωΐ. τῇ ἐπαύριον, ἥτις ἐστὶ μετὰ τὴν παρασκευὴν συνήχθησαν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ φαρισαῖοι. 188. ἑσπέ-

ρας.

Digitized by Google

ρας. ὀψὲ Σαββάτων τῇ ἐπὶ φωσκούσῃ εἰς μίαν Σαββάτων, ἦλθε Μαρία ἡ Μαγδαληνή. 188. 2.

Atque hic integer eſt Anni Eccleſiaſtici Græcorum & Ruſſorum circulus, a Dominica Paſchatis ſive Reſurrectionis, uſque ad Sabbatum Sanctum, uti in Codicibus Evangeliorum, quæ *Eclogadia* dicuntur, præſcribitur. Nunc ad ea venio, quæ in Tabulis Capponianis a *Dominica Publicani & Phariſæi* uſque ad *Dominicam Omnium Sanctorum*, depicta cernuntur.

III.

Picturæ Ruſſicæ Capponianæ, quæ in Tabula Quinta continentur.

SUNT univerſim Picturæ XXVII. quarum *Prima* repræſentat in Templo orantes *Phariſæum*, & *Publicanum*. Græcis appellatur, ἡ Κυριακὴ ἐν ᾗ ἀναγινώσκεται τὸ ἱερὸν καὶ ἅγιον Εὐάγγελιον τῆς παραβολῆς τοῦ Τελώνου, καὶ τοῦ Φαρισαίου. *Dominica, qua legitur ſacroſanctum Evangelium Parabolæ Publicani & Phariſæi.* Ruſſis Недѣлѧ ѡ Мытарѣ, и Фарисеи, *Dominica de Publicano & Phariſæo*. Additur poſt hanc Ruſſicam Epigraphen, Трїωдιον, ideſt, *Triodium*. Quia nempe ab hac Dominica incipit *Triodium*. Hinc in Typico titulus eſt: διάταξις τοῦ Τύπου τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης Τεσσαρακοστῆς, ἤτοι τοῦ Τριωδίου. *Ordinatio typi* (ſeu modi & formæ) *Sanctæ & Magnæ Quadrageſimæ, ideſt, Triodii*. In Eclogadiis hæc Dominica eſt *decima ſeptima Lucæ*, quemadmodum adnotatur in Cod. MS. Græc. Otthobon. I. f. 124. Ea quoque unacum tota ſubſequente Hebdomade, Προσφωνήσιμος, *Proſphoneſimus*, dicitur, cujus nominis cauſam reddit Nicephorus Calliſtus in Synaxario apud cl. Allat. num. VIII. & Marcus Hieromonachus in Reſponſis de Jejuniis: „ Verumtamen ex Jejuniorum diebus (*inquit*) „ excipiuntur Feriæ quartæ & ſextæ Hebdomadum, quibus „ Diacæneſimi, Dodecaëmeri, Proſphoneſimi, & Tyrophagi nomen eſt „. Nimirum Hebdomadæ in Albis, Duodecim dierum inter Natalitia Domini & Epiphaniam, Hebdomadæ quæ Septuageſimam antecedit, & quæ Sexageſimam ſubſequitur. Porro nugari mihi videntur qui de hac Hebdomada Publicani & Pariſæi ſcribunt in Triodio: χρὴ γινώσκειν, ὅτι

 ἐν ταύ-

Digitized by Google

ἐν ταύτῃ τῇ ἑβδόμάδι νηστεύουσιν οἱ Τρισκατάρατοι Ἀρμένιοι τὴν βδελυρὰν αὐτῶν νηστείαν τὴν λεγομένην τοῦ Ἀρτζιβουρίου. ἡμεῖς δὲ καθεκάστην ἐσθίομεν τυρὸν καὶ ὠὰ, ἀνατρέποντες τὸ ἐκείνων δόγμα τῆς τοιαύτης αἱρέσεως, *Sciendum eſt, hac Hebdomade terque quaterque execrandos Armenios Jejunium ſuum abominandum, quod Artziburium vocant, jejunare. Nos vero quotidie caſeum & ova comedimus, eorum dogma hæreſimque refellentes.* Fabulæ a Neotericis Græcis adverſus Armenios excogitatæ, quarum ante quintum ſextumve ſæculum nulla apud antiquos ſcriptores mentio. Quin imo quum in Trullano Concilio diſertæ legantur Græcorum adverſus Armenios quoad *Azyma* aliaque nonnulla querelæ, de *Artziburii Jejunio* ne gry quidem. Quodſi Artz iburium idcirco deteſtantur Græci, eo quod quum Armeniorum dialecto *Artziburium*, *nuncium* ſignificet, eoque nomine (uti fabulantur) Canis magiſtri eorum Sergii appellabatur, qui canis quum a Sergio mitteretur, ſola ſui præſentia oppidis & urbibus, in quas ille progreſſurus eſſet, prænunciabat Magiſtri adventum: quumque Sergius eum Canem a feris devoratum ploraſſet, Armenii quoque cum illo ſe luctui dantes, luctui jejunium addidere: ſi, inquam, Artziburium Græci eo nomine deteſtari ſe dicunt, eadem in ipſos Græcos tela Armenii retorquere poſſint, quod Græci quoque ſuum Artziburium canem in Hebdomada *Proſphoneſimi habeant colantque.* Id enim quod Armeniis eſt *Artziburium*, nempe *Nuncius*, hoc Græcis Προσφωνήσιμος *Proſphoneſimus*, ſeu Προσφώνησις, *Proſphoneſis*, & dicitur, & a Nicephoro Calliſto in Synaxario hujus Dominicæ his verbis exponitur. καὶ δὴ πρῶτον πάντων τὴν τοῦ τελώνου καὶ φαρισαίου παραβολὴν ἡμῖν ἐκτιθέασι, καὶ προσφώνησιν τὴν ἑβδομάδα κατονομάζουσι. ὥσπερ γὰρ οἱ πρὸς τοὺς σωματικοὺς πολέμους ἀπιέναι μέλλοντες, ὑπὸ τῶν στρατηγῶν τὸν τοῦ πολέμου καιρὸν προεκμανθάνουσιν, ὡς ἂν τὰ ξίφει διακαθάραντες, καὶ στιλβώσαντες, καὶ τ' ἄλλα πάντα καλῶς διασκευασάμενοι, καὶ πᾶν ἐμποδὼν ἐκ μέσου πεποιηκότες πρὸς τοὺς ἀγῶνας ἐπιποδύσωνται, καὶ τὸ πρὸς χρείαν περιποιήσωνται &c. „ Et ante
„ omnia Publicani & Phariſæi Parabolam proponunt, Heb-
„ domadamque *Proſphoneſin* (*ideſt acclamationem*) nomi-
„ nant. Quemadmodum enim, qui ad corporeos conflictus pro-
„ greſſuri ſunt, a ducibus de pugnæ tempore præmonentur,
„ ut expurgatis enſibus illuſtratiſque, & reliquis omnibus com-

„ mode

„ mode præparatis, & ſublato e medio quid quid impedimento „ eſſe poteſt, certamina alacriter ineant, & neceſſaria comparent; ſæpe etiam ante pugnam ipſam, & ſermones & hiſtorias & exempla ipſis enuncient, ad æmulationem eorum ingenia excitantes, & ſegnitiem & timorem & ignaviam, & ſi „ quid aliud eſt, quod diſcrimen afferre poteſt, repellentes; „ ſic & ſancti Patres ſubſecuturam Jejunii contra dæmones „ aciem præintonant, ut ſiquis animabus noſtris affectus antea „ inhæſerat, & rubiginem longo tempore contraxerat, eo ex„ purgato, necnon, quod nobis deeſt ex bonis, ſtudio & dili„ gentia comparantes, &, ut opus eſt, inſtructi, ad Jejunii „ certamina prompte accedamus „. Mutato nomine *Artziburii* in *Proſphoneſin*, & *Proſphoneſis* in *Artziburium*, hoc ipſum de hac hebdomada Proſphoneſimi Græcorum reponent Armenii, quod Græci de Armeniorum Artziburio dictitant; niſi quod Armenii ad *Jejunii* Quadrageſimalis certamina per *jejunium* aliquot dierum ſeſe inſtruunt & accedunt; Græci vero ut facilius promptiuſque Quadrageſimam obſervent, tam in hac *Proſphoneſimi* hebdomada, quam in altera *Tyrophagi*, jejunium feriæ quartæ & ſextæ in toto anni curſu præſcriptum & ab ipſis religioſiſſime ſervatum, ovis, caſeo & lacticiniis veſcentes ſolvunt. Quis igitur horum promptius ad magni Jejunii certamina accedat, æquus bonuſque lector judicet. Atque hæc dicta ſunto, non quod Græcos in Proſphoneſimo ova & lacticinia comedentes accuſare velim, ſed ut Armenios in eadem hebdomada pie religioſeque jejunantes a dicteriis neotericorum abſolvam.

Secunda Pictura repræſentat Filium Prodigum a patre portionem ſuam accipientem, porcos paſcentem & fame tabeſcentem, eundem ad patrem redeuntem & ab ipſo benigne exceptum. Ruſſis, *Dominica* 11. *Prodigi*. Græcis: ἡ Κυριακὴ, ἐν ᾗ ἀναγινώσκεται τὸ θεῖον καὶ ἱερὸν εὐαγγέλιον τῆς παραβολῆς τοῦ ἀσώτου υἱοῦ, *Dominica in qua legitur ſacroſanctum Evangelium Parabolæ Filii Prodigi*. Hæc Hebdomada, a ſubſequente Dominica, Ἀποκρέως nomen habet, quum carnis comedendæ finem faciunt. Latinis eſt *Septuageſima*. Feria 6. hujus Hebdomadæ fit *Commemoratio omnium Fidelium Defunctorum*: Triodium: Τῇ παρασκευῇ ἑσπέρας μνήμην ἐπιτελοῦμεν πάντων τῶν ἀπ' αἰῶνος κεκοιμημένων, ὀρθοδόξων Χριστιανῶν, πατέρων καὶ ἀδελφῶν ἡμῶν.

ἡμῶν, *Feria* VI. *Veſpere, memoriam facimus omnium a ſæculo defunctorum, Orthodoxorum Chriſtianorum, patrum & fratrum noſtrorum.* Evangelium: ex Luca: εἶπεν ὁ κύριος πρὸς τοὺς ἐληλυθότας πρὸς αὐτὸν ἰουδαίους. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν. ὅτι ὁ τὸν λόγον μου ἀκούων καὶ πιστεύων. Et ſubjungitur hæc Rubrica: δεῖ γινώσκειν, ὅτι αὕτη ἡ ἀκολουθία γίνεται ἀπαραλλάκτως καὶ ἐν τῷ Σαββάτῳ τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς, *Sciendum eſt, hoc officium abſque ulla differentia fieri & Sabbato ſanctæ Pentecoſtes.*

Tertia Pictura exhibet *Secundum Chriſti Domini adventum*: ideſt, Chriſtum Dominum in nubibus, a dextris Deiparam cum ſanctis Apoſtolis aliiſque, a ſiniſtris alios Apoſtolos & ſanctos: Infra, quatuor Angelos tubis canentes, ſurgite mortui & venite ad judicium: in terra, ſepulcra aperta, & mortuos reſurgentes. Hæc pictura propter ſuam magnitudinem in medio Tabulæ eſt appoſita. Id quod quum Falconius non advertiſſet, eam ultimo loco appoſuit num. XXVI. ſic: *Utoroje ſnitie Hoſpodne*: *ſecundus Adventus Domini*, ſeu *Judicium Univerſale*. Tertio autem loco perperam appoſuit: *Nedela ſira Poſtnaja, Dominica Tyrophagiæ*, quæ quarto loco, uti mox patebit, eſt apponenda. Dominica III. quæ dicitur Græcis: Κυριακὴ τῆς Ἀποκρέω, *Dominica Apocrei*, ideſt, *dimittendæ Carnis*, ſeu *abſtinentiæ a carne*. Qui hanc Dominicam ſequuntur Hebdomadæ dies, a futura Dominica *Tyrophagi*, nomen accipiunt: ſic *feria ſecunda Tyrophagi, feria tertia Tyrophagi &c.* Nimirum *ab eſu Caſei & Lacticiniorum*. Latinis eſt *Dominica Sexageſimæ*. Porro in hac *Dominica Apocrei* totum officium fit de ſecundo Chriſti Domini aduentu. Synaxarium quoque ſic incipit. τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, τῆς δευτέρας καὶ ἀδεκάστου παρουσίας τοῦ Χριστοῦ, μνείαν ποιούμεθα &c. *Eadem die memoriam recolimus ſecundi & muneribus non corrupti Adventus Chriſti &c.* Legitur proinde Evangelium ex Matth. εἶπεν ὁ κς, ὅταν ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. De ejuſdem Hebdomadæ nomine deque Feria 4. & 6. Triodium: „Sciendum eſt, nos non accepiſſe in Palæſtina a SS. Patribus, Feriis „Quarta & ſexta Miſſam perfectam, neque eam quæ eſt Præſanctificatorum celebrare„. Alii eam Τυρίνην, ſive Τυρινὴν vocarunt. Pachymeres lib. 7. ἡμέρα μὲν ἦν τῆς Τυρινῆς κυριώνυμος τότ' ἐφίστατο: *Dies itaque Tyrines, a Domino nomen habens, tunc aderat.* Ubi Κυριώνυμος, a Domini ſecundo Adventu dicitur. Hac etiam Hebdomada Græci recentiores, ſicuti & in Hebdo-

mad

mada Publicani & Phariſæi, Feriis Quarta & Sexta non jejunant, ſed caſeo & ovis, æque ac aliis diebus, veſcuntur. Quod videtur probare Anaſtaſius Cæſarienſis, his verbis: „ Similiter „ de Feria IV. & VI. Tyrophagi (a) dicit quartus Canon Nice„ phori Archiep. Conſtantinopolitani, ſic: Jejunandum eſſe „ Monachis Feria IV. & VI. Tyrophagi, & poſt Miſſam Præſan„ ctificatorum edant caſeum & ova. Canon hic evertit Jacobi„ tarum & Tetraditarum hæreſim „. Hac enim Hebdomada Jacobitæ carnibus veſcebantur. *Demetrius Cyzicenus*. Hi iidem, „ Tyrophagi hebdomade, carnes edunt „. Et Iſaacus Armeniæ Catholicus adverſus Armenios: „ Lacticiniorum hebdomada, „ quam Eccleſia Chriſtiana a Silveſtro ac Conſtantino magno „ traditam accepit, ac deinceps receperunt omnes SS. Patres, „ quam & magnus Baſilius præſcripſit & confirmavit, ſuſceptis „ illi Hæreſiarcharum doctrinis polluerunt, eaque carnes come„ dunt „. Nugæ recentiorum, qui hæreſim Armeniorum & Jacobitarum, Unam Chriſti naturam, voluntatem & operationem adſtruentium, non docendo, ſed comedendo evertere ſe gloriantur; recentem inſuper apud ipſos introductum lacticiniorum feriis IV. & VI. uſum, ad Silveſtri & Conſtantini tempora præfracte referunt, quum Sancta Romana Eccleſia, cui Silveſter Pontifex præfuit, ejuſmodi conſuetudinem penitus ignoret. *Feria* VI. *bujus Hebdomadæ ſit commemoratio omnium Sanctorum Monachorum*. Triodium: Τῇ Παρασκευῇ τῆς Τυρινῆς ἑσπέρας, μνήμην ἐπιτελοῦμεν πάντων τῶν ὁσίων καὶ θεοφόρων Πατέρων, τῶν ἐν ἀσκήσει λαμψάντων. *Paraſceve Tyrophagi, Veſpere, memoriam recolimus omnium Sanctorum & deiferorum Patrum, qui in exercitatione (monaſtica) claruerunt*. Recitantur nomina non ſolum Monachorum & Eremitarum, ſed etiam Sanctarum mulierum ſive Virginum ſanctimonialium ſive Pænitentium: nec non Sanctorum Patrum Epiſcoporum & Patriarcharum, Doctorumque Eccleſiæ.

Quarta Pictura repræſentat, Angelum evaginato gladio ejicientem e Paradiſo Adamum & Hevam. *Dominica* IV. Græcis: ἡ Κυριακὴ τῆς Τυροφάγου, *Dominica Tyrophagi*, ἡ ἐξορία τοῦ Ἀδάμ, *exilium Adæ*, ſive Adæ ejectio e Paradiſo. Hanc Falconius Tertiam vocat, per errorem, & ſic de ſequentibus Domini-

a Græca vide apud Allat. num. XI. de Domin. & Hebdom. Græcor.

minicis. Triodium in Synaxario. *τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἀνάμνησιν ποιούμεθα τῆς ἀπὸ τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς ἐκπτώσεως τοῦ Πρωτοπλάστου Ἀδάμ.* „ Eadem die, commemorationem agimus ejectionis „ Protoplaſti Adæ e paradiſo voluptatis „. Evangelium ex Matth. *εἶπεν ὁ κ͞ς, ἐὰν ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν.* Eſt *Quinquageſima* Latinorum. Adnotatio cl. Allatii num. XII. „ Poſt hanc Dominicam, die Lunæ Græci Jejunium „ Quadrageſimæ auſpicantur, aliter ac Latini, qui Mercurii „ die incipiunt. Et prima hæc Hebdomas, a Dominica prima „ Quadrageſimæ poſt Dominicam Tyrophagi Hebdomas prima „ Quadrageſimæ nuncupatur. Græcorum enim Quadrageſima, „ æque ac Latinorum, ſeptem Hebdomadibus conſtat, & ſex „ dumtaxat Dominicis. Dominicas enim Quadrageſimæ nume- „ rant a prima Dominica ſecundæ Hebdomadis, ante quam „ priores Jejuniorum feriæ apud Græcos Dominicam Tyropha- „ gi ſtatim excipiunt.

Quinta Pictura repræſentat S. Theodorum Martyrem Patriarchæ dormienti apparentem, eumque monentem, ut Colyba ſeu frumentum coctum populo Byzantino diſtribui curet, ne ex idolothytis comedere compellatur. *Sabbatum I. Jejunii Quadrageſimalis, & miraculum factum a S. Theodoro Martyre.* Synaxarium Triodii. *τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, Σαββάτῳ πρώτῳ τῶν νηστειῶν, τὸ διὰ τῶν κολύβων παράδοξον θαῦμα τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου Μεγαλομάρτυρος Θεοδώρου τοῦ Τύρωνος, ἑορτάζομεν. Eadem die, Sabbato primo Jejuniorum, ſtupendum Colyborum miraculum a Sancto & glorioſo magno Martyre Theodoro Tyrone patratum feſtive recolimus.* Allatius num. XIII. „ Primo Jejuniorum „ Sabbato Græci Sancti Theodori Teronis memoriam recolunt, „ miraculique ab eo patrati ſub Juliano Apoſtata. Namque „ quum impius Imperator ad deturbandam Chriſtianorum pie- „ tatem urbi Byzantinæ Præfecto mandaſſet, ut prima Jejunio- „ rum hebdomade, quidquid ad veſcendum proponebatur, eo „ latenter ſummoto, alia ſanguine ſacrificiorum conſperſa, ri- „ tuque Gentilium commaculata exponeret, ut eorum eſu pia „ Chriſtianorum ingenia, ut ipſe opinabatur, impiarentur; juſ- „ ſa præfecto exequente, Sanctus iſte Theodorus Patriarchæ „ Conſtantinopolitano Eudoxio, licet Arianæ hæreſeos propu- „ gnatori, per noctem apparens, rem omnem exponit, mo- „ dumque tradit, quo fidelis populus ab Imperatoriis machinis

„ liber

Digitized by Google

„ liber præſervaretur: ut ſcilicet rejectis per urbem venalibus
„ alimentis, Colybis, frumento nempe elixo decoctoque, fa-
„ mem depelleret. Audiit Patriarcha, & tanti Sancti cura no-
„ xam tam diram a fideli populo propulſavit. Hinc Græci,
„ tanti beneficii memores, hoc primo Jejuniorum Sabbato,
„ ſancti Theodori, conſpicuique facti memoriam, continuo re-
„ petunt, & ab oblivione & aliorum ſilentio vindicatum, non
„ ſine maxima celebritate, & Colyborum ſolemni apparatu, ac
„ profuſa in omnes largitate, ad poſteritatem tradunt„. Vide
Synaxarium Calliſti, hoc eodem die.

Sexta Pictura exhibet Theodoram Imperatricem, ac Methodium Patriarcham Conſtantinopolitanum in Templo Imaginem Chriſti Domini reponentes ac venerantes. Dominica 1. Jejunii Quadrageſimalis, quæ Græcis dicitur: Κυριακὴ πρώτη τῶν νηστειῶν, *Dominica prima Jejuniorum*, ſive, τῆς Ὀρθοδοξίας, *Orthodoxiæ*. Typicum Sabæ. διάταξις τῆς πρώτης Κυριακῆς τῶν ἁγίων νηστειῶν ἤτοι τῆς Ὀρθοδοξίας, *Diſpoſitio primæ Dominicæ Sanctorum Jejuniorum, ſive Orthodoxiæ*. Ejus inſtitutionem fuſe proſequitur Synaxarium Calliſti: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, Κυριακῇ πρώτῃ τῶν νηστειῶν, τὴν Ὀρθοδοξίαν, ἤτοι τὴν ἀνάστήλωσιν τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν εἰκόνων ἡ ἐκκλησία τοῦ Χριστοῦ ἑορτάζειν παρέλαβε, γενομένην παρὰ Μιχαὴλ καὶ Θεοδώρας, τῆς ἁγίας καὶ μακαριωτάτης Βασιλίδος. καὶ τοῦ ἁγίου Μεθοδίου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως. *Eodem die, Dominica 1. Jejuniorum, Orthodoxiam, hoc eſt, reſtitutionem Sanctarum & Venerabilium Imaginum, Eccleſia Chriſti celebrandi traditionem accepit, factam a Michaele & ſancta ac beatiſſima Imperatrice Theodora & ſancto Methodio Patriarcha Conſtantinopolitano*: nempe anno Chr. 843. Falconius hanc Dominicam primam Jejunii perperam vocat *Memoriam* VII. *Synodi generalis pro Imaginibus*. In Sanctarum Imaginum reſtitutionem Dominica Ὀρθοδοξίας exſtat [præter Synaxarium Calliſti in Triodio] homilia Philothei Patriarchæ Conſtantinopolitani, apud Gretſerum in Codinum. Necnon Anonymi „ narratio de ſanctis & venerandis Imaginibus, &
„ quam ob cauſam accepit Orthodoxiam annuatim celebrare,
„ prima Dominica Sanctor. Jejunior., ſancta Dei Catholica Ec-
„ cleſia „. Initium: τοῦ Βασιλέως Θεοφίλου, συγχωρήσει Θεοῦ, τὸ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ. Græce & Lat. Tom. 2. Auct. novi Combefiſ. pag. 716. Lambec. Tom. VIII. pagin. 349. & Tom. IV. pag. 171. Alia Macarii Chryſocephali: τίς ὁ ἦχος τῶν ἑορτα-

ζόντων, Biblioth. Coiſlin. pag. 181. Alia Germani Patriarchæ Conſtantinopolitani *εἰς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου κύριε*. Græc. & Latin. Gretſer. de Cruce Tom. 2. pag. 549. Typicon Sabæ:
„ Supplicationem in communi inſtituimus cum ſacroſanctis Cru-
„ cis lignis, & venerandis Imaginibus. *Triodium*. Sciendum
„ eſt, nos finitis Laudibus matututinis communiter ſupplica-
„ tionem inſtituere cum ſacroſanctis Crucis lignis, & veneran-
„ dis Imaginibus, & procedimus in locum deſtinatum, ubi
„ legi debet Synodicum. Procedentibus vero nobis & rever-
„ tentibus, canimus præſentem Canonem, cujus auctor eſt
„ S. P. Theodorus Studita „. In fine hujus Dominicæ legitur *Synodicon* bene prolixum, de quo hæc Allat. num. xv. „ In
„ Synodico porro plurima eſſe ferula & animadverſione digna,
„ diximus alibi: pluraque adnotari poſſunt ex Jacobi Pontani
„ Adnotat. in Cantacuzeni hiſt. lib. 2. cap. xi. ſatis prolixa &
„ erudita: ibi enim ex aliis Græcorum ſcriptis multa Palamita-
„ rum errata adnumerat, doctiſſimeque refellit; quæ tamen
„ ex Theſſalonicenſi Eccleſia, quæ Palamæ partes & hæreſes
„ tutata eſt, in hoc Synodicon mala fide irrepſerunt. In ea ta-
„ men Pontanus parum ſe ingenuum præbet, quod errores
„ nonnullorum Græcorum, ab eademmet Græcorum Eccle-
„ ſia ſæpius pleno ſenatu voce & ſcripto damnatos & anathema-
„ te proſcriptos, univerſæ Græcorum nationi appingit. Grego-
„ ras, Cydonius, Acindynus, Iſidorus, & plerique alii inter
„ Græcos non infimi nominis ſcriptores, eum commonere po-
„ terant, non ita Græcos inſaniſſe, neque eo ruditatis proceſ-
„ ſiſſe, ut maleſanas Palamæ opiniones neque agnoſcerent, ne-
„ que, uti Chriſtianæ fidei propudia, refellerent „. Verum, quidquid ſit de Græcis Orthodoxis, certe ii qui Schiſmatici audiunt, quique univerſæ Græcorum in Oriente nationi Patriarchæ præſunt, Synodicon hujuſmodi ita recitant ac recitari volunt, uti typis impreſſum eſt Venetiis in Triodio.

Septima Pictura repræſentat ſtantes in Templo ex parte ſiniſtra Patriarcham cum Clericis, ex altera Auguſtas Crucem Dominicam adorantes. Græcis eſt Dominica III. Jejuniorum quæ dicitur, Κυριακὴ γ'. τῶν ἁγίων νηστειῶν, ἐν ᾗ τὴν προσκύνησιν ἑορτάζομεν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ Σταυροῦ, *Dominica* III. *Jejuniorum, in qua celebramus Adorationem pretioſæ & vivificæ Crucis*. Hæc eadem Dominica alio nomine dicitur τῆς Σταυροπροσκυνήσεως, *Adorationis Crucis*: & legitur oratio Philothei

Pa-

Patriarchæ Conſtantinopolitani *εἰς τρίτην τῶν νηστειῶν Κυριακὴν, ἢ τῆς σταυροπροσκυνήσεως*, *In tertiam Jejuniorum Dominicam, ſeu Adorationis Crucis*. Cauſam, cur id fiat, & non ſolum Dominica Tertia, ſed etiam antecedente, tertia Hebdomada, & & ſubſequente Hebdomada quarta Quadrageſimæ; vide in Synaxario Calliſti & apud Euthymium novarum Patrarum Epiſcopum, cujus verba recitat cl. Allatius num. XVII. Cur autem in Tabulis noſtris Capponianis nulla fiat *Dominicæ ſecundæ Jejuniorum mentio*, cauſa mihi duplex occurrit: Prima ſcilicet, quia in vetere Græcorum officio nullum ea Dominica Feſtum recolebatur, ſed tantum de *Paralytico* a Chriſto curato Evangelium legebatur: cujus Evangelici facti Picturam infra habes numero XXI. in hiſce Tabulis Capponianis: hoc eſt, in Dominica 4. poſt Paſcha. Altera cauſa, & quidem veriſſima, quia Gregorius Palamas, de quo in Triodio agitur, in vivis erat anno Chr. 1350. ac proinde Capponianis tabulis longe eſt recentior. Nam Græci Neoterici antiquum Dominicæ ſecundæ Jejuniorum officium mutarunt in Acoluthiam de Gregorio Palama, a Philotheo Patriarcha Conſtantinopolitano compoſitam: Triodium: *Κυριακῇ δευτέρᾳ τῶν ἁγίων νηστειῶν, ψάλλεται ἡ παροῦσα ἀκολουθία τοῦ ἐν ἁγίοις πρς ἡμῶν Γρηγορίου Ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης τοῦ Θαυματουργοῦ, τοῦ καὶ Παλαμᾶς, συντεθεῖσα παρὰ τοῦ παναγιωτάτου Πατριάρχου Φιλοθέου*. *Dominica* II. *Sanctor. Jejunior. canitur præſens Acoluthia* [ideſt officium] *S. P. N. Gregorii Archiepiſcopi Theſſalonicæ, Thaumaturgi, & Palamæ appellati, compoſita a SSmo Patriarcha Philotheo*. Allatius num. XVI. „ Sequitur ſecunda Hebdomas Quadrageſimæ, quam excipit „ Dominica ſecunda. Ea nonnulli ex Græcis, & ii potiſſimum, „ qui Theſſalonicenſi Metropolitano ſubjacent, Gregorii Palamæ Archiepiſcopi Theſſalonicenſis memoriam recolunt, & „ illius officium, maximis ejuſdem laudum præconiis plenum, „ a Philotheo Patriarcha Conſtantinopolitano, Palamæ fautore, „ compoſitum, decantant. Reliqui ſilent, viri memoriam tamquam Hæretici & falſorum dogmatum diſſeminatoris, & vitæ „ non omnino inculpatæ, deteſtantes. Imo Byzantii, aliiſque „ locis excomunicatione aliquando vetitum fuit, ne recitaretur in Eccleſia, & ſacra jejuniorum officia, peſſimi hominis „ commemoratione deturparentur „. Nulla tamen fœditas ſine amatore. Homo ille nequiſſimus neotericis ſui ſimilibus eſt gratiſſimus. Quinimo in Typico Sabæ cap. 53. de Dominicæ

tertiæ Jejuniorum diſpoſitione ſic legitur. Κυριακῇ β'. τῶν ἁγίων νηστειῶν, ὡς ἐν τυπικοῖς νεωτέροις εὕρωμεν, ψάλλεται ἡ ἀκολουθία τοῦ ἐν ἁγίοις πρς ἡμῶν Γρηγορίου, *Dominica 2. SS. Jejuniorum, quemadmodum in Typicis recentioribus reperimus, cantatur Acoluthia S. P. N. Gregorii.* Et cetera: uti ſupra in Triodio. Ex quo patet, Typicon iſtud, quod ſancti Sabæ nomen præfert, plurimis eſſe additionibus depravatum. *Adnotatio.* Hebdomada Quarta Quadrageſimæ, quæ Dominicam Tertiam ſubſequitur, dicitur Μέση τῶν νηστειῶν, *Media jejuniorum*, & Μεσότης τῶν νηστειῶν, *Medietas jejuniorum*, & uno verbo, Μεσονήστιμος. Legitur in hanc Hebdomada homilia Chryſoſtomi ἐν τῇ Μεσονηστίμῳ, *in mediam Quadrageſimam*: Theophylacti Bulgariæ Archiep. λόγος εἰς τὴν Προσκύνησιν τοῦ τιμίου σταυροῦ ἐν τῇ μεσονηστίμῳ, *Oratio in adorationem venerandæ Crucis, medio Jejuniorum tempore.* Germani Patriarchæ Conſtantinopolitani. εἰς τὴν προσκύνησιν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ ἐν τῷ καιρῷ τῆς μεσονηστίμου. Theodori Studitæ. εἰς τὴν προσκύνησιν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ ἐν τῇ μεσονηστίμῳ. „ Nam per totam hanc hebdomadam Crux omnibus Chriſti fidelibus publice a Sacerdote exponitur adoranda.

Octava Pictura repræſentat Chriſtum Dominum in ſummitate ſcalæ, dextera manu benedicentem, & Joannem Climacum, ut monachi aſcendant, hortantem. Græcis eſt *Dominica Quarta Quadrageſimæ*, ἐν ᾗ ψάλλεται ἡ ἀκολουθία τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τῆς κλίμακος, *in qua peragitur officium S. Joannis Climaci*, cum Synaxario de eodem. Typicum: Κυριακὴ τετάρτη τῶν ἁγίων νηστειῶν *Dom.* IV. *SS. Jejuniorum*, & mox. Ἄλλοι δὲ μεταγενέστεροι ὥρισαν ψάλλεσθαι τὴν ἀκολουθίαν τοῦ ἁγίου Ἰωάννου, τοῦ συγγραφέως τῆς κλίμακος. *Alii autem ſequioris ſeculi homines conſtituerunt, celebrari officium S. Joannis, qui ſcripſit Scalam.* En alterum argumentum de additionibus ad Typicum Sabæ factis.

Nona Pictura repræſentat *Deiparam in nubibus, Angelis hinc inde adſtantibus, & Heraclium Imperatorem unacum populo illam in Templo venerantem.* Alluditur ad *Hymnum*, quem vocant *Acathiſtum*, in honorem Deiparæ compoſitum, qui *Sabbato* poſt Dominicam Quartam Jejuniorum recitatur. Nam in hac Hebdomada, quæ *Quinta Quadrageſimæ* dicitur, *Feria* quidem *Quinta* agitur de *S. Maria Ægyptiaca*, & canitur *Magnus Canon* ab Andrea Damaſceno, Cretenſium Epiſcopo, compoſitus.

Trio-

Triodium: Τῇ πέμπτῃ τῆς πέμπτης ἑβδομάδος... ἀναγινώσκομεν τὸν βίον τῆς ὁσίας Μαρίας τῆς Αἰγυπτίας... καὶ ἀρχόμεθα μεγάλου Κανόνος. Κανὼν ὁ μέγας, ποίημα τοῦ ἁγίου Ἀνδρέου Κρήτης τοῦ Ἱεροσολυμίτου. *Feria* v. *Hebdomadæ* v... *Legimus vitam S. Mariæ Ægyptiacæ, & incipimus magnum Canonem. Canon magnus, opus S. Andreæ Cretæ, Hieroſolymitani*. Allatius num. XIX.
„ Hebdomas poſtea ſequitur Quinta Quadrageſimæ. Hujus Heb-
„ domadis Feria v. canitur magnus Canon, cujus auctor fuit
„ Andreas Hieroſolymitanus, ex Damaſco oriundus, Cretæ
„ Archiepiſcopus, qui collecta univerſa veteris & novi fœde-
„ ris Hiſtoria, Canticum compoſuit, cohortans omnes, ut quæ
„ videant in hiſtoria eſſe bona & laudabilia, pro viribus ſe-
„ ctentur, mala fugiant & execrentur. Canon hic quo tempo-
„ re compoſitus fuerit, quare magnus nuncupetur, & quare
„ hac Hebdomade legatur, legi poteſt in Synaxario Cal-
„ liſti.

Sabbato ejuſdem Hebdomadæ Quintæ Græci in Matutinis *Acathiſtum hymnum SSmæ Deiparæ* celebrant. Ita dictus eſt, quod a populo, ob Urbem ter ſervatam ope B. Virginis, per totam noctem ſtante ſine ſeſſione caneretur. Synaxarium. Ἀκάθιστος δὲ εἴρηται, διότι ὀρθοστάδην τότε πᾶς ὁ λαὸς κατὰ τὴν νύκτα ἐκείνην τὸν ὕμνον τῇ τοῦ λόγου μητρὶ ἔμελψαν: καὶ ὅτι ἐν πᾶσι ἄλλοις καθῆσθαι ἐξ ἔθους ἔχοντες, ἐν τοῖς παροῦσι τῆς θεομήτορος ὀρθοὶ πάντες ἀκροώμεθα: *Acathiſtus vero, quaſi carens ſeſſione, dictus eſt, quod univerſus populus tota illa nocte ſtando hymnum Deiparæ cantaverit, quodque, quum in omnibus aliis ex more ſedere liceat, in iſtis divinæ Matris erecti omnes ac ſtantes auſcultamus*. Allat. num. XIX. „ Nugæ itaque ſunt, feſtum hoc
„ eſſe Virginis, iter facientis & parturientis, & quaſi dicas, ejus
„ qui non ſedet aut quieſcit, ſed iter facit prægnans: puta,
„ quum B. Virgo a Joſepho deduceretur Bethleem ex edicto
„ Auguſti Cæſaris proxime ante diem natalem Domini „. Hymni hujus Achatiſti originem, & integram triplicis liberationis Urbis Conſtantinopolitanæ ſub Heraclio, ſub Leone Iſauro, & ſub Conſtantino Pogonato hiſtoriam accurate deſcribit Anonymus auctor *Orationis hiſtoricæ in feſtum* τῆς Ἀκαθίστου, quam Græc. Lat. edidit Combefiſius Auct. nov. Tom. 2. pag. 805. Fallitur Falconius, dum Tabulas Capponianas exponens, aſſerit *Dominica Quinta Jejunii* celebrari a Græcis *feſtum Acathiſti*. Non *Dominica* v. ſed *Sabbato hebdomadæ Quintæ* id feſtum re-

Digitized by Google

runt, ſacram pedum ablutionem, myſticam Cœnam, tremendorum nempe apud nos myſteriorum exhibitionem, ſupernaturalem orationem, & proditionem ipſam.

Decima ſexta Pictura exhibet Chriſtum Dominum Cruci affixum, hinc Mariam Deiparam & Martham, inde Joannem Evangeliſtam & Longinum adſtantes: cum lemmate, in titulo Crucis I. N. B. I. *Jeſus Nazarenus Rex Judeorum*. Supra caput Deiparæ ΜΡ. ΘΥ., *Mater Dei*: *Marthæ*, ΜΑΡΘΑ, Jo. Ἰωάννης, Longini, ΛΟΝΓΙΝ. Synaxarium: Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ παρασκευῇ, τὰ ἅγια, καὶ σωτήρια καὶ φρικτὰ πάθη ἐπιτελοῦμεν τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἃ δι' ἡμᾶς ἑκὼν κατεδέξατο: *Sancta magnaque Paraſceve, commemoramus Sanctam, ſalutarem ac tremendam Paſſionem Domini, Dei & Salvatoris Noſtri J.C. quam pro nobis ſponte ſuſcepit.*

Decima ſeptima Pictura exhibet, appoſitis hinc inde ad Chriſti Crucem duabus ſcalis, Nicodemum & Joſephum ab Arimathea deponentes Corpus Chriſti de Cruce, adſtantibus hinc Deipara cum Maria Magdalene, inde Jo: Evangeliſta. Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ παρασκευῇ ἑσπέρας, τὴν ἐκ ξύλου καθαίρεσιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιτελοῦμεν. *Sancta magnaque Paraſceve ad Veſperas, commemoramus Depoſitionem de Cruce D. N. J. C.*

Decima octava Pictura repræſentat Joſephum & Nicodemum Corpus Chriſti Domini in ſepulcro deponentes: adſtante Deipara cum duabus mulieribus. Synaxarium. τῷ ἁγίῳ καὶ μεγάλῳ Σαββάτῳ, τὴν θεόσωμον ταφὴν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν, καὶ τὴν εἰς ᾅδου κάθοδον ἑορτάζομεν. *Sancto magnoque Sabbato, divini Corporis ſepulturam Domini, Dei ac Salvatoris Noſtri J. C. ejuſque ad Inferos deſcenſum commemoramus.* Hic finem habet Triodium. Porro. „ In Jeſu „ Chriſti Proditionem, Paſſionem, Crucem & ſepulturam, Orationes Patrum & Scriptorum Græcorum, vide apud Fabricium Tomo IX. Bibliothec. Græc. a pag. 90. ad 94.

Decima nona Pictura repræſentat Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum e ſepulcro reſurgentem, & ſecum ab Inferis Sanctos omnis generis & ſexus educentem. Synaxarium: Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ Κυριακῇ τοῦ Πάσχα τὴν ζωηφόρον ἀνάστασιν ἑορτάζομεν τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Synaxarium Pentecoſtarii *Sancta magnaque Dominica Paſchæ, celebramus vivificam Reſurrectionem Domini, & Salvatoris noſtri J. C.* Ab hac Dominica inci-

incipit *Pentecoſtarium*, & deſinit in Dominica omnium Sanctorum, quæ eſt prima poſt Pentecoſten. Quæ vero Dominicam Paſchæ ſequitur Hebdomada, vocatur Διακαινήσιμος, *Diacæneſima*, uti ſupra eſt adnotatum. Orationes in Jeſu Chriſti Reſurrectionem, vide apud Fabric. Tom. IX. Bibl. Græc. pag. 94. & ſeq.

Vigeſima Pictura repræſentat Chriſtum Dominum in Cœnaculum portis clauſis ingreſſum, Apoſtolis apparentem, ac Thomæ dicentem, Infer digitum tuum in latus meum. Græcis dicitur hæc Dominica *Nova*, & Dominica *Thomæ*. Synaxarium Pentecoſtarii. Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ Κυριακῇ πρώτῃ μετὰ τὸ Πάσχα, τὰ ἐγκαίνια ἑορτάζομεν τῆς Χριστοῦ ἀναστάσεως, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Θωμᾶ ψηλάφησιν. *Eadem die, Dominica prima poſt Paſcha, celebramus Encænia Reſurrectionis Chriſti, & S. Apoſtoli Thomæ Tactum*. Nimirum, quia eo die legitur Evangelium de Thoma Apoſtolo, digitum ſuum in fixuram Clavorum, mandato Chriſti Domini, immittente.

Vigeſima prima Pictura, repræſentat tres mulieres Unguentiferas, & Angelum ad Sepulcrum Domini ſedentem, idque vacuum cum ſolis linteaminibus eiſdem mulieribus oſtendentem. Dominica hæc dicitur, Κυριακὴ γʹ ἀπὸ τοῦ Πάσχα τῶν ἁγίων μυροφόρων γυναικῶν, καὶ Ἰωσὴφ τοῦ δικαίου: *Dominica tertia poſt Paſcha, Sanctarum mulierum Unguentiferarum, & Joſephi juſti*. Synaxarium. Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ Κυριακῇ δευτέρᾳ μετὰ τὸ Πάσχα, τὴν τῶν ἁγίων γυναικῶν μυροφόρων ἑορτὴν ἑορτάζομεν, ἔτι δὲ καὶ μνείαν ποιούμεθα τοῦ ἐξ Ἀριμαθαίας Ἰωσὴφ, ὃς ἦν μαθητὴς κεκρυμμένος τῶν ἑβδομήκοντα εἷς τυγχάνων. *Eadem die, Dominica ſecunda poſt Paſcha, celebramus feſtum Sanctarum mulierum unguentiferarum; item memoriam agimus Joſephi ab Arimathæa, qui erat occultus diſcipulus, unus ex* LXX. Ubi in Synaxario dicitur *Dominica Secunda* poſt *Paſcha*, aut per errorem, pro *Dominica Tertia*; aut ſine errore, non includendo Dominicam Paſchæ. Nam ſi includatur Dominica Paſchæ, hæc erit *Tertia*; ſi excludatur, *Secunda* poſt Paſcha. Atque ita dicendum de reliquis Dominicis uſque ad Pentecoſten, quæ Tertia, Quarta, Quinta & Sexta in Synaxario dicuntur; in Evangelio autem, in Typico & in reliquis Ritualibus Græcor. libris, Quarta, Quinta, Sexta, & Septima: Nimirum Dominica Paſchatis aut excluſa, aut incluſa.

Vige-

Digitized by Google

Vigeſima ſecunda Pictura repræſentat Chriſtum in domo cum Apoſtolis & turba, & Paralyticum in lecto jacentem, a quibuſdam e tecto illuc demiſſum. Vocatur Græcis, Κυριακὴ τετάρτη ἀπὸ τοῦ Πάσχα, ἤτοι τοῦ Παραλύτου, *Dominica Quarta a Paſchate, ſeu Paralytici.*

Vigeſima tertia Pictura exhibet Chriſtum Dominum ſedentem ad puteum, & cum Samaritana colloquentem, diſcipulis admirantibus. Κυριακὴ τετάρτη τῆς Σαμαρείτιδος. *Dominica Quarta Samaritanæ*, lege, *Dominica Quinta Samaritanæ*, Quinta nempe cum Paſchate, & Quarta ſine Dominica Paſchatis. Synaxarium: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, Κυριακῇ τετάρτῃ μετὰ τὸ Πάσχα, τὴν τῆς Σαμαρείτιδος ἑορτὴν ἑορτάζομεν. *Eadem die Dominica Quarta* [leg. *Quinta*] *poſt Paſcha, diem feſtum Samaritanæ celebramus.* Et ſupra ad Feriam IV. hebdomadæ antecedentis. Τῇ τετάρτῃ τοῦ Παραλύτου, τὴν τῆς μεσοπεντηκοστῆς ἑορτάζομεν ἑορτὴν, διὰ τὴν τιμὴν τῶν μεγάλων δύο ἑορτῶν, τοῦ Πάσχα λέγω, καὶ τῆς Πεντηκοστῆς. *Feria Quarta poſt Dominicam Paralytici, feſtum diem Meſopentecoſtes, ideſt mediæ Pentecoſtes, celebramus; ob honorem duarum magnarum feſtivitatum, Paſchatis, inquam, & Pentecoſtes.* Typicum cap. 40. δεῖ γινώσκειν, ὅτι ἡ ἀκολουθία τῆς Μεσοπεντηκοστῆς ψάλλεται ἡμέρας ὀκτὼ, *Sciendum eſt, officium Meſopentecoſtes celebrari per dies octo.* Nimirum a Feria IV. Paralytici uſque ad Feriam IV. Samaritanæ. In mediam Pentecoſten orationes vide apud Fabric. Tom. IX. Bibl. Græc. pag. 133. & 134.

Pictura vigeſima quarta exhibet Chriſtum luto linientem oculos Cœci nati, eumque ſanantem, adſtantibus Apoſtolis.
„ Κυριακὴ πέμπτη [al. ἕκτη] τοῦ τυφλοῦ, Dominica Quinta
„ [al. Sexta] Cœci. Synaxarium. Τῇ αὐτῇ Κυριακῇ πέμ-
„ πτῃ ἀπὸ τοῦ Πάσχα, τὸ εἰς τὸν ἐκ γενετῆς τυφλὸν ἑορτάζο-
„ μεν τοῦ κυ καὶ Θεοῦ καὶ σρς ἡμῶν Ιυ Χυ θαῦμα. Eadem
„ Dominica V. [al. VI.] poſt Paſcha, celebramus miracu-
„ lum a Domino, Deo, ac Salvatore noſtro Jeſu Chriſto erga
„ Cœcum a nativitate patratum.

Pictura vigeſima quinta repræſentat Chriſtum Dominum in Cælos aſcendentem, Deipara & Apoſtolis intuentibus. ἡ ἀνάληψις τοῦ κυ ἡμῶν Ιυ Χυ, *Aſcenſio Domini noſtri J. C.* Synaxarium: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τῇ πέμπτῃ τῆς πέμπτης [al. ἕκτης] ἑβδομάδος μετὰ τὸ Πάσχα, τὴν ἀνάληψιν ἑορτάζομεν τοῦ κυ καὶ Θεοῦ καὶ σρς ἡμῶν Ιυ Χυ. *Eadem die, Feria V. Quinta*

[al.

[al. *Sextæ*] *hebdomadis poſt Paſcha, Aſcenſionem Domini, Dei, & Salvatoris noſtri J. C. celebramus.* In Aſcenſionem Domini orationes Patrum & Scriptorum, vide apud Fabric. Tom. IX. Bibl. Græc. pag. *95.* & *96.*

Dominica quæ ſequitur, ſeptima poſt Paſcha, fit commemoratio Synodi Nicænæ. Synaxarium: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, Κυριακῇ ἑβδόμῃ [al. ἕκτῃ] ἀπὸ τοῦ Πάσχα, τὴν ἐν Νικαίᾳ πρώτην σύνοδον ἑορτάζομεν τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ θεοφόρων πατέρων. *Eadem die, Dominica* VII. [al. VI.] *a Paſchate, Synodum Nicænam primam 318. deiferorum Patrum celebramus.* Typicum: *Dominica* VII. *a Paſchate, SS. 318. Deiferorum qui Nicææ congregati ſunt.* Feria VI. poſt hanc Dominicam, omnium Fidelium defunctorum memoria recolitur. Τῇ παρασκευῇ ἑσπέρας τῆς πεντηκοστῆς, μνήμην ἐπιτελοῦμεν πάντων τῶν ἀπ' αἰῶνος κεκοιμημένων εὐσεβῶν Χριστιανῶν πατέρων καὶ ἀδελφῶν ἡμῶν. *Feria* VI. *Veſpere Pentecoſtes, memoriam agimus omnium a ſæculo defunctorum piorum Chriſtianorum patrum ac fratrum noſtrorum.* In Tabulis noſtris, neque hujus Feriæ VI. neque Dominicæ antecedentis fit mentio, eo quod in aliis per anni circulum Tabulis tum Synodi Nicænæ, tum commemoratio defunctorum peracta eſt.

Pictura vigeſima ſexta repræſentat ſedentes in Cœnaculo Deiparam, Apoſtolos, & Spiritum Sanctum in ſpecie Columbæ in forma linguarum ignearum in eos illabentem. Κυριακὴ Πεντηκοστῆς, *Dominica Pentecoſtes*, a dierum numero, qui inter Paſcha & hanc Dominicam intercedunt, nomen *Pentecoſtes*, ideſt, *Septuaginta*, ſumit. Synaxarium: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, Κυριακῇ ὀγδόῃ (al. ἑβδόμῃ) ἀπὸ τοῦ Πάσχα, τὴν ἁγίαν Πεντηκοστὴν ἑορτάζομεν. *Eadem die, Dominica* VIII. (al. VII.) *a Paſchate, Sanctam Pentecoſten celebramus.* Orationes Patrum & Scriptorum in feſtum Pentecoſtes Vide apud Fabric. To. IX. Bibl. Græc. pag. 133.

Pictura vigeſima ſeptima repræſentat Chriſtum Dominum in nubibus, a dextris Deiparam cum Angelo, a ſiniſtris Jo. Baptiſtam cum Angelo, infra Sanctos cujuſcumque ordinis & ſexus. *Dominica omnium Sanctorum.* Synaxarium. Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, Κυριακῇ μετὰ Πεντηκοστὴν, τὴν τῶν ἁπανταχοῦ τῆς οἰκουμένης, ἐν Ἀσίᾳ, Λιβύᾳ, καὶ Εὐρώπῃ, Βορρᾷ τε καὶ Νότῳ ἁγίων πάντων ἑορτὴν ἑορτάζομεν. *Eadem die, Dominica poſt Pentecoſten, ubique per univerſam terram exiſtentium, ſive in Aſia, ſive*

Digitized by Google

ſive in Libya, ſive in Europa, Septentrione, atque Auſtro, Sanctorum omnium diem feſtum celebramus. In Sanctorum omnium Dominicam oratio Philothei Patriarchæ Conſtantinopolitani καὶ τὸ τοῖς λόγοις μὲν ἄλλως τὰ τῶν ἁγίων ἑκάστου διεξιέναι. Leonis Sapientis Imp. πρότερον ἡ τοῦ παναγίου πνεύματος ἐπανηγυρίζετο πρὸς ἀνθρώπους ἐπιδημία. Plura Combefiſius Tom. 8. Biblioth. Concionat. pag. 312. ad 400.

FINIS TOMI SEXTI.

INDEX
TOMI SEXTI
EPHEMERIDUM RUTHENICARUM.

TABULA Secunda, Menſis Januarius. pagina 1.
Menſis Februarius. pag. 112.
Ephemeridum Græco-Moſcharum Capponianarum Tabula Tertia. Menſium Martii, Aprilis, Maji. pag. 160.
Ephemeridum Ruthenicarum Tabula Tertia. Menſis Martius. p. 165.
Tabulæ Tertiæ. Menſis Aprilis. pag. 218.
Tabulæ Tertiæ. Menſis Majus. pag. 298.
Ephemeridum Græco-Moſcharum Capponianarum Tabula Quarta. Menſium Junii, Julii, Auguſti. pag. 394.
Ephemeridum Ruthenicarum Tabula Quarta. Menſis Junius. pag. 397.
Tabulæ Quartæ Menſis Julius. pag. 454.
Tabulæ Quartæ Menſis Auguſtus. pag. 509.
Ephemeridum Ruthenicarum Tabula Quinta, continens Feſta per anni circulum Mobilia, a Dominica quarta ante Jejunium Quadrageſimale, uſque ad Dominicam poſt Pentecoſten. I. Triodium, & Pentecoſtarium. pag. 561.
II. Evangelia Eclogadia, ſive Lectiones Evangelicæ per anni circulum. pag. 563.
III. Picturæ Ruſſicæ Capponianæ, quæ in Tabula Quinta continentur. pag. 579.

FINIS.

Digitized by Google

UNIVERSITY OF MICHIGAN
3 9015 07049 3965

B 3 9015 00231 288 5
University of Michigan – BUHR

Digitized by Google

Digitized by Google